CONTRADICENTIVM MEDICORVM LIBER

Continens contradictiones centum octo.





Hieronymo Cardano medico Mediolanensi Authore.

Indicem contradictionum in fine reperies.

Pertinet ad Bibliothecam S. Fran. de Urbe ex ... Ascanij 1666







Venetijs apud Hieronymum Scotum.

1545.

F Paulus constabilis sacri palatij Magr.

AMPLISSIMIS, PRVDENtissimisq; ac honestissimis Cæsaris Senatoribus Mediolanensibus Hieronymus Cardanus medicus Mediolanensis. S. P. D.



I *quo olim Patres cõscripti, in coronandis certatoribus tota Græcia, nunc mortales oẽs iudicio uterentur: certe nullũ aut admodum paruum, in eligendis viris errorẽ admitterent. Neq; enim opinione quenq̃, aut uulgi studio, sed quẽ exitus ipse uictorem cursu, luctâue, seu pancratio ostẽdisset, coronabãt. Cũ nec sensibus ipsis firmius, nec experimento clarius, nec euẽtu ipso maius testimonium haberi possit. Quo fit ut qui his cõfidunt, nõ famæ leuitati, non inuidorũ calũnijs, sed rebus ipsis uelut in solis luce, manifesto se exhibentibus, inniti uideantur: ac ea de causa, iustissimã soli posse ferre sententiam. Quòd si in tam leuibus cãis, tantũ diligentiæ antiquitas impendere solebat, quid rogo in his deligendis, quibus sine, hominũ genus nullo modo, aut saltẽ non cõmode uiuere põt? Dico aũt professores, ac medicos, in quorũ arbitrio, eruditio, uita, ac ualetu-*

do, tum opes ipsę, summa mortalium bona, posita sunt. Et quãq̃ in his constituendis, maxima semp laus vestra fuerit: nulla tñ maior esse pôt, quàm ut à uobis eruditi, eleuentur, tueantur, ac foueantur. Etenim *beneficiũ vestrum, quo sanctißime nõ solum, sed ẽt prudẽtißime patriam nostrã gubernatis, quãq̃ ingens sit, ac admirabile: non tñ regni fines, non seculum hoc, excedere pôt.* Et *ut pene dixerim, ẽt cum ipsa uita extinguitur.* At *si bonis literis, manus vos ipsi dederitis, incredibile est, quantã vtilitatem mortaliũ generi afferatis.* Q*uã longe, lateq; pateat, vestrũ hoc liberalitatis, atq; prudẽtię testimonium.* N*eq; enim ætas vlla doctoꝝ virorum monumentis iniuriã afferre pôt: nec vlla prouincia illis carere velit.* De*niq; si ad laudẽ res etiam referri debet: quã illustrior est Stagira vicus pusillus, ob vnius* Ari*stotelis laudẽ, multis* Macedonię *non solũ, sed ẽt* A*siæ magnis vrbibus. sic* P*ergamus, sic* C*ous. atq; aliæ multę sapientũ viroꝝ patriæ solũ nomine celebres.* E*rgo quonã pacto id facere licet? nisi prius in electione antiquos, ne aberremus, imitemur.* D*einde electionẽ ipsam fauor vr̃ con*

sequatur. Sed si alterū horum deficiat, nihil pfi-
citur. electionē cōsilium iuuat: in exequēdo opus
est volūtate. At in consilio experimentū iam tu-
tissimū esse ostendimus. experimento doctoꝝ vi
rorū quatuor sunt necessaria: horū maximū est,
vt legēda scribere norint: proximū huic vt pro-
fiteri ac docere sciant: tertiū vt exercitatione va-
leant: vltimū vt disputationibus sint assueti. hæc
aūt sic se habere vel discendi ordo docet. nam vt
primū in scholis proficimus, disceptare adolescē-
tes incipere solemus. vbi vero eruditiores euasi-
mus, & ætate cōfirmati, exercemur ope in ipso,
medēdi, aut causis patrocinandi. at publice profi
teri feliciter, paucis admodū concessum. verū le-
genda scribere, rara auis est: quāuis multi scri-
bant, argumentū potius stultitiæ suæ, quàm quæ
alij inspicere dignētur. hoc aūt ideò est, quòd qui
scribunt doctos docere debent: qui profitentur,
adolescentes & inexpertos: ergo tanto difficilius
est, bene scribere, quā bene profiteri, quāto docti
eruditione adolescentibus nuper initiatis præ-
stant. tñ presertim cum ēt inter coęquales inui-
dię stimulus repugnet. ob id mortuoꝝ tantum la

bores extollunt: nisi quid adeò excultũ sit, vt liuoris tentiginẽ, verecũdia ob operis ipsius excellentiã, contineat. Itaq; si vnquã alios, huius tã pulchri facti desiderium tenere potuit, vos maxime nunc p̃res conscripti solicitare debet. nã prę-ter rei ipsius magnitudinẽ, in qua hominũ saluti prospicitur: quæ tanto etiã Regum ipsorũ p̃tãte maior est, quãto maius est posse vitã dare, quàm eripere: præter pacis tã diu à vobis desideratæ insperatã alacritatem: & florentissimã tot librorum copiã: ac tantam hoc æuo linguarũ notitiã: tantãq; è diuerso eruditorũ virorũ penuriã, vt vix vnus aut duo Itali totidemq; Germani tẽporum calamitati nunc resistant: eo ẽt in Italia nuper extincto, quẽ longa exercitatione eruditissimum quisq; merito existimare certe debuit: Maximũ accedit ex vestra promptitudine & singulari virtute in fouendo, ex eruditione in eligẽdo cõmodum. quorũ altero fermè oẽs, ambobus etiã plures nõ hoc tantũ seculo, sed multis ẽt ab hinc præteritis, caruere. Nempe pręter pręsidis vestri egregiã laudem, anteactæ vitæ illustria facta, senectutẽ virtute adeò virentẽ, quisq; è vo-

bis tā claris animi dotibus insignis est, vt notissimus vel ob singulos, Europæ toti, vester iā ordo sit. Quod nisi timerē, ne apud multos metā excessisse vestræ laudis viderer: quod extra mei ppositi certe intentū erat, nunc silētio preteriissem. verum cū adulationis calūniam grauē, nō nisi leui calūnia alia effugere possim: paucorų senatorum conditionē, sic exprimā: vt intelligant oēs quales reliqui sint: qualisq; esse debeat is, qui meruit vt vobis preficeretur. Ergo è vobis vnus fuit Frāciscus Sfondratus: in Gymnasio pfessor: in reipublicæ administratione nulli secundus: nunc cardinalis. exēplo ostendens, summā ēt eruditionē, & apud principes ac populos grām pietati ac religioni nō præponenda, sed ornamēto esse debere. Proximus ab eo ordine, sed è vobis vnus ille tñ est Franciscus Taberna, memoria prudētia experientiaq; tractandi regni, tum legationibus ac magistratu cum summa fide coniuncto clarus. Est & Baptista Spetianus vir toga & armis insignis: iustitięq; præfectus: de quo, præter non vulgarem Grecarum ac latinarum literarū peritiam ac legum, illud vere dicere quisq; potest.

Nemo malis peior: nemo bonis melior.

E *nobis est* Andreas *ille* Alciatus *iurecõsultus: pŕię non solũ nostrę, sed ęui ẽt maximũ ornamẽtum.* Mitto *nũc* Io. Angelũ Aricimboldũ Nouariẽsem Episcopũ *academię moderatorẽ, humanitatis singularis:* Egidiũ Boßium, *scriptis suis, memoriã familię secũ posteris comendantẽ:* Philippũ Castellioneũ *atq;* Amaniũ: Barbauariã *integerrimos viros: tresq; cognomines inclytos* Lampugnanũ, Casatũ, Crassum *illũ, orando cognitũ:* Cæsaris *laudibus, vel potius panegyrico: totq; alios ẽt absq; toga illustres. nã vt nulla inuidia à me nunc ptermittuntur: sic moderatius quoscũq; laudaui eos, qbus cũ vterer familiarißime. igit' ne temere in vobis spem meã collocasse videor: cũ ẽt in aduersis tpibus, adeò cõstanter rẽ literariã foueritis: & in diudicãdo hoĩum ingenia, eruditionẽ, exercitationẽ, pstantiã, mẽte vr̃a ĩter mortales nihil poßit esse diuinius. Quãobrẽ illud potius cogitare mecũ decuit, quonã pacto vel volũtate saltẽ, erga talẽ ordinẽ gratus viderer. et quã ꝗ difficile esset liuorẽ effugere, cũ tñ posteritatis recordatio occurreret, illud poeticũ succurrebat.*

Virtutem incolumen odimus.
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
Neq; tñ vel sic, fortunę nõ meliorem conditionẽ in dies experti sumus. eoq; magis gloriã spreuimus, quo plus, turbã hãc solo noĩe sapiæ turgidã liuoris stimulis agitari sentiebã. legerã. n. apud Galenũ olim, quot quãtaq; ab æmulis Romę passus eẽt. quare quicq̃d minus illo ab eis perpetior, æqui, boniq; cõsulo. non enim ignoro, vel in arte nr̃a inuidiã: vel imperitoꝝ conspirationẽ, aduersus eos q̃bus se pares esse nõ putãt. Quãobrẽ nec artẽ ob id deserere, nec illos ob calũniam vlcisci æquũ duxi. Sed felici quadã inimicoꝝ oĩum, tã q̃ nullius precij hominũ, obliuione fretus, ad mortaliũ cõmoda me cõuerti. simul ẽt sperãs eos qui nõ omnino essent insanabiles, his nr̃is laboribus, in ęgroꝝ cõmodum posse iuuari. Nihil enim cũ sit eruditis difficilius, & in ope ipso p̃cipiti p̃sertim occasioni cõiuncto periculosius sñiaꝝ contrarietate: ope p̃ciũ fore existimaui, vt q̃ vtilissima essent, aut scitu iucũdissma in vnũ cõferrẽ, si qñ in eis celebres authores dissiderẽt. Sed cũ opus immẽsum euasisset, i duodecim libros illud dissecui.

vt sic minus mihi esset laboriosum, & legentem adeò nõ fatigaret. & quãq; laboris ac tp̃is nõ parũ impẽderim: credo tñ his, nõ inferiorẽ mortalibus futurã ob hęc ipsa vtilitatẽ. Cũ.n. *diu, ac bñ: viuere idest inculpata valitudine, hoĩbus sint p̃cipua huius vitæ dona: in horũ altero aliqd nõ contẽnendũ, in reliquo ẽt magnũ pręstitimus auxiliũ. in qbus eni sumus scopũ assecuti, in his desiderio nihil relictũ est. vbi assequi nõ licuit, ansam p̃buimus vt alij nõ tã facile p̃ficere possent negotiũ, quã necessario ẽt qui doctrina p̃stant, aggredi cogerent. vnde in vtroq; cõsilio & capessendi, & cõplendi vtilis illis ero.* V*erũ qui añ nos fuere, quàm leuiter, atq; oscitãter hęc tractauerint, pręter vnũ* Conciliatorẽ, *ac in dissectione* V*essaliũ: in paucisq; admodũ alijs* Fucsiũ, *cũ* Ferrariẽ*sibus, non est cur recitẽ. vix enim vel verbo à reliquis omnibus adiutus sum. atq; vtinã non plus in legendo iacturæ, quàm in scribendo cõmodi essem cõsecutus.* Et *quãq; longe facilius, quorũdã more antiquorũ opinionibus acqęscendo, hũc tum cęteros libros absoluissem: q̃a tñ seriã nimis rem agimus, et in qua vita hoĩum periclitat, nõ p̃horũ*

nugę, aut pcepta oratoria, diligētius in singulis, cū res id postulat, rōnem euidentē requirimus. Nam qđ ad Arabes attinet, cū falsas Galeni plerūq; sequātur interpretationes, cęcutire ēt in manifestis, quod & alij ante nos aīaduerterunt, luce ipsa clarius est. Hippocrates cōcisus, & ob id vetustatē ēt suspectus in multis, in alijs exesus, sępe plus nobis affert negotij, q̃ auxilij. Paulus perbreuis est, & nihil fermè extra Galenū adducit. Aetius varius, ac quasi expugnātibus constat: cū eos sequat', quos iā Galenus dānauerat. et si in eo ēt iudiciū probemus, nullā tñ dictoꝝ suoꝝ rōnē ostēdit. Oribasio melius est carere, nisi ēt quicqd nunc vsq; habemus boni, qđ tñ quidā facere solēt, in cōtrouersiā reuocare velit. Latinis quoꝝ Celsus princeps est, nulla est authoritas, nisi pro nominū interpretatione. vnica igit' in Galeni iudicio spes relinquebat'. sed huius ēt maxima operū pars, antiquitate intercidit: & q̃ supersunt sæpe euariāt: & ipse vt existimo, cū medēdo plurimū occuparet', ac multa scribere vellet, non satis sibi cōstat. cuius rei euidēs est testimonium, quòd toties de eadē re scripserit. quorsum enī ad eūdē sę-

pius redire laborē, nisi quēadmodū ēt Suessano, & qbusdā alijs accidit, q̄ prius scripta essent, iudicio ꝓprio dānarent. Sed vel sic tñ, poterat nobis oīs litis esse volūtarius iudex, si nō in dissectionibus liquidò apparuisset, cōstanter illū tanq̄ visa, cōtradicēdi studio affirmare, q̄ nec vidisset oīno, nec vera essent: vt iā nos nō Vessalio credentes, sed oculis nr̄is, nō de iudicio qđ sæpe contigerat, sed de fide dubitaremus. quāobrem illius ꝑceptū, quo cōtra alios vtit̄ secuti, q̄ dubia visa sunt, rōnibus subijcere tentauimus. iniustū vero duxi, si id in medicorū Principe ausus essem, in alijs aūt omitterē ob negligentiā. Quare in cunctis rōne duce ꝑter ēt authoritatē vsus sum: vt si ea cū illorum sn̄ia cōsentirer, firmius esset iudiciū: si repugnaret, nr̄a opinione recitata, integrā lectoribus eligēdi q̄ magis placeret, facultatē relinquerem. Quòd si qs querat, non me tā expresse aliqñ declarasse q̄ sentiā: breuitatis id sciat esse vitiū, nō volūtatis. Solēt enim qdā nr̄a ætate, quod ēt Pōponatius iure reprehēdebat, quatuor ex inuētis, totū vnū volumen, atq; id ēt ingens velle conficere. quod cū mihi consiliū absurdū maxime displi

ceret, effecit, vt aliqñ breuior euaserim quã vel lem. Sed tñ nulla in parte, quãuis vel diuisus, vel ẽt paulo obscurior, sensus nõ patet. Hoc igit' qualecunq; fuerit munus vobis dedico atq; ẽt mitto. qđ si p vr̃a dignitate exiguũ est, nõ aliter melius, vr̃ę humanitatis, & meę de vr̃a moderatione cõfidẽtiæ, exemplũ patere poterat. et sit modo quãtũcunq; pusillũ, non tantũ pro viribus meis q̃ maius efficere non p̃nt, sed ẽt pro volũtate quę erga vos prona est, magnũ fiet. cũq; ẽt vel vnus hõ, huius libri bñficio in vita seruat', cõtemnendus esse non põt. At nõ vnum, nec mille, sed innumeros, non solũ præsenti æuo, sed ẽt in posterũ, diremptis his litibus seruãdos, haud dubie spero. Cæterum cum vos amplissimis obstrictos negotijs sciam, ne longa oratio tediũ cum impedimento afferat, illud tantũ cum addiderim, rogare me Deũ Opt. Max. q; : vt vos sospites Cæsari patriæq; nostrę, quã inter tot tempoꝝ procellas, calamitatesq;, illi ac nobis, vestra cũ sapientia, & animi candore seruauistis, quãdiu esse velit: paucula q; ad lectorẽ ipsum pro operis introductione, prę fatus fuero, rem ipsam aggrediar. Valete.

HIERONYMVS CARDANVS
Medicus ad lectorem.

NE te forsan lector curiose aut admiratio teneat, aut desiderium torqueat, cognoscendi argumenta cætero rum undecim librorum: tum præsertim cum tot tantaq; uideantur hoc in primo contineri, ut uix ei qui ordinem non inspiciat reliquorum, uerisimile uideri possit totius operis hanc tam minimam esse partem: breui descriptione hic illa subiunxi. simul etiam ut intelligeres hunc librum ut & omnes alios eius argumenti seorsum posse legi: tum etiã cum cæteris in ordine collocari. pateretq; ratio qua tot tamq; diuersa iure merito in unum librum concurrere iungiq; potuerint. Ergo primus hic liber primam partem habet Aphorismorum, initiumq; secundæ, tum primi medicinalis artis quæsita. & si qua inter legendum proxima illis nobis occurrerũt. Quod etiam genus in reliquis ἐπίφυσι scribendi seruauimus. Secundus habet secundum & tertium medicinalis artis librum: postremasq; Aphorismorũ quinq; sectiones: cum eo toto quod ex secunda derelictum erat. Tertius uero continet totius primi libri Auicennæ contrarietates: his exceptis quæ ad dissectionem pertinent: & ad conseruationem sanitatis: quæ in tertia eius particula descripta est. Manifestum est igitur ad hanc pertinere libros de elementis Galeni: de humana natura: de naturalibus facultatibus: cæterosq; eiusdem ut dici solet farinæ libros. Atq; sic trium lectionum circularem ordinem absoluimus, quæ matutina hora solent legi. Quartus autem continet primã

particulam quarti libri Auicennæ. atq; cum ea libros de differentijs febrium: primum ad Glauconem: decimum ad Almansorem. Quintus uero nonum ad Almansorem: totum tertium Auicennæ librum. libros Galeni de locis affectis: & extremos artis curatiuæ libellos: & continentia omnia fermè ipsius Rasis. Atque hoc modo duas lectiones quæ alternatim legi solent hora uespertina, tanquam ordine præcedētes dissolutis difficilioribus disputationibus complevimus. Supererat & dissectio, quam etiā solent publice in academijs profiteri, ei igitur Sextum librum dedicauimus. Manifestum est autem quòd libri de usu partium & Anatomicarum administrationum, & Vessalij, ac aliorum huic contemplationi debentur. Septimo uero quicquid in quinq; ultimis continetur particulis quarti libri Auicennæ subiunximus. habet igitur & secundum ad Glauconem: & de uenenis tractationem, & chirurgiam totam. tum libros Hippocratis cū Galeni cōmentarijs de ijs quæ in medicatrina, de fracturis & de articulis. Octauus secundā particulam quarti Auicennæ habet. Prognostica prorrhiticaq; & quæcūq; ad medicinæ partem coniecturalem pertinent. Nonus simplicium medicamentorum difficultates continet. manifestum est autem luce clarius quos ille antiquorum libros amplectatur. ubi etiam de Manardo & Leoniceno non pauca habentur. Verum Decimus habet quintum Auicēnæ librum. libros etiam decem de medicamentis secundum locos: & septem de medicamentis secundum genera: de Theriaca utrosq;: de Antidotis. Vndecimus autem habet libros de alimentis, de tuenda sanitate. omniaq; quæ uel ad conser-

uandum sanos: aut neutra præseruanda aut etiã restauran-da pertinent. Supererant præter hæc plura quæ adeo uaria & incerta erant, ut uix in unum ordinem redigi possent. ut libri Epidemiorum *& magna pars libri de uictu in acutis: libri* Hippocratis *de morbis: alijq; innumeri: quos omnes in unum atq; eundem duodecimum & ultimum redegimus.* Erat *& eiusdem argumenti liber in quo* Auerroes *medi-cis penè omnibus contradicit. Sed hunc ut Auerroem ubi defendi meretur tueri possemus septẽ libris quibus eius septi-mum librum exponere decreuerã ita immiscui, ut non dissi-milis ab alijs uideatur.*

Lusimus inuentis varijs: legimurq; per orbem.
Sed nunc ędendi seria tempus adest.


CONTRAD

MEDICORVM

Primus Tra

Hieronymo Cardano

Vita hominis an breuis



detur Hippocrates ex singul
uersalis præcepta & artem ip
sum in hoc tot expositorum
uolentiã vitam esse breuem in
ut vno uerbo tres errores facia
nunt quòd ab Hippocrate pro
quòd ars esset longa in cõpara
fundamentum autem rationis
festum vel ostendi. Secundo si
cõparata, igitur aut oportuit
ga: nam si est longa in cõparatio
gnũ aphoristica breuitate: est en
breuis, in cõparatione ad artem
paratione ad vitam, quid absurd

CONTRADICENTIVM MEDICORVM SOLVTIONES

Primus Tractatus Primi libri,

Hieronymo Cardano Medico authore.

Vita hominis an breuis Contradictio prima.



ITA hominis breuis est ad artem medicinę experiméto discẽdam cóparata prima aphor.pmo. Oppositum in de subfiguratione Emperica ex multis experimentis fit ars, experiméta autẽ ex multis experientijs & clarius. In tertio Proretici videtur Hippocrates ex singularibus experimentis vniuersalia præcepta & artem ipsam collegisse. Non possum in hoc tot expositorum stuporem non admirari uolentiũ vitam esse breuem in cóparatione ad artem, ut vno uerbo tres errores faciant. Primum præsupponunt quòd ab Hippocrate probandum fuisset, scilicet quòd ars esset longa in cóparatione ad hominis vitá, fundamentum autem rationis debet esse vel sensu manifestum vel ostendi. Secundo si vita est breuis ad artem cóparata, igitur aut oportuit addere quòd ars sit longa: nam si est longa in cóparatione ad vitam, est indignũ aphoristica breuitate: est enim ac si diceret, vita est breuis, in cóparatione ad artem quæ est longa, in cóparatione ad vitam. quid absurdius dici potest? at vero

si vita est breuis, est in cóparatione ad artem & ars per se longa: tunc sermo est incongruus vt in primo loquatur cóparatiue, in secundo non. eademq; particula ars longa habebit duplicem sensum. Particula δὲ, quæ est, autem, seu vero, cum sit aduersatiua nó facit vt referantur tanq; coniunctum. Tertiú est quòd istud esset auersari auditores & abigere lectores ab arte essetq; hæc pulcherrima ratio prooemij. eét enim ac si diceret, vita hominis ad arté medicam cóparata breuis est, vt nunquam totam possit addiscere. Respondent ad hoc qui melius intelligunt quod vita humana breuis est in cóparatione ad artem experiméto sine literis discendam: cuius sententiæ est Rasis. 4. ad Almansoré cap. vltimo. Verum non respódent hi autoritati Gal. in proritico, nec alijs satisfaciunt argumentis. ¶ Propterea dico q̄ nó tam callide loquitur hic Hippocrates sed voluit dicere quòd simpliciter ponát verba quòd ars est longa in cóparatione ad alias, vt colligitur à Gal. in libro cui titulus est an ad medicinā an ad gymnasticam seu exercitatoriam pertineat tueri bonam valitudinem. Reddit autem rationem primo de crisi quomodo dicatur ars lóga ab Hippocrate, dicens, si per vnum signum vel per plura etiā firmiter de exitu morbi conjecturam facere possemus, non utiq; Hippoc. artem longam fuisse dixisset, quasi velit longa experientia ꝛ multorum considerazione artem longā euadere. Vita vero breuis dicitur per se, vt etiā à Poetis scriptum est: Labitur extemplo fallitq; volatilis ætas, vel forsan ad id Hesiodi de comparatione attamen alludit.

Ergo sensus est. vita existente nostra breui & arte longa per se, tn̄ maxime si experimento discatur, cum occasio sit fugitiua seu preceps & iudicium difficile bonum est artem scriptis & quābreuissimis etiam mandare, vt eā commode possimus in tempore opportuno exercere.

nec tamen negat, quin quod ipse fecit artem, iudicio & experimento possit inuenire etiam alius.

Sed contra Gal. in libro de medico hęc habet verba: perfectam autem medicinã, & quæ proprijs esset partibus absoluta, eam siquidem quę diuina esset, solus inuenit Asclepius. Sed hic liber Gal. genuinus non est. Sed in oppositum videtur autoritas Gal. qui bis in cõmento repetit hoc quòd ars est lõga in cõparatione ad vitã primo in initio, secundo post medium. ☞ Dico, nõ est dubium quin id Hippocrates intendat cõcludere: & est si vita nostra breuis est & ars longa, nõ erit sufficiẽs hõ solis experimentis aut magna cũ difficultate artẽ me dicam totam discere. hæc tñ conclusio silentio prætermittitur, sicut & reliquum quòd scribenda sit ars, vel quòd breuiter scribenda sit. & de hac conclusione Gal. loquitur, nam demonstratio ipsa ad hoc tendit.

Hieme an cibi calidiores conueniant Contradictio. 2.



VENTRES hieme & vere natura calidissimi, prima aphor. xv. concludit etiam vberiorẽ cibum dandum hoc tempore. dicit etiam Galenus plus de optimo sanguine hoc tempore generaliter, scilicet in hieme quàm vere: quia calor naturalis fortior est. Huic tñ aphorismo multa contradicunt primoq; aphor. secundus tertiæ particulæ: naturaꝝ hę quidem ad æstatẽ, hæ vero ad hiemem bene male vt se habent. vbi manifestũ quod non omnibus hiems confert. non igitur omnibus calor naturalis augetur: nec melior celebratur cõcoctio. ☞ Respondetur quòd ẜm Gal. in cõmento. xv. aphor. primæ particulæ intelligiť in hominibus habẽtibus fortem calorem, nam in debilibus calor naturalis extinguitur, non roboratur. & dat exẽplum de ani-

malibus etiã quibuſdam quæ tota hieme dormiunt ad quod facit quod ſcribitur in tertia particula Affor.18. ſenes æſtate melius ſe habent: conſiſtentes vero hieme. vbi etiam Galenus contradicere videtur Hippocrati dicenti, ſenes autũno vſq; ad aliquod melius habere. at Gal.dicit omnes ætates male ſe habere autũno.ſoluitur hoc incidens ex ſuperioribus Gal.verbis,quòd ab Hippocrate hoc additum eſt ſicut etiã de prima æſtate quæ quaſi veriſimilis eſt: ſic etiam de autũno æſtati ſimili in priore parte.ſed redeo ad priorem cõtradictionem. nam duę exurgunt difficultates. prima quòd pueri melius vere quã hieme ſe habent,vt ibi dicitur:non igitur melior cõcoctio fit hieme q̃ vere.item quia Gal.in cõmẽto.ii.tertiæ particulæ dicit quod pituitoſiores natura melius ſe habent æſtate quã hieme,quia non augetur conſimilis humor.contra bilioſiores hieme. igitur nõ fit collatio ad multitudinẽ caloris, ſed ad habitum naturæ. item uidentur humores ex hoc textu temporibus ſimiles generari:quod etiam colligitur in libro de victu priuatoꝝ & prima aphor.2.in cõmento & primo etiam de humana natura.Ad hoc dico ꝙ aliud eſt comparari corpus quo ad alimẽtum ſolum, nam ſic omnia corpora non debilia melius ſe habẽt in hieme quia melior celebratur cõcoctio. poſſunt etiam comparari ad immutationẽ quæ ab aere cõtinente fit:& ad hoc dicit Galenus temperatam,ſeu ad ætatem,ſeu ad naturã referatur,ſimili gaudere:inæqualẽ aũt ſua contraria. Sed a præſenti aphor. cõtradicere videtur quod in primo de victu priuatorũ à Gal. ſcriptum eſt ſectione tertia vtendum fore ſiccioribus alimẽtis & calidioribus quaſi velit plus eo tẽpore de pituita gigni:Sed hoc clare in primo de humana natura expoſuit Hippocrates. volens plus hieme generari de pituita ſicut æſtate de bile. quã difficultatem videns Galenus in cõmento excitat con-

trarietatē cum pręsenti aphor. soluitq; eā duobus modis. imo potius duas rationes adducit. quarū altera est quòd hieme vtimur cibis frigidioribus humidioribus & durioribus. datq; exemplum de nouo vino tum etiā de rapis, bulbis, agninis ac suillis carnibus. altera est q vel ob iter aut vestium penuriam aut incuriam homo ab exteriori frigore persæpe læditur. Quid tñ si quis horarios fructus æstatis obiiciat? respondeo breuiter, calor naturalis in hyeme melius concoquit, generat tñ humidiores humores scilicet sanguinē & pituitam: vnde si frigidioribus alimentis augeatur pituita, & humidioribus vtrūq; in magnā incidet corpus intemperātiam. at vero æstate quāq; nō melius concoquat, plus tñ de siccis humoribus progignit: ideoq; humida tuti' exhibentur. longe aūt differt calidiores gignere humores, aut melius concoquere. ⁊ similiter calorē esse maiorem, & robustiorem, vel sicciorē. vnde in libello aduersus Lycum pueros abūdare calore naturali copiosiore ac suauiore affirmat: tum in his præstantissimā concoctricem: iuuenes vero nō maiorem sed sicciorē imo minorē substātia si ad mixtionē conferat. quo fit vt nō tā bene concoquāt: sicciores tñ progignāt humores. atq; ideo in æstate hoc manifestius vbi naturalis calor minor mole, maior aūt qualitate pſertim siccitate iuncta cernit. Cęterum quattuor modis qualitas qualitati cōparari solet: multitudine quę ad mixtionē refertur: magnitudine: vi seu opatione substātiæ: & modo operādi.

Humori purgādo an peccet in quali ex aphor. in pturbationib' uētris. Cōtradict. 3.



IN perturbationibus vētris, & vomitibus sponte factis, si qualia oportet purgari purgentur, confert & bene ferunt: si vero non, cōtra: prima affor. 2. at Gal. in cōmē-

to intelligit de humore qualitate sua noxio vt etiam in sequente aphor. at in commento aphorismi eiusdem particulæ dicentis, deiectiones non multitudine sunt æstimandæ sed si qualia. ibi Galenus in cõmento docet non multitudiné spectãdam in deiectionibus alui, sed si qualia oportet excerni excernantur: & etiã si confert ac bene ferunt. his duobus nos cõtentos esse iubet. igitur non vnum in altero includitur. nã si cum qualia purgari debent purgantur, confert & bene ferunt: viso quod purgantur qualia purgari debent, constat quòd ęgro contulit, & quòd bene fert. & hoc est primum.

Item omnes cum velint vel vnã partem aphorismi ex alia pendere, vel saltem vnam alteri similem, non videtur hoc conueniens. nã non semper ars naturam imitari debet: quarta. n. aphor. xxi. natura excernéte deiectiones multorũ colorum malum. item secũdo pronos. ubi de deiectionibus agit, versicolor auté deiectio & si longioré significat morbum, attñ exitialis est. at in aphor. eodem dicitur, cum medicaméto vero melius & quãto colores plures. Similiter morbo existéte ex turgéte materia licet ab initio purgare iuxta illũ atq; mouere nó cruda, neq; in principiis modo nó turgeant prima particula aphor. & medicari in valde acutis eadé die, si materia turget: tardare enĩ in talibus malũ aphor. 4. ꝛ inchoantibus morbis si quid mouendũ videtur moue. 2. etiam aphor. & in acutis passionibus raro atq; in principiis medicinis purgantibus vti: & tñ natura ab initio nihil tale vtiliter operatur. Vnde primo epidemiorũ, cruda vero & incocta & ad malos abscessus cõuersa iudicationis carétiam, vel dolores, vel morbi longitudinem, vel mortes, aut reuersionem indicãt. & clarius Galenus in cõmento aphorismi, inchoantibus morbis si atra bilis vel supra vel infra exierit, letale. quarta particula aphor. nó potest dicebat in initiis morboꝝ, cum

natura à causis morbũ facientibus grauatur,ꝛ materia ipsa cruda est, quicq̃ bene euacuari.sed oportet coctionem præire,inde separationẽ, vltimo vero expulsionẽ. Respõdeo prætermissa difficultate an intelligat in quali tantum Hippocrates qm̃ omnis materia peccans in quanto etiã in quali peccet.vel qm̃ omnis materia quę extra venas est superflua in quali etiam peccet: non ob multitudinem solã,sed quia à natura intra venas traheretur.seu quòd per qualem humorẽ noxium intelligat vt quidã Gal. tribuere conãtur contra Philotei & Oribasii sentẽtiam.huius aphorismi expositionẽ patet vsq; ad secundũ quartæ particulæ extendi,cum dixit,in medicationibus talia educere qualia & sponte prodeuntia vtile.vbi Gal.docuit per inanitionem sanguinis missionem & exercitia & excreatas materias significari. quod nobis declarat primam aphorismi partem non esse ad ostendendum secundã: vbi dicit sic & inanitio,nisi concedamus ex particulari posse ostendi vniuersalẽ. Ergo vt ad propositum reuertar aphorismus de operatione ac intento primo loquitur. stat tamen vt per accidens noceat eductio materiæ noxiæ aut propter loci conditionem, aut virtutis debilitatẽ, aut tempus morbi, aut symptoma coniunctum.

Ad primũ in aphor.ii.cõsiderat tantum proportionẽ qualitatis materię ad eductionem cæteris circũscriptis introducturus initiandos arti. In.xxiii.cõsiderat opus naturæ vel artis cum oĩbus conditionibus requisitis.

Contra si confert ac bene fert, igitur qualia oportuit excreuit æger:respondeo ex Gal. eas esse notas optime euacuationis nõ solum in quali,sed etiam in quãto. primam vero esse notam solum in quali.Sed adhuc stat argumentum: nam si bene fert,& confert,non solum qualia,sed quanta oportuit deiecit.

Igitur dico quòd ambo hæc considerare oportet quia

& si conferat ac eger toleret nihilominus hoc erit potius exonerata natura, quá subleuata.ideo dicebat non ſm rationem alleuiatis minime fidendum esse: ná alia causa poterunt alleuiari non ex purgatione, vt à cibo, à letitia,à causa etiam supercœlesti.

Ad secundú,medicus imitatur naturã,non tñ ex hoc sequitur natura sic agendo malum finem ostendit, igit & medicus:quia in opere naturæ non tantú causam sed signum inspicere debemus.in opere artificis tantú vtilitatem vel iacturam.⁊ quáuis natura ab initio expellente materiã nondum coctam sit malum signum ratione materiæ ⁊ grauitatis morbi, nó tñ est necessario perniciosum semper nec in vtile:cú sæpe à grauioribus morbis liberetur ęger.Sed in atra bile secus est quæ non solum ab initio morbi sed debili existéte egro perniciem affert. significat enim perniciosæ materiæ vitium, quæ anteq́; concoquatur mortem sit allatura. ⁊ licet ęger à deteriori morbo eo naturę conatu liberetur cú tamen naturã tam prauo humori non dominari ostendat, qđ illa coctioné non expectet, exitiú certum declarat. Sed de hoc,in.xxi.contradictione.iii.tractatus dicemus.

Virtutes in homine an tantum duæ. Contradictio.4.



DVæ sunt operationes in homine, naturalis & animalis: primo de causis sympto.in initio:at.ix.artis curatiuæ ponunt tres addita vitali. nec est qđ inter facultates aut operationes vel virtutes discriminis interponas.Conciliator differentia.57. hanc vidit differentiam modoq́; vitalé sub naturali,modo sub aiali collocat facultate.ex Galeni tñ sententia quotiens eas in duas redigit, ná tres longo processu eas esse docet.vi.&.vii.de plantis Hippoc.⁊ Platonis,naturalis vitalem amplectitur cum absq; vo

lūtatis imperio corpus administret. in quo sensu primo de causis sympto. loquitur: nam arteriæ non parent voluntati, vt nec in coquendo iecur. est autem necessariū primam diuisionē in vnoquoq; per contraria declarari. cum vero de sensu, de dilatatione loquimur, animali vitalis annectetur. sed cū ad principia & proprias functiones tres illas esse dixit.

Mulsa cocta an magis nutriat cruda. Contradictio. 5.



VLSA cocta plus nutrit quā cruda. xii. artis curatiuæ, &. iiii. regim. acutorum. v. &. iii. eiusdē. xviii. quin etiam ait illam minus ventrē subducere. sic Gal. At è diuerso Hippocrates eodē. iii. libro. &. xxiii. inquit nullam inter coctam ac crudā mulsam agnoscere differentiam nisi quòd cocta pulchrior est, minusq; nutrit, & minus aluum deiicit. est autē intelligendum duplicē fuisse mulsam in vsu: crudā coctamq; quod ex locis deductis elicitur. tum vero vt habetur. viii. de arte curandi: vbi docet victum illorū qui ephimera ex obstructione contracta laborant. triplex est etiā vniuscuiusq; hay genus: validū in quo mellis plurimū, imbecille qd parum, & mediocre quod cōmensuratā quantitatem habet. Sic igitur sex illius genera erunt. Dioscor. libro. v. cap. ix. docet nos illud mulsæ genus qd seruatur Hidromelq; vocari solet, priuatim inter alia, habetq; vires loræ ac imbecillis vini, cum media ætate constiterit, duplo aquę pondera melli admixto confici. Plin. lib. xiiii. cap. xvii. aliā ostendit rationem. cūq; quinquēnio eam seruari prius affirmet, quā in vsum veniat: vel sub canis feruoribus pluuialē aquam ad tertias decoctam tertiæ parti mellis cōiungunt. xl. diebus in sole habentes: quā non vires sed saporē vini vetustate assequi ille affirmat.

At Columella.xiii.libro.cap.xi.Mulsam & ipse crudam cóficit ex pluuiali aqua diu seruata,atq; depurata.minima vero portio mellis quæ adiicitur ex aquæ dimidio est, alia ex dodrante, vt solum tertia pars ad ponderis æqualitatem desit.Hæc igitur plus nutriet quã decocta in quã mellis minus conijciebatur. verum cum Gal.illam plus nutrire contendat pares in vtraq; mellis portiones assumit.nã ea quæ decocta est si par mellis pondus assumat,proculdubio cruda alit copiosius.alr cum dicat ἀσθενέστερον μὲν τοι γε τῶν ὠμῶν καί ἀκοπρωδέστερον ἐστὶν. hoc est infirmior quidẽ est quàm cruda,& minus deijciens stercoris, vnde ille minus nutritiuã pro imbecilliore vertit:quod & si vsu vocis inualuerit, plura tñ sunt exempla quibus id minime significet.quod si particula α, auferatur integra cum Galeno concordia manebit:cum ille exponẽs nõ nisi interiectis quattuor breuibus expositionis partibus,nullam contrariæ Hippocratis sententiæ mentionem faciat.

In tenui uictu an ęgri magis delinquant quàm in pleno. Contradictio.6.



IN tenui victu ęgri delinquunt:quo fit vt magis lędantur. Omne.n.quodcunq; fit magnum, fit magis quã in Paulo plenioribus : prima aphor.v.at cõtra.ii.regim. acut.xxxvii. multo autẽ minus aduersus adiectionẽ eundum est.detractio enim frugalis plerũq; cõfert,vbi superfuturus est ęger,donec morbus concoquatur, vbi Gal. exponens dicit,vbi pecandum est, & à decente mensura recedendũ,omnino laudabilius ad id quod quantitate minus est potius quã ad id quod plus est inclinare:nẽpe quod plus est, noxas interdum facit inemendabiles : verũ quod minus est facile emendatur. Nempe si virtus labi videatur,exiguum cibi dare possu-

mus. verum si in ventré cibus absorptus fuerit, si aliàs quod redundat, multo magis in acutis tollere difficile est. itaq; subtrahere sæpenumero expedit, si virtus sufficiat donec morbus concoquat. Item in c.xlviii. ingens si quidem malú est si ob laborem morbiq; acumen imbecilliori facto potum quis aut sorbitioné copiosioré vel esculentum dederit: Imbecillitaté eam ex vasorum inanitione contigisse arbitratus, vbi Galenus dicit, verum qui ex vasoꝝ inanitione parum valent, hos si quis dicta presserit tenui lædet quáq; non æque euidenter vel celeriter. Itaq; vnum videtur detrimentum in pleniore victu grauissimum.

Ergo Oribasii senté tia talis est, quòd hoc medici peccatum in tenuiore victu accidat: eo quòd ei alius superueniens medicus illum cibauerit, succedente bona valitudine primus reprehendit. improspere autem conqueritur quòd ad illum vberioré cibum descédere coactus sit, ob primum errorem. verum adeo impudens est hæc expositio vt existimem eam Oribasio indignam, quáq; illum vecordem inter oés Græcos medicinæ auctores diiudicem. Sunt qui existiment melius esse ad plenioré victú declinare vt Vgo, & Iacobus, tribus rationibus: prima quia melius est vt aggregétur superfluitates quá vt spiritus vitalis corrúpatur, natiuusq; humor ꝛ membrorú substantia consumatur. Secunda quia facilius est supfluum expellere, quá deperditum restaurare: quéadmodum cótingit ex superflua inedia. tertia quòd vt habetur secundo regim. acutorú. xv. & .xl. transitus à pleniore victu ad tenuiorem, tutior est quá à tenuiore ad pleniorem. igitur error plenioris victus cum facilius emendetur minus est periculosus.

Alii vt Ferrarienses existimant, quòd dicta secundo regim. acutorum per se vera sint: scilicet vt melius sit ad tenuiorem victus rónem declinare, attñ aphorismi sen-

tentiam intelligi in cōparatione ad errores, nā si error laboranti accidat qui tenuiore victu vsus sit,debiliore facta virtute,laborās difficilius illum sustinere poterit, quàm si pleniore victu vsus robustiores vires haberet. Ergo quod ita sit,sic astruitur. nam Hippocrates in illa parte vbi de sanis agit in aphorismo dicit periculosam esse victus tenuis rōnem quia errores difficilius ferunt. cum igitur pariter in vtraq; aphorismi parte loquatur, haud obscurum est qđ dicitur.Secundo,vbi cibus prę ter naturā plus ingestus est,morbum facit 2.aphor.17. q̄to magis in egris,morbū augens, ēt vires debiliores reddet:atq; sic laborantē duplici incōmodo afficiet.

Ex his ad rōnes aduersę opinionis ad primam,patet ex secundo argumento, nā virtus etiam in hoc errore debilior redditur ad secundā refragatur Gal.sententia clara dicta secundo regim. acut.xlviii. ad tertiam non supponunt tantā fieri extenuationem vt cibum assumere cogātur: verum si incidat adhuc leuius ferent quam si vberiore cibo impleti morbū ferre non possint,vt dictum est à Galeno in cōmento.xxxvii.iam adducto.

Inde errores colligunt illoꝝ nam cum dixisset Hippocrates quia ęgri peccāt,intellige vt plřm,ideo lędun- tur:illi intellexerunt,quia lęduntur,ideo peccāt.& similiter cum Hippocrates dixisset magis lędi ob peccatū,illi magis peccare,ob lęsionē intellexeruut.cūq; ἁμαρτάνουσιν in prima parte peccatum credāt esse,seu delinquere vel aberrare,in secunda victum tenuem interpretati sunt.illud etiā animaduertunt quòd cum Gal. victum tenuem vocet qui minus alit quàm ptisana:plenum qui vberius:illi cōparatiue dictum putāt ad eum qui ęgro debetur. vt apud Ferrarienses melius sit nihil omnino dare,quàm carnes in acutis.recensent etiam quod cum in pleniore victu Hippocrates dixerit ὀλίγον,vel μικρόν, paulum scilicet vel parū & in tenui πάνυ quod est val-

de: illi æqualem excessum in vtrisq; à debito sumendũ existimauerint. Ex his tandẽ claret dicunt, eum inoleuisse errorẽ vt potius morbum quã virium alendam imbecillitatem vulgo iactent cum tñ Hippocrates ex Galeni autoritate primo regim. acutoꝝ. xxv. magis sit ex eorum numero medicorum, qui ęgros fame excutient, quã cibo expleant. Inde illud subijciunt Hippocratem quinq; alios de victu tenui subiecisse aphorismos: nec talis victus per hunc exclusus existimaretur.

Itaq; vt mihi videtur nec hi mentẽ Hippocratis imo ne experimẽtum sunt assecuti. qñquidem si æqualis sit. oñia grauius in tenui victu lędantur ęgrotantes. ⁊ Hippocrates librum aphorismoꝝ senex condiderit: longe iunior librũ regiminis acutoꝝ. vt si altero in loco peccasset verisimilius esset in aphorismis propriam magis explicasse sententiã. verum vt video cõcors est sibimet. indignissimum autem est Hippocratis grauitate atq; in aphorismis presertim, illum existimare super errore, & casu, generalem victus rõnem fundasse. Quod si per victum nullã comparationem intellexit: cur paulo pleniore, aut valde tenuiore dixit, non pleniore tenuiq;? At si per victum tenuẽ illum intelligit, qui infra ptisanam est, qualiscunq; eger tenui victu vtetur etiã si angina pręfocante laboret peccabit. & quicunq; carnes edet parũ aberrabit, tum illud absurdissimũ est. quod si propter errores hoc tantũ præcauere iubet: non tñ edixit an præcauẽdum sit: sed tantum cõmonuit hoc illis accidere. sua igitur intererat dicere Hippocratẽ voluisse vt quãmaxime errores caueamus, cum victu tenui vti cogimur. quod si hoc dixissent, forsan aliquid: & si nõ ẜm Galeni dixissent sententiã. Deinde quid causæ est quòd si ex cibo & morbi grauitatẽ & virium imbecillitatem incurrunt: deteriusq; se habent his qui tenui victu vsi sunt: vt facilius errores postmodũ ferant, non sat intel-

ligo.Cum etiã dixit Paulo pleniore victu,si uirium im becillitas nõ accedat:nunquid ẽt si non paulo plenior sit,sed plenior absolute nõ ferre quisq; poterit? Gal.ẽt in fine cõmenti dixit, & qm̃ ad eum, scilicet victum tenuem,transitus est insuetus. nõ igitur ob errorẽ superuenientẽ, sed propter seipsum tenuis victus grauis est. Neq; etiam illud uerum est,eos qui cibũ sumpserint copiosiorem,facilius ferre incõmoda,vt uigilias,ac tristitiam: imo grauius ledunt hæc si quis cibo utatur copiosiore,quod cuilibet experienti patet.

Verum quia Galenus dixit in fine(confirmant autẽ) ideo explicanda sunt illa uerba quæ pro illis esse uidentur. vult ergo dãnare secundam interpretationẽ, & est eorum qui dicebant qđ inscijs medicis coguntur ęgri cibari.dicit non hoc verum esse in sanis,sed ob id illos grauius ledi,quia ipsum exquisitũ & constitutum victũ per se ęgre ferunt.

Causa erroris illorum est:quòd uictum triplicẽ tantum ex substantia distinguunt.mediocrem ptisanæ:plenum qui alit copiosius:& tenuẽ qui minus, nam hæc à Galeno dicuntur solũ de substantia:nã in quantitate ẽt tres illę differentiæ sunt constituendę,cum dixit etiam ptisanæ sucũ si in modica exhibeatur quantitate,ad tenuissimũ pertinere uictum, an putãt si quis quadruplũ eius quod ex aliis cibis assumere solet in quãtitate accipiat ex ptisana,mediocri illum victu usurum? certe nõ. Princeps prima pti.trac.ij c.viii.dicebat ⁊ cũ ambigua sit tibi dispositio in egritudine tũc vt declines ad subtiliationẽ,est melius, quam ad additionem:te obseruãte uirtutem,⁊ tolerantiã.Supra etiam dixerat & si uideris ęgritudinem acutam non ualde,imo acutam absolute: tunc oportebit ut subtilies regimen,non in ultimo nisi in apostẽmatibus in die cristis proprie.

Ex hoc patet solutio clara in morbo cognito,melius

est à debita uictus quátitate per æqualem differentiam declinare ad plenioré, quàm ad tenuiorem: seu hoc fiat ratione qualitatis cibi, ut dãdo carnes pro ptisana, seu quátitatis, ut dando duplum quàm nihil, aut dimidio plus quã minus. & ad hoc faciunt argumenta Iacobi. ꝛ ratio est clara quia celerius ille perueniet ad mortem, nihil dando, quã duplum debitæ quátitatis. ꝛ ideo dixit Hippocrates paulo plenioré, quia modicũ est quod pót addi in cibo ęgri, si non plus addatur q̃; detrahi possit. neq; enim dubiũ est quod si uellemus uni longe plus dare debito, q̃; ab alio detrahere, quod falli possemus. nec est quod dicãt tantam augeri posse uictum vt suffocet: nam hic uictus non erit. cum uero morbus ignotus est, seruata uirtutis tolerantia, longe tutius est declinare ad uictum tenuioré, quam ad pleniorem. sed hic non fit cóparatio ad unum egrũ, sed ad duos quoꝝ unus febricitet leuiter, alter habeat phlegmonem in pectore gratia exempli: & in altero priore cum debeatur uictus mediocris, exhibeatur tenuis: in secũdo cum tenuissimus exhibeatur, tenuis: tunc egri primi iactura emendari poterit: secundo ad mortem perueniẽte. ideo in libro regim. acut. loquitur ubiq; in cóparatione ad duos egros, non ad unum tantũ. nam & in phlegmone ubi a propria uictus rõne fit declinandum æqualiter, ad pleniorem erit declinandum. aphorismus igitur respectu eiusdem morbi differentiã plenioris tutiorem innuit: liber regim. respectu diuersorum morborum æqualem uariationem, in periculosiore periculosioré docet, in leuiore tutiorem.

Ad primum Ferrariensium particula quicunq;, refertur ad multitudinem errorum in uictu qui possunt esse innumerabiles maiores uel minores.

Ad scõm refert̃ ad. 4. aphorismum eiusdem particulę: nã dãna cõia sunt nimiæ repletioni ꝛ inanitioni.

Indicationes ſanguinem mittẽdi an tres ſint. Contradictio.7.



NDICATIONES mittendi ſanguinem tres ſunt principales, robur uirium, morbi exiſtentis imminentisue magnitudo, & ætas quæ non ſit puerilis. nam q̃d ad decrepitam pertinet in uirtutis imbecillitate continetur libro de uenæ ſectione: reliqua nõ de abſtinẽdo indicant, ſed de paucitate, aut augent: non de mittendo docent. quã ſententiam fermè declarauit etiam. x. artis curatiuę at primo ad Glauconẽ ⁊ poſt libro de ſectione uenę docet temporis caliditatẽ ſeu ambientis potius prohibere ne omnino ſanguinem mittamus. nam in libro de uenæ ſectione iuxta fnẽ quattuor docet eſſe conſideranda continentis caliditatem & reliquã tria quæ in principio enarrauerat. & in primo ad Glauconẽ refert multos interiiſſe qui in feruentiſſima æſtate ſanguinẽ miſerint, dum febre laborarent. vñ docet hieme parce ſanguinem mittendũ: æſtate aũt calidiſſima nullo modo. atq; ſic calorem inter primas refert indicationes. frigus inter poſtremas. alibi uero ut in. ix. artis curatiuæ ⁊ ſecundo ad Glauconem primas poſtremis admiſcet. Reſpõdeo, calor ambientis ex regione, ex anni ſtatu, & qualitate ſuperueniente conſtat. horũ ſingulum ſi per ſe conſideretur ex poſtremis eſt. Indicationibus: nec prohibere põt ne ſanguinem mittamus. ſicq; remanent tres tantum indicationes. uerum ſi in unum coeant fiatq; ex his omnibus continens calidiſſimum, q̃d ⁊ in cæteris accidit ex pluribus poſtremis una propemodum fit indicatio prima: quæ de non mittendo prorſus ſanguine docet. cum uero eiuſdem generis eſſe uiderẽtur hæ tres poſtremæ indicationes, facile in vnã redigi meruerunt.

Deriuatio

Deriuatio an reuulsionem præcedere debeat. Contradictio.5.

DERIVATIONEM reuulsio præcedit: ut colligitur secundo ad Glauconem secundo. At.vi.Epidem. particula secũda. cõmento.viii.Deriuatio tanq̃ absolutissimum auxiliũ reuulsionem præcedere debet. plura possent hiccinde adduci, sed nos mentẽ Galeni secũdo ad Glauconẽ iuxta medium capituli explicabimus similiter & loci Epidemioꝝ.ergo in.ii.ad Glauconem tria genera eductionis reuulsionem, deriuationem, & euacuationem tribus modis cõparat. primo ratione temporis. nondũ defluxa materia reuulsio conuenit: iam defluxa & in particulam decumbente deriuatio: tota iã in loco firmata, corporeq; plene expurgato euacuatio. Secundo ratione loci reuulsio fit ex loco remoto & unam habente contrariã positionem. deriuatio ex proximo loco. euacuatio ex ipsa patiente particula. Tertio cõparat hæc gratia ut in uno conueniunt siquidem in hoc quod ex uenis affinibus fieri debent: ut oĩa hæc sint ſm rectitudinem loci patientis. differenter tamen, nam reuulsio fit ex uena quæ cum uena patiẽtis loci in unũ coincidit. deriuatio ex eadẽ uena, sed in parte alia à patiẽte. euacuatio ex loco ipso. Ergo ex hoc patet quòd non debet unq̃ in genere præcedere euacuatio deriuationem, nec deriuatio reuulsionem. quia nõ potest esse prius materia tota collecta, quàm in parte: nec in parte defluxa in particulã, anteq̃ defluat & sit in motu uerum postq̃ defluxerit in parte non dicit necessarium esse, ut ante reuellatur, quã deriuetur. sentẽtia igitur.vii.&.viii. secundæ particulæ.vi.Epidemioꝝ est: q̃ si materia quę defluxerit sit multa, & dolorẽ faciens, prius est deriuanda, indę illico molienda reuulsio. secus aũt à reuulsio-

ne incipies.& ratio quam adducit est clara: quia stante dolore magno, dolor attrahet materiam, & augebitur phlegmon, & reuulsio uirtuté minuet: atq; hoc modo ægrum duplici uia perdes. verum si prius deriuabis alleuiabis materiá. & hoc est quod dixit Princeps.iiii.primi cap.I.ꝛ cum materiam diuertere volueris, dolorem prius seda. intelligit duo: primo ut tétes sedationé eius cum leniétibus doloré ut.ii regim.acut cap.I.Hippoc. in morbo laterali.aliter pro flámoso dolore sanguiné mittes. Secundum ꝙ stante dolore forti à deriuatione non reuulsione incipias: ut prius dolor sedet.ideo Gentilis in illius textus expositione nutauit, quia Galenú in Epidem.non uiderat. Sed hæc ratio non potest in euacuatione ut deriuationi præponat, locum habere: quãuis materia tota defluxerit.& hoc quia euacuatio ex loco totius corporis præsupponit purgationé, quæ longo tpe indiget. hanc cú nó postulet deriuatio, ꝑtermitti quidem potest, sed euacuationi postponi nó potest.

Ephimera an fiat calore in sanguine existente. Contradictio.9.



PHIMERA fit calore in sanguine existéte.ii.de dif.feb.cap.ix.at uero qȏ fiat sanguine nemo dixit sed ipsis spiritibus super calefactis.ii. de crisi. cap.xiii. & Princeps prima.iiii.cap.I. & omnes soluitur ex primo de dif. feb.v.&.ix.artis curatiuæ cap.I. in fine: antiqui distinguebát genera febrium in putridas & quæ in solidis membris accidebát & Ephemeras quasi diurnales uocatas, at quæ sinocha dicitur in sanguine fit. quia tñ rarius ephimera contingit ꝛ ipsa sicut illa putredine caret: ideo dicit Galenus ephimerarú nomen adepta est cum tñ non sit. nam hæc diem ipsam non solú sed duos ac tres transire potest. ideoq; Rasim patet deceptú esse

qui ephimerã ex obstructione credidit ad octauũ vsq; diem pertingere posse. nam hoc nomine apud Galenũ qui à sinocha ephimeram plerũq; non distinguit deceptus est. nõ ignoro alias alio modo scripsisse de hac sententia unum satis constat ut in Galeni uita docuimus, satis mature hunc librum illum conscripsisse: minore quidẽ ordine arte ac etiam diligentia.

Qui crescunt an plurimum habeant caloris innati. Contradictio. 10.



QVI crescunt plurimũ habent innatum calorem. prima aphor. xiiii. ibi Galenus explicat Hippocratẽ de innato & influente intelligere. est autem innatus proprie qui membris insitus, tanq̃ quartũ elementum. influẽs uero qui ex cibis gignitur. Dicit Hippocrates eos qui crescunt plus caloris habere, quàm consistentes. Galenus exponendo intelligit de innato tantum, nam de influente pares sunt, nisi quòd calor puerorũ ex aerea & aquea magis substantia est, consistentium ex ignea & acriore. hanc etiã sententiam uidet̃ confirmare Auer. ii. collec. ii. hoc argumento actiuę qualitates consequunt̃ passiuas: calor innatus fundat̃ in humido radicali: igit̃ ad diminutionem humidi, minuetur calor. quare innatus, minor erit in iuuene q̃ in puero. De influente uero cum Lycus aduersus Hippocratẽ inueheretur: uolẽs dãnare uerbum illud plurimũ, quia uel ad fortitudinẽ, uel ad magnitudinẽ, uel ad uehemẽtiam referri potest: in primo uerbũ non conueniebat ut fortius diceremus plurimum. in secuudo falsus erat. nã plus in iuuene quã in puero caloris innati cõtinebatur: in maiori quanto maiori etiam existente uirtute. in tertio damnabatur in utroq;. nã nec pueri calor tactu uehemẽtior est iuuenis calore nec uehemẽtiori plurimum, seu quod Græce est

πλείστην congruebat. respondens Galenus ſm modum amplectitur dicens non abſolute quidem plurimum in puero adeſſe calorē, ſed in cōparatione ad corpus. exē- plum aūt de doliis plenis, aut ſemiplenis, cōmemorat: quo fit ut non de innato poſſit intelligere,quandoqui- dem hic & in cōparatione & abſolute maior ſit in pue- ro:ut pote cui nihil poſſit adiici ad iuuentā proceden- ti.igitur de influente intelligendū eſt. qui ſi maior eſt, in puero,maior quoqȝ ut probatā eſt innatus, non ſo- lum ad corporis rōnem,quonam pacto uerum non po teſt quod ſecundo de tēperamentis ſecundo dicit̃ æqua lem in utriſqȝ eſſe? quodq́ȝ maius eſt illud tactu ſolum poſſe demonſtrari.quod rōne ſic cōfirmare mititur. in demonſtratione ꝑpoſitiones debent eſſe per ſe notę ſen ſu,uel rōne,ſed propoſitio quæ his demōſtranda eſt pri ma eſt ſenſu,quia huius iudiciū ex ſenſu pēdet, igitur ex ſecundis prima demonſtrabitur. Sed tamē Princeps pri ma primi doctrina tertia cap.iii.adducit tres rationes ad probandum hanc concluſionem.

Prima eſt calori naturali dum creſcit homo nō adue nit cauſa corrūpens illā quia homo ſanus non eſſet.nec augens,nā origo eius quæ eſt humidum non auget̃:igi tur ſtabit.reliquæ rōnes ſunt quaſi corroborantes pri- mā eſt igitur. Secunda ratio humidū pueri eſt ſufficiens ad calorē ſuum conſeruandum,& augumentum, igitur augumento deſinente debet etiā eſſe ſufficiens ad cōſer- uandum & hoc fit in iuuentute tertia ratio ferme cum ſecunda coincidit. humidū in pueritia ſufficit ad calo- ris conſeruationē & augumentum:in ſenectute ad neu- trum:igitur in hoc tranſitu poterit aliquādo unum & nō aliud.non augere nō ſtante conſeruatione,igitur cō ſeruare non ſtante auctione:⁊ hoc in iuuētute.ratio au tem tenet in ordinatis non aliter ut patet.ex quo liquet quod Galeno cōtradicit manifeſte Princeps:in hoc qđ

putat posse probari: non in cóclusione de æqualitate. Sed Auerrois Principi cõtradicit eo quòd minorem faciat caloré iuuenis quá pueri. Galeno uero in ambobus. Gentilis uero & ipse aliam inducit pro Principe rationé. ea aút est. Omnis natura quæ est principiũ operationis in ætate perfecta induciť in initio generationis. Sed calor innatus, est principiũ operationum in ætate pfecta assumpta. propositio probari pôt per enumerationé. item quia aliter natura ut in pluribus posset frustrari suo fine quod est inconueniens. Auer. etiã in primo canticæ com. 34. confitetur hanc æqualitaté. ut tñ quis neget maiorem cóstituit paulo caloré pueri, ratione ut clarũ est inductus sua. Albertus in libris de somno & uigilia & de iuuentute & senectute putat pueros calidiores iuuenibus: quia caput habét maius, & magis dormiút. fundatur ratio in dicto Philosophi quòd qui habét partes superiores maiores, inferioribus sunt longioris uitæ, quia calidiores: libro de lógitudine & breuitate uitæ. somnus etiã à caliditate fit uapores eleuante. Sed in pueris somnus amplior fit, ob humiditaté, & curarum carentiam, nó ob caliditaté. unde primi senes male dormiunt. Capitis magnitudo ratione finis fuit: quia cum osseum esset, atq; ideò minus posset extendi, ut cómoderatus homo euaderet, ab initio maius creatum est. hi enim paruum sortiuntur qui ab initio habét moderatum. Sed cadit in hoc difficultas alia: operationes in iuuene sunt perfectiores, quá in puero, igitur calor naturalis etiã maior. secundo humidũ radicale augetur, & augeri potest, igitur & calor qui in eo fundať. Ad Auerrois fundamentũ sunt quattuor respósiones, prima quòd calor influens, est superauctus, tanto quanto innatus est diminutus. hæc autem æqualitas quę sensu apud Galenum cóprehenditur est in cóposito.

Secunda ꝙ ut minuiť calor nãlis, ita augetur impres-

sio in mēbris:ut per hoc remaneat ęqualis.hęc rẽſpõſio eſt ſophiſtica,licet ſubtilis. admittit enim duos calores in eodẽ ſubiecto eiuſdem naturę:itẽ actionem aliam in proprium ſubiectũ. item concedit calorem naturalem eſſe diminutũ.prima etiam nõ eſt ad mentem Gal. nam vult vt diximus influentem in pueris eſſe maiorẽ:aggregatũ æquale:igitur innatus in iuuenibus neceſſario maior eſt.Sed ad hoc pro Gal. cõcordia dicere poſſumus, quòd in aerea & aquea ſubſtantia etiam innatum humidum intellexit.uerum ſic non diſtinguit Galenus de humido influente,& innato,neq; de calore,& hæc eſt conciliatio in dictis Galeni.

Tertia reſponſio eſt Principis q̃ calor non adęquatur humido:ideo non cõſumitur niſi ad conſumptionem humidi adęquati:ſed ſolum retrahitur in puero.& hæc eſt etiã cauſa,cur in iuuene fortior uideatur.

Quarta eſt quòd humidum vt diximus augeatur in quãtitate,licet non in perfectione.⁊ ad hoc eſt ratio noſtra corpus nutritur humido quod eſt melius quã ſit illud quod eſt innatũ:& æquale ſaltem humido contracto à principio generationis:igitur humidũ vere augetur innatũ.aſſumptum ex hoc oſtẽditur quia homo annorum.xl.gignit filiũ qui poteſt uiuere annis.lxxx. cum ipſe ſolũ poſſit ſuperuiuere ſm naturam per alios.xl.annos.igitur ſemen noſtrũ humidius eſt & calidius quàm ſit humidũ & calidum noſtrum. ſed ſemen eſt ſupfluum tertii alimẽti:igiẗ multo melius erit id quo nutrimur. ad hoc dicunt quidam putantes ſe cũ Principe reſpondere quod licet optimũ ac longe melius reparetur humidum, quod tñ neceſſario ad ſenium peruenitur:quia non licet intrinſecus humectare: ſed tantũ madefacere. hæc reſponſio quantũ ad aſſumptum eſt cum Principe: cauſa tñ eſt falſa nã ſi puer creſcit uero augumẽto, & in augumẽto ut habetur primo de generatione ab Auer-

roe requirit ut quelibet pars eius quod augetur ab exteriore materia suscipiat incrementū: aliter non augumētum sed appositio dicetur: igitur humidū tale innatum uere crescit, & augetur. causa tñ cur hō necessario senescat: est quia, id quod consumitur est purissimum: nam terrea pars cōsumi nequit: quod additur licet sit melius humido innato: nō tñ potest esse melius humido quod consumitur: aliter non esset mixtum ex quatuor elemētis. quare necessario quamuis melius humidum innato in dies reparetur, humidum tamen innatū fit magis terrestre & imperfectum.

Humidum radicale an à calore naturali consumatur. Contradictio. 11.



IRCA hoc dubitatur an humidum radicale consumatur à calore innato respōdet Galenus primo de tuenda sanitate q̄ sic: uerba eius iuxta initium subiungere libet, sunt autem hęc: Ergo statim in generationis initio coniectum copiosius elementum oportuit quod siccandi uim haberet. est uero id natura maxime ignis: sed tñ & terra. est enim ea quoq; res sicca. verum huius plus īmisceri principiis nō erat, si modo hæc humida erant futura ignis certe, quo minus plus sit admixtum, nec obstat quicq̄: ⁊ sanè admixtum est tanto plane plus in vtroq; principio, quantū ne torreat, vrat'ue, ⁊ tñ abunde siccet: Quippe etiā tātus calor adhibitus agilitatē ad motiones præstare sat erat. Ab hoc igitur primum cogitur, paulatimq; concrescit, quod in vtero conceptū est: mox siccius redditū ueluti lineamēta quædam, rudimentaq́, cuiusq; membri obtinet. Vlterius vero etiā siccescens non modo lineamenta & rudimenta, sed etiā exactam vniuscuiusq; spēm ostendit. Iam uero in lucem editum & magnitudine proficit & tum siccius

tum ualentius semper efficitur: donec ad summũ incrementum ἀκμὴν Græci uocant, sit peruentũ. tum uero & incrementũ omne sistitur, ossibus nimirũ ipsis per siccitatem nõ ultra sequacibus, & sanguinis spiritusq; uasa, spiritus ipsius flatu in latum agunt: cuncta deniq; mẽbra non solũ robusta fiunt sed etiam uires suas summas obtinent. In eo uero quod sequitur tempore, omnibus iam partibus supra iustum siccescentibus, non solum cuiusq; officiũ minus probe administratur, sed etiam corpus ipsum macilentius graciliusq; quã ante redditur. Ergo ultra siccatum, nõ macilentius modo, uerum etiã rugosum efficit. Artus quoq; ipsi inualidi, atq; ad motus suos incerti incõstantesq; reddunt. Affectio hæc in animalibus seniũ appellatur, ei quæ in stirpibus αὔανσις Græce dicitur proportione respõdens. Est enim illa stirpis senium siccitatis excessu proueniẽs. Vna hæc igitur est omni genito corpori corruptelæ interitusq; necessitas. Altera est quæ etiã in animalibus precipue cernit, totius substantiæ fluor quem insitus calor excitat. Hæc itaq; incõmoda nullum quod genitũ sit corpus effugere potest: reliqua quæ sequuntur prouidentiam consilioq; certe potest. Hæc ille: in quibus humidi radicalis consumptionem ab innato calore sine cõtinentis aeris memoria vlla nobis declarauit. Sed tñ in libro de dissolutione cõtinua, in ipso initio inquit. Quia corpora humana ab ipso calore innato, & calore aeris nos exterius ambientis, dissolutionẽ continuam patiũtur, ideo necessaria fuit ciboꝝ ac potuum administratio. Sed hęc authoritas Galeni nõ est, nec liber ille suã retinet dicendi grauitatẽ. tum uero illud clarũ est in libro de tuenda sanitate, rem hanc illum ex cõposito tractasse. Auicẽna autem consumptionẽ hanc ambiẽti nos aeri primo tribuit, nõ naturali calori: unde prima primi doc. iii. c. iii. Pręterea sciendum est quòd caliditas post tempus con-

sistendi minui incipit propterea quòd aer circundans, materiá eius quæ est humiditas exsiccat. Calor quoq; innatus qui est intus ad hoc adiuuat: & labor proueniens ex motibus corporeis & animalibus qui necessarii sunt in vita: & defectus naturæ ad resistendũ illi semper: oẽs enim uirtutes corporeæ sunt finitæ quare operatio earũ non põt esse perpetua. Ex his uerbis luce clarius est principem uelle aerem esse principalẽ causam exsiccandi corpora nostra: calorem autem naturalem quasi per consequẽtiam. est aũt ratio pro Auicẽna clara nihil agit in seipsum, igitur cum calor naturalis sit in ipso humido, nõ aget corrũpendo illud. Item calor animaliũ ſm Philosophum est calor nõ igneus, sed cœlestis, vnde secundo de generatione aïalium cap. iii. dicit cæterum calorem in aïalibus cõtentum, nec ignem esse, neq; ab igne originem ducere manifestũ ex his est. Manifestum est autem quòd Galenus aliter censet. nã libro de vsu respirationis, vult calorẽ nostrum esse igneum: sumpta similitudine qđ non secus ac in fornace ignis prohibita transpiratione extinguatur. est igitur hic alia inter Galenũ & Aristotelẽ discordia quæ præcedentis causa est. verũ neq; illud concedere cogimur, quòd si calor animalis etiã sit igneus ob id debeat, cũ sub forma mixti est, agere in subiectam materiã. Primo quia elemẽta sunt in potentia in mixto. ii. collec. cap. 1. apud Auer. & ideo non possunt cõcurrere vt agentia ad corruptionẽ. Secundo quia ipse in. iiii disput. dubio. ii. vult quòd causa corruptionis est materia & nõ dicit quód sit forma elemẽti. ipse etiã Auicẽna. xii. de aïalibus cap. iii. repetit idem qđ dixerat uolens quòd consumptio humidi principaliter fit ab aere. deinde à calore naturali. Aristoteles autẽ in lib. de longit. & breuit. vitę cap. 1. vult quòd agãt in se inuicẽ contraria, dicens: Si igitur qñ actiuum & patiens simul sunt semper alterũ agit alterum patitur fieri non

potest quin fiat mutatio. vult igitur quòd contrarietas omnis seu interior seu exterior, corruptionem pariat. Sed alia exurgit maior difficultas. nā Philosophus .ii. capitulo querens cur masculi diutius viuunt fœminis in codē genere, respōdet, quia plus habent caloris. ideo cū nullam aliā reddat causam: calor humidū non ꝯsumit: aliter quæ plus haberent caloris, essent breuioris vitæ. quādoquidē constat eodē capitulo illū fateri senectutem esse, exiccationē. idem colligitur ii. de tuenda sanitate. exercitium auget calorē naturalem, atq; ideo attractiuam, concoctricē, & nutritiuam: ex quibus solida mēbra molliora & humidiora fiunt. sed si calor auctus cōsumit humidū: magis corpus exiccabitur ex exercitio, q̄ ex perpetua quiete, & magis ex moderato quā immoderato. quia ab immoderato exercitio calor minuitur, & à moderato augetur. igitur patet quòd à maiore calore fit maior exiccatio. Nec potest dici quòd ratiōe melioris nutritionis reparat copiosius humidum: nam istud est declaratū in contradictione prę cedente: quod nunq̄ potest humidū quod iam est exiccatū melius reddi vllo ingenio, vel arte. igitur calor naturalis auctus nunq̄ poterit cōpensare iacturam iam factam, & quam facit. plus consumendo de humido radicali.

Est tertia ratio contra Galenū, quia ipse cōcedit. viii. de dogmate Platonis & Hippoc. quòd calor insitus in sanguine & pituita consistit ex caliditate & frigiditate cōtemperatus. quare nō poterit magis calefacere quàm infrigidare: imo magis humectaret q: humidus quàm exiccaret. alia ratio sequeretur quòd hoīes fame enecti deinde restituti nō possent diu uiuere: nos aūt uidem' oppositum experimēto: quod illud parū uel nihil obest vitæ diuturnitati, est etiā aliud fundamentum ex libro de iuuentute & senectute cap. ii. nā querens cur animalia calida sint? calorē in sanguine cordis nō in substan-

tia illius cõstituit.at talis calor exiccare non põt:exiccabit enim prius sanguinẽ in quo est.item ille calor nõ est innatus, sed influens. ipse etiã in cap.iii.dans rationem corruptionis caloris naturalis,dicit.quòd vtriusq; & marcoris & extinctionis causa est vna,alimenti subtractio.igitur in senio cum explicet per alimentũ cibum coctum, manifestũ est humidum ipsum radicale à calore non cõsumi.in lib.etiã de respiratione & inspiratione dans cãm senectutis dicit eam esse caloris naturalis diminutionẽ.rursus ostendens cãm diminutionis caloris naturalis in senectute, docet esse paruã & non expeditam illius perfrigerationẽ, propter pulmonis siccitatem,& branchiarũ eius:igitur causa non est cõsumptio humidi à calore innato.ad quid enim querere cãm qua si per consequentiam, si primaria in propatulo est? Est ẽt experimẽtum pro Philosopho ꝙ homines eo viuaciores quo calidiores, nõ quo humidiores:quod tñ necessariũ esse consentienti Galeno confiteri. Auerroes aũt uidetur in paraphrasi de long.& breui.vitę Galeno consentire dicens. & corruptio accidit eis cito duabus de causis:quarũ vna est cõsumptio naturalis humiditatis,quæ est in corpore,& dominiũ frigiditatis & siccitatis in eis:& hoc erit qñ vtentur rebus extrinsecis conuenienter.igiẽ patet quòd talis vita breuis fit per cõsumptionem celerem humidi,& nõ ab aere quia non vterẽ rebus exterioribus cõuenienter. Sunt aũt tres hę rationes fortes pro Galeno. Prima est dũm corpus fœtus est in vtero,perpetuo exiccatur,& ibi non ab aere sed à calore proprio:igitur & extra.& est ratio posita in prima autoritate iam dicta eius.Secunda ossa senum & cartilagines cũ inciduntur inueniũtur sicca:igitur humidum radicale in eis consumptũ est.hác ponit in libro aduersus Lycum.Tertia Asinus & hõ eiusdem regionis æqualem uitæ diuturnitatẽ haberent. Respõdeo quòd con-

ciliatio Auicénæ cũ Galeno eſt difficilis.quoniá Princeps motus eſt quaſi authoritate Philoſophi in de lõgi. & breuit.cap.1. quid aũt tenuerit Philoſophus, reſpondeo quòd calorem in ſanguine exiſtenté vt eſt in corde innatũ vocat alium qui in membris eſt à temperatura. qui uero in illa influitur à corde influenté. calor membris proprius nõ exiccat. tum quia non mouetur,ignis autem exiccat rõne motus. ná calor ille eſt refractus & cõtinetur à forma mixti. ſed nec calor innatus proprie agit in humidũ niſi rõne motus:ſicut & influens hic autem motus fit vel iuuatũr ab aere.ideò aer eſt cauſa prima cõſumendi humidũ. ideò plurimum confert habitare in regione calida & humida ad vitæ longitudiné: vt circa mare vt colligiť ab Auer.in paraphraſi dicta.Galenus aũt conſiderat eundé calorem vt includit omnia ſibi neceſſaria motum,ſiquidem,& aerem:& hoc modo ipſe principaliter cõſumit humidum in mébris exiſtens; & ita nihil agit in ſeipſum.quare diſſidiũ Galeni à Principe eſt in uerbis tantũ.⁊ eſt ac ſi diceremus homo principaliter eſt intelligens,& anima humana eſt principaliter intelligés.utraq; propoſitio eſt vera:ſed tñ non ſunt contrariæ,nec repugnãtes. & Philoſophus vult tamen quod anteq̃; cor ad tantá ſiccitatem perueniat vt cogatur calor extingui, qđ prius pulmo ſicceſcat & ſic motus refrigerationis impediatur.Embrio autem in vtero habet motum & aerem ut patet à Galeno in libro cui titulus eſt an animal ſit quod in vtero continetur:quãuis liber ille Galeni eſſe non credatur.manifeſtum eſt & ex vmbilici arteriis,quæ neceſſario ſpiritum ducunt,ac ex conſequenti motum: quare veritate intellecta nõ eſt difficile obiecta diluere.

Zinziber an humidum.
Contradictio.12.




INZIBER calidum est in tertio siccũ in secundo. Auicéna.ii.canonis.cap.proprio. Serapio cap.cccxxxvi.dicit ipm & cõnumerat inter calida & humida in tertio: quare maxima est differétia inter humidũ in tertio & siccum in secundo.nec potest propter ordinem dici quod sit error ita vt loco humidi debeat scribi siccum: nã reliquæ tales etiã sunt medicinæ de quibus ibi tractat.hęc contradictio est magnę cõsideratio nis. nã inuenire medicinam calidã & humidam in tertio gradu,& cum hoc aromaticã,& esset valde vtile, & necessarium. Dioscor.lib.ii.cap.cxlvi. dicit ipsum calidum: vimq; ferme piperis totã aquare.porro piper siccum apud oẽs esse uidetur: vt etiã ipse Serapio id inter medicinas calidas & siccas in quarto gradu connumeret.Paulus vero dicit ʒinʒiber adeò inuictã humiditatem obtinuere, vt primo occursu calefacere nõ uideat. lib.vii.Gal.& ipse.vi.libro ʒinʒiber calidũ & humidum statuere videtur.sed subiũgit τὸ μὲν οὖν ζιγγίβερι καὶ τὸ μακρὸ πέπερι κἂν εἰ διαφέρει ταύτῃ τοῦ μέλανος πεπέρεος ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον. quod est,hoc quidẽ ʒinʒiber,ac longum piper, & si hoc modo à nigro pipere differt, attñ parua est hæc differentia. subscripsi Græca propter erroré in translatione.igitur non humidum est ʒinʒiber in tertio quandoquidẽ parũ à nigro differt, nec piper omne siccum cũ longum, ʒinʒiberi natura simile sit Auer.v.collectaneoꝝ vult ʒinʒiber esse calidũ in tertio & humidũ in primo idem de lõgo affirmat pipere, Rasis tertio ad Alman.xxxiiii. dicit ipsum esse calidum & humidum. Idem.xxii.continen.cccliii.authoritate Ataubionem dicit esse calidũ in tertio humidum in primo. Sed authoritate Bimasui dicit quòd qualitas caliditatis est in tertio gradu sed in fine: & humiditas in primo sed in fine est auté aromaticum atq; ideo calidum, vt secundo dẽ

alimentis cap. de fructu iuniperi sed nō uehementer dicebat in libro de attenuāte dieta: vbi aromaticū rodenti & mordicanti comparat. igitur qua mordicat in fine vehementer excalefaciet: qua solū aromaticum, mediocriter. conferunt aūt aromatica discutiendo interiores collectiones oia tū maxime quæ altius insederint. xiiii. artis curatiuæ cap. xii. Sed Zoar uidetur sentire quòd cōferunt omnibus membris principalibus, quod & Galeno placere videtur. vii. artis cur. cap. iiii. igitur cōcludendo dico quòd si seruetur cōditum quòd erit calidū in tertio, humidū in fine primi. & hoc voluit Galenus & Serapio. pro quo animaduertendū est quòd Serapio diuisit medicinas in quatuor gradus solum ratione primarum qualitatū, non secundarū vt testatur in fine primi capitis de simplicibus medicinis. vnde qñ dicit de medicina calida & humida in tertio vult dicere de medicina humida quæ sit calida in tertio. & cum dicit de medicina frigida ⁊ humida in secundo: vult vt intelligas medicinā humidam sub quocunq; gradu sit: quæ sit frigida in secundo ⁊ hoc patet rōne, aliter non daretur vnq̄ medicina apud illū in dispari gradu in actiuis ac in passiuis: quod est valde absurdum. cum innumeræ tales sint vt semperuiuū qđ apud Gal. est frigidū in tertio & leuiter tñ siccat, cōtra acatia exiccat in tertio infrigidat solum in secundo: ita peucedanū calefacit in secundo exiccans in tertio vt patet. vi. & viii. de simplicibus medicamentis capitibus propriis. Cur aūt Serapio non curauerit de gradu in passiuis: est quia Gal. & ipse, plerūq; ordinē in illis qualitatibus prætermittit: tum quia minoris periculi: tum etiam quia difficilioris experiētiæ, Serapioni igitur actiuarū qualitatū gradus sufficit. Porro non cōditum, iuxta mediū primi gradus humidum est; & in caliditate par ratio, nisi quia celerius imprimit, & celerius finit. At Auicēna operationē vlti-

mam confiderauit: si siccatum iam & priuatũ superflua humiditate exhibeatur: nec conditũ nec cum alio medicamento. nã vt referunt immaturum est quod ad nos defertur, ne cariem anteq̃ colligatur cõtrahat. est enim radix herbę vt gramẽ, repululans sub terra, in india nascens porro lilii radici ac naturę magis similis est quã q̃ folio ualde dissimili. matura igitur si colligat radix & siccetur tandẽ ex vsu poterit siccare. Sed forsan decepit illũ quod in. v. de tuenda sanitate Gal. scriptum reliquit in fine omne immodice calidũ exiccare tãdem nõ leniter: sed hoc in uiuẽtibus & aialibus quæ pręsente calore fruuntur tantum uerũ est: non in medicamẽtis quę ab alio tantũ mutantur, & locũ materiæ habent.

Zinziber an flatuosum. Contradictio. 13.



INZIBER est resolutiuum inflationis. Princeps. ii. canonis cap. dccxlvi. oppo. videt in eodem lib. tract. 1. cap. iiii. post medium dicit quòd semen erucæ & ȝinȝiber sunt medicinæ flatũ generantes. Solutio est quòd medicina potest flatũ gignere vel in prima vel in secunda vel in tertia concoctione: exemplum primę est aqua: secundæ autẽ olera quæ etiã in prima concoctione gignunt, si frigida sint. exemplum tertiæ eruca, mel, ȝinȝiber, longũ piper. & tales dicuntur medicinę iuuantes venerẽ. ȝinȝiber igitur est ex hoc genere faciens flatum in venis, dum tertia concoctione transmutatur. Sed contra quia Princeps dicit ibidẽ in cap. proprio autoritate quorũdam: quòd retinet coitũ. respondet Princeps quòd iuuat coitum cõfortando ventriculũ. & tollendo humorem mucilaginosum. & ita hoc modo non videtur parere flatum in tertia concoctione. quia constat. ii can. trac. ii. cap. liiii. quòd assa iuuat ad coitum, & nocet ventriculo. & hoc est q: parit flatum in tertia cõ-

coctione: & in prima. per primã nocet concoctioni, per tertiã iuuat coitum. Respondeo quòd possumus distinguere primo de zinzibere: nã album conditum, recens immaturum, coitum adiuuat, & flatũ in venis non mediocrem parit, vt experimento patet. siccum uero per se & maturũ, in humidis corporibus etiã concoquẽdo humiditates relictas in uentriculo, vt agens parit flatũ in tertia concoctione, nõ ut materia: & coitum iuuat. per se aũt sic sumptum ventriculo mundo existente, omnẽ flatum discutere solet. atqʒ hoc modo coitui nocebit. ad mixtum aũt humidis, semper flatum excitat. ob id vero & quia vt aromaticum calorem adiuuat naturalem, omnibus fermè ad venerẽ medicamentis immisceri solet. quæ ratio etiã in longo pipere tenet. verũ longum piper in antidotis magis in vsu est. zinziber vt cõditum mirũ appetitum veneris excitat. Serapio affirmat semẽ augere, atqʒ hoc vt dixi intelligendum est.

Corpora purganda an fluida reddenda sint. Contradictio. 14.



ORPORA cum quispiã purgare voluerit oportet fluida facere. ii. aphor. ix. at. vii. aphor. lxvi. scribit aphorismus idẽ his verbis adiectis. & si supra aluũ sistere si infra humidiorẽ reddere. Ergo vel primus incõpletus, vel secundus habet quod extra propositũ est. Galenus in cõmento. lxvi. aphorismi dicit adiectitium esse supfluum. supraqʒ hoc in quarta particula esse demonstratũ. uidetur igit intelligere de. xiii. aphor. quartæ particulæ sed tutius legemus κατὰ τὸ δεύτερον pro κατὰ τὸ τέταρτον. idest in secundo cõmentariorũ, idest in hoc. ix. aphor. declarat enim qd oportet fluida reddere corpora: meatus ipsos faciles reddẽdo: tum incidendo tenaces humores; tum subtiliores reddendo,

qui sint

qui sint crassi: at quidam vltra Græcã lectionem quasi ρυφθέντων ascriptum esset in.ix.cõmento superaddidere (absterfis)quod cum desit in Aldino codice etiã vitio sam Galeni sententiam reddit.qui duo tantum superius antiquę expositioni præcepta superaddiderat,nũc tria, interpretationem facit operosiorem.

Saccharum an minus melle detergat. Contradictio. 15.


VCARVM non est melle inferius in abstergendo,& mundificando.ii.c.trac ii. c.occlv.oppos.vii.tertii cap.ii.de dentium abstersione.loquẽs dicit,⁊ ʒucarum in abstergẽdo melle inferius est, ⁊ prima quartĩ trac.ii.cap.viii.Nunc aũt mel cãnæ quod est ʒucarum,⁊ proprie mundificatũ,melius est melle apis,licet eius abstersio sit.minor abstersione mellis. Auer.v.collectaneoꝝ cap.de melle ⁊ mel cãnæ est minoris abstersionis caliditatis alio melle Dioscorides libro.ii.cap.lxxiii.de melle.Saccharum agnouisse visus est.sic tñ, vt iam tunc in frequenti non esset vsu. adpellatq; indicum sal.existimo nondũ arte inuẽta per ignem copiã habendi, fuisse rem ratã, quia non propagatã ignota adhuc lucri via. Gal. lib.viii.artis medendi.cap.iiii.Sacchari mẽtionem facit melli illud assimilans.at vero in.x,libro cap.xi.cũ mel in hecticis febribus asinino lacti misceat, illius fermẽ naturam ignorasse visus est:quãq; vt diximus rem cognouerit:tunc rarã:& cuius exiguus esset vsus. ostendit autẽ illud libro.vii.simplic.medicamentoꝝ cap. de melle,vnde agnouisse palã est sed nõ in vsu fuisse.quod igitur ad contradictionem attinet:id quod sponte fluit cum nullã aquam admixtam habeat,vocaturq; sulimenium à Principe,& est quod cognouit Galenus dicens: nõ adeo esse dulce vt mel, hoc nulla ex parte melle inse

rius est in abstergẽdo. reliquum quod nobis in vsu est propter admixtã aquam cum palã sit melle dulcius minus abstergit.

Rhabarbarum an calidum.
Contradictio. 16.


HABARBARVM est frigidũ vt habetur.xvi.iii.trac.I.cap.iiii.enumerans enĩ medicinas frigidas astringẽtes oẽs, adnumerat illis rhabarbarũ.nec in noua emendatione sublatum est.nec potes dicere esse ambiguitatẽ propter verbũ.Et medicinę singulares absolutę aut secundũ uirtutem retentiuã.Nam primò,cónumerat illico astringentes calidas,inter quas non ponit rhabarbarũ. Secundo quia medicina stiptica vt talis est semper est frigida & sicca,vt colligitur.iiii.de simplic.medicamẽtis cap.vii.quãq; ibi videatur de sapore tantũ loqui: verum illud clarũ est.ad rem reuertor:Rasis.iii.ad Almansorẽ cap.xlvii. ponit ipm calidũ ⁊.xxii. continentis,cccxxxii.ponit authoritate chum, calidum & siccũ in.ii. Auer.vero.v.collectaneorum dixit quòd Gal.numerauit hãc medicinã inter illas q̃ non soluũt, sed astringunt. & tñ ipse vult vt purget & cónumeretur inter innoxia medicamenta. Mesue vero ponit ⁊ calidũ & siccum in.ii.cũ Rasi,& purgare illud docet:cũ Auer. vt experientia etiã attestatur Serapio.ccvi.cap.describit Rhaponticũ,potius quã rhabarbarum.neq; enim purgatoriũ medicamẽtum esse agnouit.sic igitur Galenus, sic Dioscorides,sic Aetius,sic Paulus omnino ignorasse videtur hanc radicẽ.Sed & Princeps cũ cap.ꝓprio.ii. can.statuat rhabarbarum inter astringentes medicinas, nullã purgantem facultatẽ tribuens, quod nec in aloe, vel agarico facit, aut aliis purgãtibus medicinis, ipse ẽt rhaponticũ pręterit. nec mirum est quòd ante accessio-

nes ſcribat Dioſcorides velut agaricũ datum rhapõti cum prodeſſe:nõ enim purgando, eſſet enim inſulſiſſimus medicorũ,dare medicamentũ purgandi gratia, ante febriũ acceſſiones:ſed rõne tollendi rigoris.itaq; primus videtur Auerroes poſt Meſue rhabarbarũ agnouiſſe:& quod etiã purgaret intellexiſſe. verũ inter modice calidas medicinas illã refert,cuius vis pcipua ſit aſtringere. quo ſit vt nec de qualitate nobis ſatisfaciat Auicẽna,frigidum ſtatuẽs.Gal. eñi putauit ſe imitari qui.viii. ſimplicium medicamentorũ rhapõticum proculdubio, non rhabarbarũ deſcribens, temperatũ eſſe ait. atq; ita inter frigidas rõne non leui,cum aſtringat,vt frigidum ab Auicẽna potuit adnumerari.ex quo patet cum ex deſcriptione Raſis,nõ rhabarbarum,ſed rhaponticũ definierit, fruſtra calidum & ſiccũ in ſecundo gradu ipſum ſtatuiſſe.nã tale eſt rhabarbarum, nõ rhaponticum. ſed excuſat Raſim aliena authoritas:non enim ex mẽte propria locutus eſt.Sed illud etiam nos torquet,quòd Paulus lib.1.cap.xliii.inquit,terebentinã oliuæ magnitudine aluũ ciere: verũ ſi velimus acrius ſubducere,pauxillũ rheu ſupaddere debemus.quare purgatoriũ erit rhapõticũ vel ipſe rhabarbarũ verum agnouit. Sed lectio antiqua rhu habet qđ Sumac dr.Græcus ẽt codex manu ſcriptus habet ῥοῦ temere igitur pmutata dictio eſt.at rhus aſtringit nõ leuiter. verum cum dormituris detur illud forſan cõtingit quod Galenus dicebat ſecundo de alimentis: aſtringentia à cibo ſumpta aluum non parum ſubducere,temerariũ igitur eſt uelle fidem codicũ, tam leuiter infringere. quamobrem illud iam tantũ obſtat qđ Galenus tantus vir hanc medicinã vel ignorauerit, vel vſum eius non cognouerit. ſed quid mirum? cum multarum aliarum quas hic cum his ſubiungemus,naturam, ac vim neſcierit. & ſi aliquas vt mãna, ſub alio nomine, & ſub aliis viribus agnouiſſe viſus ſit.

Medicinæ nobiles quarum vſus Gal. incognitus fuit.
Saccharum Rhabarbarum Mána Caſſia fiſtula Colurea ſeu ſena Mirabolani vt purgantia medicamenta Moſcus Caphura Ambra Santhali.

Impura corpora an copioſe nutrienda. Conrradictio.17.



ON pura corpora quãto magis nutries, tanto magis lędes.ii.aphor.x.vbi legitur τῶν σωμάτων, pro τὰ σώματα, ſed videtur oppoſitũ prima aphor.xvii.ná ibi Galenus dicit ſi enim vires laborãtis debiles fuerint,& ea quę in corpore eſt diſpoſitio ex corruptione humorũ,vel defectu, parũ & ſæpe his dandum eſt de alimento.parum quidẽ quia virium imbecillitas,nõ poteſt totá ſimul alimenti multitudinem ſuſtinere: ſæpius autem q͞m multis indiget diſpoſitio.Defectus ſiquidem adiectionẽ exigit,corruptio contemperamentũ.Et rurſus in eodẽ. Autũnus morbis qui ex corruptione fiũt aſſimilatur.Quapropter qui eo febricitant tẽpore,continua optimi indigent adiectione,& ſi vires validę fuerint ſæpe & multa dabimus;ſin imbecilles pauca,& ſæpius afferemus.Sub eadẽ fermẽ ſententia ſcriptũ eſt tertia primi doc.ii.cap.vii. Quum vero fuerit corpus repletum malis humoribus cum ſubtilitate: ipſum nutriẽtibus laudabilibus copioſe refice.Et rurſus in eodẽ capitulo ante dictam authoritatem ſcribitur. Et ſæpe etiam cõceditur illi in cuius corpore mali habẽtur humores, vt rem bonã largiter comedat, ⁊ proprie cum nõ patitur ventrem ſibi ſolui. eſt etiã experimẽtnm.v.de bello ciuili Cæſaris: dum enim exercitũ fame & cibis improbis debilẽ ac morboſum haberet ingreſſus Agar ciuitatem totũ illum refouit tum maxime vini copia: nã largiſſime epotum illos qui vel ægri eſſent vel debiles re-

ſtauraſſe ait. vinum aūt copioſe nutrit vt in aphoriſmo ſequente. at vero prima Hippocratis ſententia à Galeno alias recitatur: & rōnem ſecum habet. nā adiectum putrido putreſcit: quare quātitate augetur quod inimicū naturæ eſt, qualitate aūt manet. Multæ ſolent dari ad hāc cōtradictionē variæq; à recentioribus reſpōſiones. prima ꝙ in hoc aphoriſmo Galenus intelligit de cibo reſtaurante iam defectos: in aliis locis de cōmuni qualis his, qui in cuſtodia ſunt exhiberi ſolet. Secunda qȏ Galenus ibi loquitur de victu neceſſario, coactoq;: hic vero de eo quod illi corpore qualitatis ratione cōuenit. Tertia ꝙ intelligunt de cibo medicinali, qui cū virtute ea prȩditus ſit, corporis humores poſſit emendare. vel quòd loquitur rōne præparationis ad euacuationem. Gentilis in vtraq; principis authoritate mutat: volens intelligi illā de cibo ad vomitus præparationē dato. vel quod cōtemperare poſſit humores vt eſt dictum iā Galeni. Reſpōdeo igitur cū hæ reſponſiones imprudentē faciant Auicennā qui tam difficili re propoſita principale prætermiſſerit ex præſenti cōmento colligi poſſe concordiā quæ eſt. Qui non appetunt, nam hæc eſt extrema. viii. aphoriſmi pars quȩ à Galeno prȩtermiſſo nono, cenſetur adiungenda præſenti: debent à reſtauratione cauere: qm̄ humoribus corruptis in vētriculo ſolo exiſtētibus, ſeu etiā in illo, atq; etiam toto corpore: quāto plus nutries eo magis lædes. non ſic cum ventriculus mundus extiterit quáuis corpus reliquum putridis ſit repletum humoribus. quo in caſu copioſe reficere debemus. nāq; præſentia humoris corrupti in loco concoctionis, prohibet cōcoctionem, atq; corrumpit. at vero in cæteris locis cum iam abſoluta fuerit omnis coctio, permixto bono cum malo, totum minus noxium efficitur. quare eam conſules cōtradictionem an putredo à ſola obſtructione fiat.

Vinum aquosum an magis urinam prouocet? an rubrum nigro magis nutriat? an austerum urinam prouocet? an in syncope conueniat? an album tam in prospera quàm aduersa ualitudine salutare? rubrum an flauo melius in tuenda sanitate? an omne uinum calidum etiam si sit album. Contradictio. 18.




INA alba & tenuia quæ aquosa dicũtur minime vt nutriunt etiam vrinam prouocant: at rubea colore crassaq; plus aliméti prębent quã reliqua vina.ii.aphor.xi. verũ ad proliciendã vrinam.v.de tuenda sanitate ante mediũ pręfert quod substantia tenue est, & colore flauum, non album, flaua autem calidissima ibi esse vult: contra alba frigidissima: media inter hæc statuit, quæ medii coloris sunt: vt pallida. non tñ ad rubra nigra' ue cõparat, in caliditate. vnde (ex dictis) adiicit. Hippoc. etiam.iii.regim.acut.vi.dicit alba vinosa ac potentia maxime vrinã prolicere. Galenus quod in.v.de tuenda sanitate prætererat, adiicit, exponens illorum ordiné à calore. sic flaua, inde fulua, post rubea, post dulcia: per quæ nigra illũ intelligere est existimandum. forsitã vel oblitus nõ adiecisse colorem, vel mendo scriptoris omissa vltimo alba. igitur quinq; ordinibus ea distinxit. potẽtia igitur flaua vel fulua quæ albo simillima videntur fortiter vrinã educunt: non aquosa. Illud etiam contradicere videt̃ secundæ parti quod.ii.aphor.xviii. scribit̃, dum dixit, crassa quidé ac rubea tanto à nigris in nutriendo plurimũ superantur, quátum superant in præstando vniuersum & velox alimentũ. Quidam dicũt illa cõfundere Galenum, sed quid absurdius illum dicere cõfundere, qui ea cõparet. alii nigrum robustius

alimentū,rubrum vero celerius prẽstare dicūt. sed quo modo sic rubrum crassum cæteris vinis copiosius nutriet.accedit tertium incōmodum:nam Dioscorides libro.v.cap.vi.dicit quòd albi vsus cōmodior est tam sanis quàm ægris. vt postmodū ad ætatem peruenit mediam laudat vt nō nouum nec antiquū sit.tale aūt probat septem annoꝝ tanq̄ in consistentiæ medio. laudat autē austerum ex sapore aliis præferens. At si quis animaduertat quis nā primo vsus erit rubri,nigri,flaui? at flaua tenuia cōmodissima senibus:nō igitur alba.Caliditatem aūt per tpa diuidit Gal.viii.de simplic.medicamētis iuxta principiū dicens:vinū nouum mustū in primo gradu calefacientiū est,antiquum in tertio,mediæ ætatis in secundo.qūo igitur cū Dioscoride cōuenit? an ne mustū dicemus ad annos vsq; sex vel etiā ad summum duos iam.Sed ⁊ in.vii.artis curatiuæ cap.vi.ꝓponit oībus in ꝓlicienda vrina albū mediocre in caliditate austerumq;.qđ & si sit,ꝓbatissimū iuxta Dioscoridem,attñ ab aliis hæc diffidet authoritas ab aquoso ac potēti laudē eam tollens. declarat tñ quod Sabini Adriani Albaniq; ac talium nobiliū vinoꝝ non cęteroꝝ tātum vsus ante sextū annū non sit.qđ grauent ventriculū,& innatent illi.de austero vero est difficultas maxima, quia.iii. regim.acutoꝝ.vii.textu ei tribuatur quòd vrinā supprimat.ob idq; ab his qui suppressam habent illā, vel sputum prohibetur.nisi dicas quòd fuluū dicat.at hoc maxime vt dictū est prouocare dicitur à Gal.si solius coloris ineas rōnem. ergo sapore id fiet. At vero in de attenuante victu, in fine:in proritanda vrina fuluum albo postponit,cum tñ in sputis fuluam & flauam præeligat: potentia,dulcia, omnis expertia austeritatis. itaq; Gal. vndequaq; sibi tum cum Dioscoride discors esse videtur Idem secundo de locis affectis cap.ix. tantam inesse vim caliditatis ac siccitatis vino antiquo refert: vt cum

Grāmaticus puerum domi reliquisset: isq; siti tentatus largiter vinū antiquum ebibisset, in posterum peruigil semper remanserit donec febre correptus simul ac delirio, mortuus sit. quo fit vt supra dictū de vini caliditate cófirmetur. Res igitur ad tria refertur capita: quorū primum est an aquosum an mediocre an potens vinum magis vrinas prouocet? Secundū an rubrum vinū nigro magis nutriat? tertium an austerum vinum supprimat vrinas an prouocet? mihi certe videtur facile primum discutere, nā aquosum cum minime nutriat maximam materiā vrinæ relinquit atq; sic si corpus mundū extiterit: calorq; fortis: valentius vrinā ciet. in prouocando vero ac educendo alienas partes aquosas potens vinū præponi debet. mediocre aūt inter ea quæ conueniunt his de quibus sermo ibi habet in vrina proliciendа est prçstantissimū. quod tñ potenti cedat vel aquoso nihil refert: quando quidē illa non côueniant vt nimis valida, vel imbecillia. de secundo dicamus nigrū quidē copiosius alere longo vsu: quia nutrimentū eius minus dissoluitur: & copiosum est, at rubrū tñ copiosius alit in singulas vices. Ad tertiū dicimus vinum quod austerum est minime vt tale vrinas prouocare, sed sic esse saluberrimum. attñ cum etiam hoc albū sit, & non inualidum substantia, & qualitate, vt subtile calidūq; vrinas prouocat. Mustum aūt dicitur in nobilibus vinis (qualia Galenus appellat) Italicis aut Græcis ad annum vsq; sextum vel vt Dioscorides vsq; ad septimū. verum vina vulgata mediocrē ætatem alia primo, alia secūdo, atq; ita deinceps anno sortiuntur. vt singulū illorum nobilius exiterit serius. verum albi vini vsus qui adeò commodus in vtraq; extat valitudine, ad flauum & fuluum extenditur: nam ibi rubrum ab albo Dioscorides tantū distinxit ac nigro. vt tria sint eius vini genera tantum à colore sumpta: cum apud Galenū quinq; statuantur;

vt dictũ est: hoc ordine, flauum, fuluum, rubrum, nigrũ, album. Sed Aetius libro primo iuxta finẽ eadem fermè de colore rubro & nigro sentit quæ diximus: nã rubrũ crassum, nigro præponit. verum cum in fine capituli dicat rubrum vinũ subtile modiceq; astringens tam sanis quàm cõualescentibus optimũ esse, Dioscoridi contradicere videtur. causa autẽ cur vinum subastringens ab Aetio laudetur lib.ix.cap.iii. edocetur, quia corpora firmat & vires ventriculo addit. in eandẽ sententiam scribit Paulus lib. primo cap xcv. attñ vterq; inter vermiculum & rubrũ distinguit. nam ἐρυθρὸν rubrum: vermiculum autẽ κιῤῥὸν vocant sic aliqui giluum exponunt: alii per ἐρυθρὸν coccineum etiam interpretantur. etenim nõ præterisse fuluũ ac flauũ Aetium ostẽdit caput. xxxi. libri quarti. inde dissidium inter Paulũ Aetiumq;, nam vermiculum laudat Paulus, Aetius rubrum. rursus pro austero astringens scribi deberet codicis Græci habita rõne, nam στυφὸν astringens sonat. Galenus tñ austerum laudauit quarto & xii. artis curatiuę. palã est autem per κιῤῥὸν flauum itelligi debere apud Paulum: cum rubrũ exprimat per ἐρυθρὸν. fului aũt ac flaui nullã faciat mentionem: igitur de hoc intelligit. de austero illud censeo quod Galenus. verum qm̃ difficilis est, nec adeò euidẽs differentia inter austerũ, & astringentem: alterũ pro altero supposuit. differentiã autem austeri & astringentis habetis. iiii. & viii. cap. quarti de simplici medicina. nã astringens est vt rhu & gallæ: austerus sapor q in fructu palmæ vltra dulcedinẽ percipitur. est & in vinis astringens frigidioris notæ quàm austerũ: cum tamen vino astringentem facultatem tribuere possis. verũtamen ad rem magis ille στυφὸν austerum pro astringente interpretatus est sed Aetius rubrũ præponere maluit ad confirmanda corpora, id tñ sanè non ex Galeno. Quod vero Aetiũ seduxit, est quòd vina rubra, crassa, sanguini gi-



gnendo accōmodatiſſima Galenus dixit.iii.de alimentorum natura id dictum ad ſanitatem trāſtulit Aetius. verū in inculpata valitudine rubrū poteſt flauo & fuluo præferri: at in conualeſcentibus albnm,in ſenibus flauū ac debilibus: tum fuluum quòd vim habeât medicaméti, pręponi debêt.Sic igitur nō ſimpliciter quod à Dioſcoride profertur uerū eſt. ex quibus etiā non obſcurū euadit vinū rubrum eſſe quod his qui virtute deficiunt cum panis bucella exhiberi debet ſecundū horum ſenté tiam: verū non ſic Gal.xii.artis curatiuæ cap.iiii. nā flaua tantum,ac fulua, tum auſtera in vſu cōuenire docet: atq; omnia nobilia vina eiuſcemodi eſſe oſtendit declarat aūt auſtero vino ineſſe quòd confirmet uentriculū: & quòd nō feriat caput.quia tñ nutrimentum nō celeriter diſtribuūt q̄cunq; auſtera ſunt,ob id in ſyncope nō minus quàm aqua ſunt fugienda in fine cap.iiii.at iuxta initium hæc habet verba de ſyncope loquens. At quoniam ipſoꝝ falernorum aliud dulce ad modū eſt quod fauſtianum uocant: aliud ſi cū hoc conferas auſterū: at vero ſi cū ſignino,& marſo,dulce, deligēdum eſt ex his ſecundum. Hęc contra dictio paulopoſt diſſoluta videt̄ cum dixit. reliquoꝝ vini generum auſtera quę mediocriter alba,craſſaq; ſunt: certe nullū ad digeſtionem in corpus eſt idoneū. ergo Falernum cōparatione auſterū dicitur vt creticū,non quòd talē obtineat ſaporem qm̄ aliud dulciſſimū ſit. Raſis igitur dictum lib.iii. ad Almanſoré cap.v.quòd vinum albū leue ſit ad vrinā prouiciendā vtiliſſimum nō aliter quàm vt dictū intelligi debet: quòd multā gignat,non quòd prouocet.vinum etiā rubrum omnibus vt alimentū:non vero vt medicinalis potus: vel vt cibò iunctus, vel vt languētibus, aut ætatis vitio laborātibus aliis præferri debet. nam alba pueris,flaua & fulua ſenibus magis cōueniunt. Idem libro.xxii.cap.vi.continentiū repetit quod de albo vino

diximus: scilicet quòd tale aquosum maxime vrinã prouocat. Sed verba illa de vino quod concoctionẽ auget, & humores digerat, vt verbo eius vtar, ad austerũ non ad amarum quãuis malus in verbis ordo sit referri debent. nã hoc est ex loco Galeni proxime adducto ex verbo sumptũ apparet etiam qm̃ dicit vinum illud esse delectabile: nullum aũt amarum tale esse potest. circa qđ intelligendũ quòd ætas ex sapore in vinis ac substantia distinguitur: nã dulce & crassum semper nouũ est: amarum & subtile antiquũ. horum neutrum vsui cõmodũ. austerũ ⁊ si dulcedinis particeps sit, seu media substãtia, seu subtili mediocris est ætatis. Quod aũt Serapio capitulo proprio dicat vina stiptica idest astringentia maxime vrinã prouocare, non aliter intelligi debet quã ex Galeno. vii. artis curatiuę cap. vi. vt primo pro astringẽte austerum intelligas: deinde vt laudatissimũ hoc credas inter ea quæ prouocare vrinã possunt. est aũt laudatissimũ quia in. vii. artis curatiuæ libro Galenus de ventriculi imbecillitate agit, vbi austerus sapor imo etiam astringens maxime probatur. sed astringens vrinã nimium coercet: ergo loci etiã pertractationum in Galeno inspiciendi sunt. nã in eo loco vt imbecillitatẽ ventriculi principaliter spectat sic in. xii. virium resolutionem. at in. v. de tuenda sanitate abundantiam serosi humoris qui copiosus gignitur. austera igitur in. vii. libro probabunt, mediocria valida ac dulcia in. xii. artis curatiuæ: subtilia flaua fulua'ue in. v. de tuenda sanitate. Sed emicat aliud dubiũ, nam si oẽ vinũ calidũ est in primo vel secundo vel tertio gradu, quõ albũ infrigidare põt? qđ ẽt Rasis testat̃ autoritate Ruffi & Gal. xii. artis cura. cap. iiii. nullũ album vinũ calidũ: rñdeo vinũ infrigidat bilẽ educendo. nã Gal. ꝙ p se infrigidet nunq̃ fatet̃. sed dicit aquosa nullã insignẽ calefactionẽ facere. alba aũt nõ esse calida, nõ arguit ea tñ esse frigida, saltẽ absolute,

HIERONYMI CARDAni Contradicentium medicorum tractatus Secundus Libri primi.

Ars an singularium. Contradictio. I.



RS est singularium.ix.artis curatiuæ cap.vi.ars in vniuersalibus theorematis methodo, in singularibus exercitatione indiget.at vero.ii.ethicorum.ii.singularium non est ars neq; præcipiendi ratio vlla. Item primo primæ phiæ ars ipsa vniuersalium est, experientia singularium: ob hoc expertus melius operatur sine experientia rónem habentibus. Philosophus.ii.posteriorum trac.xxvii.dicit quòd ex sensu rerum memoria cóstat:multæ autem memoriæ experimentũ vnum sunt. at vero ex experiméto prodit ars, cum in anima fuerit confirmatum. Hæc responsio quibusdã satisfacit, cum tñ duas relinquat dubitatióes, prima quòd ars experimentum præsupponat. hoc autẽ videtur falsum: vt ex primo primæ philosophiæ colligitur.nã præfert eum qui experimento sine róne duce operatur, illi qui artẽ habet sine experiméto. Præterea Hippocrates artem non traderet scriptis quandoquidẽ illa præsupponit experimentum.hoc autem videtur ét Galeno contradicerẽ prima aphor.primo. Secunda difficultas est quia secundo posteriorum.xxvii. vult experimétum cóstare necessario ex pluribus singularibus.& tñ primo primæ philosophiæ videtur hæc esse differentia experimenti ab arte:quòd illa sit vniuersalium, hoc aũt singularium. Ideo dico ꝙ, vt habetur.vi.ethicorum.viii.de prudentia, habitus ipsi ars & prudentia sunt de vniuersali-

bus:sed exercitatio est singulariũ. & hoc voluit Galenus loco adducto nõ sic scientia vel intellectus vel sapiẽtia. nã hæc vniuersalium semper sunt. est aũt triplex modus aut singularis cõprehensio, & dicitur sensus: aut singularium plurium, & est experimẽtum, vt in memoria colliguntur: aut vniuersaliũ prout ad singularia cõparant, & sunt artis vel prudentiæ habitus. reliqui tres vniuersalia agnoscunt nõ in cõparatione vlla ad singularia.

Experimento an duę rõnes sint necessariæ. Contradictio. 2.



XPERIMENTVM vt rectum dicat exigit duas cõditiones. primã quòd in humano corpore sumptum sit: secundam q̃ per primã ac propriam operationem non ex cõsequentia primo de simplic. medicamentoꝝ facul. cap. ii. Princeps. ii. can cap. ii. quinq; alias adiicit conditiones: quod in morbo simplici, quod illud quo experimur vitiosum non sit, quod experiamur in morbo æquali, quod idem agat in contrariis temperaturis, quod ꝰm plurimum non semel tantum aut bis. Hæ vero conditiones colliguntur tertio de temperamentis cap. v. quãuis id ꝰm plurimum etiã ad temporis magnitudinẽ extendat, non solum ad multoꝝ hominũ experimentum. experientiam tñ ab experimento separat Galenus libello de empirica subfiguratione, qui apud nos in Græco nõ habetur. nã pluribus experientiis experimentum constare affirmat. hoc aũt est quod iam diximus: scilicet experimentũ multis sentiendi memoriis cõstare. diffinitur aũt ibi experientia quòd est tota rei euidentis obseruatio. aliter vero ꝰm eius opinionẽ diffinitur quòd est obseruatio ac memoria eoꝝ quæ sæpe eodem modo perspecta sunt. ibi vero diffinit experiẽtiam quæ est artis principium. igitur nõ tot erunt necessariæ

conditiones ad experimentú.respondeo q; q; possem vt dixi subterfugere p distinctioné iam datā experimenti & experiétiæ: nihilominus experientiā oēm esse artis principium: pfectam aūt experientiā & quę rōne pfici possit, his indigere cōditionibus.ex hac authoritate orif hæc.

Medicina an solo experimento inuenta. Contradictio. 3.



XPERIENTIA constituit artem medicā & sola. Philosophus etiā vt dixi primo primæ philosophiæ trac.primo.iuxta initiū probat Poli sententiā dicentis,experientiā artem efficere:sed oppositum habetur prima aphor.1.cōmento. Medicina duplici modo inuēta experientia & rōne.quāq; enim dicat de aliis artibus: manifestum est etiā quòd de medicina intelligit cū de aliis propter illā loquatur. at.iii.de crisi cap.viii. videtur sentire quòd ars medicinæ ex principiis philosophiæ inuenta sit:fidem tñ sumpserit ab opere.Idem in introductorio cap.ii.docet tria genera principiorum inuentionis,& hoc totum ad experientiā pertinet constitutionis,id est vt in arté redigatur,his opus dicit est ratione & experientia,interpretationis,naturalis speculatio fundamentum exhibet.In libro auté de constit.artis medicatiuę probare nititur artis inuentioné citra experientiam vllam posse cōstare, vtar autem illius verbis. ὅτι μὲν οὐκ ἄχρηστος, εἰ μέλλοι τὶς οὐ διὰ πείρας τινὸς, ἀλλὰ μεθόδῳ συστήσασθαι τὴν τέχνην, ἤδη μοι δοκεῖ πρόδηλον ὑπάρχειν. ὅτι δὲ οὐδ᾽ ἀδύνατος, ἐφεξῆς σκοπῶμεν, ὀλίγον τι πρότερον ἡμῖν διαλεχθέντες. Quod est. Quod quidem non vsui in utile futurum sit,si sine experiétia quadam,sed rōne sola artem constituat,iam mihi videt manifestum esse: Quod auté non sit impossibile hoc, posterius considerandum, paucis prius nobis declaratis.

Respōdeo authoritas ex libro de subfiguratione emperica est ex empericoꝝ non propria vt ipse testatur Galeni sententia.initium tñ artis vt in introductorio ob antiquitatē ab experientia sumptum est.ars tñ ipsa vtroqꝫ indiguit auxilio:rōne siquidem & experientia.Philosophus autem nihil aliud vult quàm quòd experientia sit principium artis intelligendo principium originē primam:non formā.nam & formā à rōne inducitur.aliter ars esset idē quod experimentum:experientiis pluribus solum constans. Galenus aūt in libro de constitutione artis medicatiuę docet medicinam quo ad primas illius propositiones ex philosophia procedere, nā sic potius est scientia quàm ars.


Experimentum an sit artis principium. Contradictio. 4.



XPERIENTIA quæ rōne caret non est sufficiens ad artem complendam tertio artis curatiuæ cap.ii. & adducit rationem quia ea sola nec ex medicamēto in medicamentum,nec ex affectu in affectū transire licet.Hippoc.experimentū periculosum ēt vocat prima aphor. in procemio:Galenus etiam.ix.de dogmate Hippoc.& Platonis affirmat experimentū absqꝫ ratione esse infirmū.Princeps vero prima primi trac.ii.cap.vii. dicit & experimentis quæ nō sunt ꝯm rōnem accidit vt nec vnum sit signū nedum vt valeat.t& Joannes Damascenus etiā experimentū quod rōne caret non probat, sed requirit rōnem in eo.vt in suis aphorisinis. quomodo igitur poterit esse artis principiū.respondeo. experimentum quod periculosum est apud Hippocratem pro experientia sumitur. & hæc non est artis principiū cum sit tentatiua.experimentū vero cuius nondum ratio est cōperta,non est tutū, quia nescimus an affectus hi simi-

les sint: rõne autem sui est tutũ cum sit artis initiũ. Damascenus pręcipit vt nõ tuis tantũ experimẽtis vel scriptis confidas si rõne caruerint.nã inter experimenta potiora docet eligere.Principis dictũ tenet cum experimẽtum rõni aduersatur: velut si hydrops casu quodã ascliticus frigida aqua sanetur. multum autẽ interest dicere quòd experimenti non pateat ratio, vel quòd experimẽtum aduersetur rõni.primum ⁊ si non sit omnino tutũ, propter translationem ad similia, est tñ artis principiũ, & per se tutum. Secundum artem nunquam facit, & ęst periculosum: & de hoc loquitur Auicẽna.

Dies febris enixæ an partu computandi. Contradictio. 5.



PARI modo in mulieribus iudicationes fiunt à partu tertio pronosticorũ.vii.vbi Galenus exponens inqt:Principiũ numerationis fiat nõ quo die cœperint febricitare, sed quo pepererint.in quibusdã igitur circa secundum diem aut tertiũ diem à partu incipiũt, ex quo multi numerant futurã iudicationẽ. Sed res nõ ita se habet:sed ex quo pepererint numerationem oportet fieri dieꝵ. Princeps etiã secunda quarti trac.ii.cap.1. secundum priorẽ literam:Et si peperit mulier deinde accidat ei febris tunc si non cõputetur ex febre & non nisi ex partu est illud error. de hoc dixerunt quidam quòd plurimũ accidit post secundum ⁊ tertiũ. Alia littera habet euidentiorẽ contrarietatẽ, vt videbitur:dicens:Et si peperit mulier deinde accidat ei febris:tunc fiat cõputatio ex febre & nõ ex partu. ex illo enim est error & plurimum quod accidit post secundum & tertium.hic igitur emendator putauit se Auicẽnam ad Galeni mẽtem traducere. Auerroes autẽ quarto collecta.xl. Et debes scire qđ istæ crises à principio ægritudinis cõputant̃.

& est quádo manifeste in operationibus læsio apparet: excepto in pariente q; ab ipso partu incipere debemus: quáuis ægritudo post partú per triginta dies sensibiliter extitisset. & breuiter hæ regulę dicta Hippocratis có sequuntur. Hæc ille. Idem fermè Haliabbas. x. Theoricæ cap. viii. iuxta principium. passiones auté quæ mulieribus post partum fiunt ab eo computabis die in quo partus celebratur, quemadmodum Hippocras imperat. At tertio Epidem. super primú trac. 21. de vxore Philini sic inquit. Decimo & quarto die à partu cú purgata esset recte, & cętera bene haberent, ignis inuasit cú rigore. Inde cónumerans oés dies iudicatorios & pręter hos sextú, vigesima mortuá fuisse affirmat. ex quo liquet quòd à die febris non à partu cóputantur. ná sextus fuisset decimus nonus, & septimus vigesimus: & dies in quo mortua fuisset, trigesimus tertius. Sed nec. xxxiii. iudicatorius est, sed. xxxiiii. vt à Galeno apparet. Rursus in sequenti textu declarat idem, subiungá autem initium propter multa: est aút tale. Epicratis vxor quæ ægrotabat apud Archegetem instante iam partu rigore correpta est, nó incaluit vt ferebant: postridie eadé erant, tertio die filiá peperit, cæteraq; rite consecuta sunt. postridie partus eá febris acuta inuasit, cordis dolor & muliebrium, nulli erant somni. per suppositá glandem hæc releuata sunt: sed caput, collum, & lumbi dolebant. aluus pauca biliosa, non cócreta, mera, vrinæ tenues, subnigræ. sexto dię qua illá febris corripuerat sub noctem delirauit. septimo omnia exacerbata, vigiliæ, delirauit, sitibunda, deiectiones oés syncerę: biliosæ. atq; ita vsq; ad octogesimú connumerat dies à febre nó ab hora partus. ná cum in quadragesimo die, pauca vomuerit biliosa, in octuagesimo liberata sit, fierent cónumeratis à partu diebus xlii. & lxxxi. iudicatorii. quos nemo vnq; concedat. tum magis vt dixi quòd Hippocrates ad febris initiú redi-


git numerum. Respicere etiã oportet cum triduo ante partũ morbus initium habuerit, non tñ tunc sumptum initium, sed postq̃ febris non obscure eã vexauit: quod ex sententia et Galeni est, primo de diebus decretoriis. Rursus trac. xxviii. cap. vi. eiusdẽ hęc habet: Dromeadai vxorẽ, quæ filiã erat enixa, cęteris rite cõsecutis, postridie rigor cœpit: febris acuta. Primo die ex præcordiis laborare cœpit, fastidiosa, horrens, in placida. Sequenti bus diebus somnũ non cœpit: spiritus rarus, magnus: præcordia statim reuulsa. Postridie eius diei quo rigue rat aluum cõmode reddidit. vrinæ crassæ albæ turbidæ cuiusmodi sunt quæ in matellis diu steterunt cũ agi tantur: nõ subsidebant: nocte non dormiuit. Tertio die circa meridiẽ riguit. tandem in sexto die illã mortuam fuisse affirmat. est aũt sextus ex genere maloꝝ dierum & q perniciẽ afferant primo de diebus decretoriis cap. 4. & 5. Quo fit vt manifestũ fit Hippocratẽ & authoritate sua & experiẽtia docere nos dies iudicatorios à febre vel morbo in puerperio inchoandos. Aetius & Paulus hanc difficultatẽ leniter tractasse videnẗ & quod mirabilius est Galenus in nullo horum locoꝝ hanc contradictionẽ animaduertit. verum difficultatẽ auget in Philini vxore: nã cum Hippocrates dixisset κατὰ φύσιν καθάρσεως γινομένως. quod est, facta ẜm naturam purgatione Galenus dicit. ἐπισχεθείσης γὰρ τῇ γυναικὶ ταυτῇ τῆς μετα τόκον καθάρσεως. quod est prohibita autẽ mulieri huic ẜm partum purgatione. quare dic lapsum interpretem, nam κατὰ φύσιν cum propositio accusatiuo iungatur põt etiam contra significare & plerũq; vt notat Galenus in de linguis Hippocratis κατὰ in malam partem ab Hippocrate accipitur. vel dic in Galeni textu legendum ὀυ κατὰ φύσιν. non ẜm naturã. verum Hippoc. verba sequẽtia difficultatem augent dicentis καὶ τὰ ἄλλα κούφως διάγουσαν. quod est. & alia opportune procede-

bant.forsan aliquis dicat quòd Hippoc.vii.aphor.lvii. ait purgationes nimias morbos efficere: quæ vero exiguę essent vterum male afficere volentes vt Hippoc.ortum morbi generalē ostendat. Galenus autē sedem. sed non est moris Galeni cōtradicere Hippoc.nisi eum nominet tum uero aliqua ex parte excuset uel sententiā in aliū referat.poterat & ἐπισχεθείσης ἀπὸ τοῦ, ἐπισχεῖν. deductū vt pro κωλύειν interpretatur etiā κρατεῖν dicere. sic enim anceps est uerbum authore Hesichio.est autem κρατεῖν uincere, vt Galeni sensus sit superefluētibus purgationibus à partu.Sed iam hęc dimittamus quāq; valde necessaria ꝛ ad principalē qōnem ueniamus. Conciliator differentia.106.uidit dubitationē sed non authoritates.duo tñ dicit:primū quòd non solū à partu sed ā febre ita vt vtrūq; consideretur cōputandi sunt dies.Secundum ꝙ in naturali partu magis attēdendi sunt dies ab initio febris. quia talis febris non dependet ā partu, sed ab ęrrore vel alia causa:& tum magis si fuerit initiū febris partui propinquum.istud patet quia in febre quę ab apostemate,cōsiderantur dies initii tam apostematis quā febris ex Galeni & Principis sententia.Sed in innaturali magis dies partus quia febris cōsequens,est quasi symptoma. igitur cum dies cretici disponantur à morbo nō à symptomate erunt ipsi numerādi à die partus, non à principio febris.ad authoritatem Hippoc.primo Epidem.dicitur quod secundo de diebus creticis ca.vi. dicit Galenus Hippoc.prius scripsisse libros Epidemiorum quàm pronosticoꝝ vel aphorismorū adducta igitur authoritas ex tertio pronosticorum pręponi debet authoritatibus libri Epidemiorum. adduntur tñ rōnes à conciliatore ad oppositā partem,quarū fermè vis in vnā reducitur partus ad febrem se habet vt causa dispo nens, vel antecedens, & ipse per se est res naturalis.igiť dies nō sunt cōputandi ab eo sed à morbo. patet seque-

vid. nicol. flo: ser 2ª tr. 4ª. cap. 9. et meß critici

la primo de diebus iudicatoriis cap.vi.&.ii.pronosticoꝝ.lviii.Sed hæc ratio nō uidetur ualida in casu partus non naturalis: quia ipse morbus est,& febris vt dictum symptoma.itē quia,vt Auer.& Haliabbas dicunt, hæc res habet authoritatē & rōnem ab Hippocrate:ipse uero experimento dies hos cōprobauit.Atq; ideo cum clare in primo exemplo ꝛ tertio naturalē partum exposuerit,in secundo forsan uiolētum uidetur mihi, cū eandē in omnibus obseruet à die febris cōputationem, nō esse vllo modo distinguendū.uerum etiam plus Hippocrati hic credendum est, ubi per tria exempla totā rem decernit,q̄; in libro pronosticoꝝ vbi paucu la tantum uerba subiecit. Quòd uero mixta ratio ineunda sit in febre cōputandi dies à partu & à morbi initio: hoc est per absurdum. nā bene possumus dies in partu & febre uel apostemate ꝛ febre utriusq; ꝯsiderare,sed tñ utrosq; seorsum & singulos pro suo ægritudinis genere. nec tñ prohibet quicq̄; vt in apostemate habente febrem ephimeram iunctam cōsideremus dies ab initio apostematis pro febre cum sit purum symptoma. authoritas igitꝰ tertii pronosticoꝝ intelligitur solū de naturali partu ꝛ morbis qui sunt illius symptomata:& sunt febris ephimera,quæ quarto die solet aduenire:itē dolores,& cursus menstrui sanguinis,& si quid aliud tale.in his omnibus debemus dies à partu, etiā si hęc post partum cœperint,computare.in aliis autem ab initio morbi. Auicenna, Auerroes,& Haliabbas cum uidissent libros pronosticorum,ꝛ non epidemiorum,quod facile est cuiq; intelligere qui illos diligenter euoluerit, ob non visa dicta Hippocratis aberrauere. porro dies partus in masculis sunt.xxx.in fœminis.xl.xxi.tertii trac.ii.cap.xxxiii.

Putredo an solum ex obstructione. Contradictio. 6.



P VTREDO fit cũ calida & humida corpora calido & humido loco manentia nõ perflant: quòd si maneant transpirata non putrescunt: oportet igitur ad hoc vt putrescant impeditã fore transpirationem.ii.artis curatiuæ cap.iiii.at secundo de differẽtiis feb.cap.ix. vult duplicẽ esse putredinis causam. verba subiungã.in putrefactionibus autem,nã ⁊ sanguinem putrescere necessarium est, quãdoq; quærendum quæ nã sit harũ febrium species. hoc aũt inueniri posse putãdum si prius cognouerimus quo pacto sanguis putrefiat.nã recte sentire uidetur Aristoteles ab aliena caliditate oriri putredinẽ.uocat autem alienã externam nõ insitam atq; natiuam,in quocunq; rerum genere.nã hęc coquere aperta est,externa autẽ corrumpere, quod est putrescere. calor aũt exterior sanguinem opprimit vt in Solis deustionibus, ⁊ in pestilenti aeris statu:atq; vt simpliciter dicam in febribus uniuersis,ex quacunq; causa originem duxerint.Sed & quãdo in aliqua corporis parte sanguis plurimus aceruatus eius corporis vim opprimit, corrũpi consueuit: ac tñ præcipue cum in paruis uasis propter crassitudinẽ obstruitur,aut propter multitudinẽ impingit. At libro de inæquali intemperie cap.7.dicit: Neq; uero ea solũ quæ inculcata sunt & perspiratu prohibita putrescunt: quãq; celeriter ea maximeq; sed & alia multa putredini sunt opportuna. itaq; i prima authoritate vult tria esse necessaria: prohibitã totius corporis transpirationẽ,quod inferius declarat: corpus calidũ & humidum: & ambiens tale. at in secunda prętermittit duas primas causas ⁊ uult uel solã extremam esse sufficientẽ, uel quandoq; cõuenire humoꝝ conculcationem in loco uno, ex qua obstructio loci fit. at in tertia authoritate amplectitur & obstructionem & prohibitã transpirationem, uerum nõ esse causas necessarias uult nisi uelo-

apta

cis & maximie putredinis.atq; sic uidet secunda primæ, & prima secundæ,& tertia utriusq; ostendere insufficiẽtiam,nã ex dictis uidẽtur quatuor causæ putredinis calliditas & humiditas totius corporis tum continentis: ꝓhibita transpiratio in cute:tum in certa corporis parte.Galenus.xii.cõmento secundæ particulę exponens illud,quæ relinquuntur in morbis ex.dicit quę relinquũtur in morbis necessario sunt humores mali: nam intelligit materiã morboꝝ. tales autem cum nutrire non possint necesse est ut tẽpore succedente febres accendãt. non igitur necessarius est calor continentis uel obstructio aut prohibita transpiratio. Princeps.xiii.tertii tractã.iii.cap.ii.& prima quarti trac.ii.cap I. docet plures causas corruptionis.sed in priore loco ꝓprie cõcoctionis,in posteriore generaliter omnium humoꝝ. quę causæ cum ad septẽ reducantur plures uidentur quàm quæ à Galeno recitatę sunt. dicit tñ quasi Galeni dicta inter se,& secum concordans:Et plurimum corruptionis humorum ex causis est obstructio:propter humoris multitudinẽ uel crassitiem:aut lentorem. quod sumitur.xi. artis curatiuæ cap.ix.in fine.dicebat enim Galenus de obstructione loquens.redundantia cum crassis ⁊ glutinosis humoribus horũ,enim vitio obstructio est orta quæ morbus est instrumẽtalis eoꝝ quæ obstructa sunt corporum.hanc symptoma secutum ipsa trãspirationis retentio:quam rursus putredo humoꝝ excepit:ipsa scilicet febris antecedens quædã causa. Recentiores quidã dicunt in febribus necessario esse cõiunctã prohibitam transpirationẽ,si à materia sint putrida. retinẽtur enim uapores qui exire deberent.in aliis etiã plerũq; putredini coniunctam esse hanc prohibitam transpirationem. Dico igitur quod putredo fit in humoribus uel humorum:humoꝝ quidem dum generant,& sic longe plures sunt causæ quã quattuor. nã ex corruptione cõcoctio-

nis fit putredo persæpe humorum genitorum. nec tñ semper cum sint alii modi corruptionis quàm ad putredinem. & sic loquitur Princeps in. xiii. tertii loco dicto. uel putredo fit in humoribus iam factis & hoc accidit in tota humorum congerie quæ est in sauguine. & hæc præsupponit prohibitã transpirationẽ. & de hac loquitur. xi. artis curatiuæ. iiii. uel in una parte tantũ, & hæc proprie fit ab obstructione, uel inculcata materia: & de hac loquitur secundo de diff. feb. ix. aut loquitur de utraqz in generali, & de hac dixit in libro de inæquali intemperie. quòd causæ essent illę tres dictæ. nã quarta causa semp est ex supposito necessaria caliditas & humiditas eius quod putrescere debet. ut. xi. artis cur. cap. 4. docet, nam dicit, cum animal sit uel planta, necessario cõstat calido & humido. & ita ibi explicauit causas necessarias omnes seu naturales seu aduentitias. aliis aũt in locis hanc naturalẽ prætermisit. ideo in de inæquali intemperie tres tantum connumerat: quę oẽs sunt necessariæ. differunt aũt obstructio in particula prohibens & motũ, & perspirationem, à prohibita perspiratione quæ in toto fit: nec tñ prohibet sanguinis motum, sed halitus ac uapores tantũ fuliginosos excerni. motus aũt est de causis ẽt conseruantibus, ac putredine: vt apparet in aquis fluminum, quę nõ putrescunt cum stagnorum celeriter corrumpãtur. sed cur ergo Philosophus dixit. xx. problem. iiij. quòd motus corruptionẽ excitat. respondeo, motus naturalis & proprius cõseruat. quicunqz alius externa causa proficiscens corrumpit. hoc aũt quia cõcutit, & quia facit obuiare aẽri nouo. nã hoc Philosophus in fructibus quæsiuit quæ motu uitiãur propter teneritudinẽ. at vt colligitur. iiii. metheor. vi. &. iii. collectaneorum. iii. aer sui caliditate putredinẽ in aĩalibus operatur: exhalare faciens innatum calorẽ. item frigiditate extinguẽdo proprium. vnde materia alium cõcipere cogitur putre-

dinis authorem. hoc aũt ſm mẽbrum cũ raro accidat ꝛ per conſequentiã tantũ caloris noſtri corrupti, putre dinẽ pariat: iure merito à Galeno ꝑtermiſſum eſt.

Vinum natura humidum eſt. Contradictio. 7.



INVM cõfert iuuenibus duplici modo, bilem educendo, corpusq; humidius reddendo primo de tuenda ſanitate. ꝛ quinto eiuſdẽ: Vinum maxime cõpetit frigidis ac ſiccis temperamentis. primo etiam regim. acut. xxii. iubet ante ptiſanã vinum aut mulſam exhiberi: velut aqua ipſa humidiora vbi morbus ipſe ſiccior extiterit. ſecunda quoq; aphor. xxi. vinũ iubet dare Galenus in fame illa nõ naturali: ſeu à frigiditate, ſeu ab acido prouenerit humore. eſt autẽ humor acidus, frigidus atq; ſiccus. ex quibus colligitur, cum omnis cura ſit per cõtraria vt in tertio habetur paruæ artis, vinũ non ſolum calidum eſſe, ſed etiã humidum. Princeps ẽt tertia primi doc. ii. cap. 8. dicit, ꝛ vinũ confert melancholicis: quia eis cõtrariatur à tota ſpecie. ipſi autem ſunt frigidi atq; ſicci: quare vinũ erit calidum ac humidum. vñ Gentilis in ſua qõne ibi tenet ꝙ vinũ ſemper humidius corpus reddat. & prima tertii trac. 4. cap. 17. in cura maniæ in generali in fine dicit: cumq; fuerint in declinatione detur eis vinũ plurimum mixtũ: illud enim humectat eos, & dormire facit. Idem fermè primo ad Glauconem cap. vltimo, dum curã eoꝝ tractat qui animo linquũtur. & prima quarti trac. 3. cap. 4. in cura hecticæ vinum humectat ſed calefacit: ꝛ parum poſt. & ſimiliter cũ neceſſitas te vocat ad fortẽ humectationem & velocem, des ea quæ ſunt vt aqua carnis ꝛ vinũ. Haliabbas quoq; in primo practicæ. xxii. vinum calefacit & humectat & cõtrarium eſt melancholię à tota ſpecie. ꝛ ſexto collectaneorum. xiii. recenſetur inter ea quæ corpus humectãt: cum

extenuatis exhibeat qui ſiccitate non vacat. Ariſtoteles quoq; tertia Problematũ.xvi.vinum natura humidum eſt.Sed in oppoſitũ Galeni videtur eſſe authoritas.viii. de ſimplicibus medicamẽtis cap. de vino.nouum in primo calidũ eſt,vetuſtum in tertio,mediæ ætatis in ſecundo.his pro caliditate ſiccitas reſpõdet.Item Galenus ſecunda aphor.xi.exponens humidũ melius nutrire,potabile interpretatur:quod actu non potentia humidũ eſt: atq; hoc modo vinum inter humida cõnumerat:quaſi potentia tale nõ ſit. propterea dixit ꝙ humidũ prout à ſolido diſtinguitur,maxime nutrit preſertim ſi natura calidũ ſit. Paulus quoq; libro primo cap.95.& lib.7. in litera o, Muſtum in primo ſiccum eſt, mediæ ætatis in ſecundo,ſed antiquũ in tertio. Sed & Haliabbas quinto Theoricæ cap.30. vinum ſicci temperamenti eſſe dicit. Serapio etiã in tabula & cap. proprio vinũ inter ſiccas medicinas adnumerat:quæ tñ primum gradũ non excedant quo ad caliditatẽ.nam ſuperius declaraui in paſſiuis qualitatibus, ſolitũ non eſſe gradũ proprium obſeruare.Hanc tam euidentẽ contrarietatem euadere quidã deſperauerunt:vt Gentilis loco prӕallegato. Sed Conciliator differẽtia.70. tenet ipſum eſſe humidum rñdetq; authoritatibus melius quàm poteſt:ac rõnibus: verũtñ cum nõ viderit authoritate Galeni & Pauli de ſiccitate: ideò ſua determinatio nihil ad nos facit, cum neruum difficultatis præterierit.nemo enim eſt qui, ſi quis illas authoritates auferat,non ſtatuat omni ſuffragio humidum eſſe vinum.Quidã exiſtimant exterius & ſi ſit natura humidũ, poſſe ſiccare quadruplici modo : Primo abluẽdo ſordes, & hoc modo etiã aqua frigida exiccat, & conſolidat authoritate Celſi : Secundo per virtutem aſtringentem cõprimendo,dein exprimendo humorem cõtentũ in loco vlceris vulneris'ue:Tertio quia omne calidum calefaciendo tandẽ exiccat: Quarto quia pars

humida quæ est in vino subtilis dilabitur, & sicca manet quę crassior extat. Sed isti magnã Galeno calũniam inferunt, qui loquens de re quæ & cibus est, & medicina, proprii temperamenti nusq̃ meminerit: nec virtutis quã interius assumpta retineat: sed solum accidentiã naturæ expresserit, atq; eam qua fungitur tantum donec exterius applicat. parcendũ esset Auicẽnam aut Auerroem interpretãtibus: quibus lege sua vino interdicebatur tanq̃ frequentioris vsus solum apud illos meminissent: at de Galeno quis æquo ferat animo vt propriam naturã, proprium vsum, tum frequentissimũ prętermiserit: rem rarã & pręter consuetudinẽ ac non propriam explicauerit. Non etiã videtur quod in ablutione vulnerum appareat humidioris naturæ vestigiũ: nam vlcera etiã sordida illico mordicat. quod medicamenti siccioris est opus, nõ humidi. Aliqui dicunt q̀ est humidũ vt oleum nã facillime illud ẽt ardet vt vinum, sed hoc est magis argumentũ siccitatis. nã in similibus facilior fit trãsitus. vnde velocissime ardent nitrum, aqua ardens, sulfur, quæ oĩa proculdubio sicca sunt. Quidam autẽ respondebat hoc modo, quòd vinum anteq̃ esset actu nutrimentũ erat siccum, sed postq̃ nutriuerit fiat humidum augendo humidum substantificum: & hoc modo Princeps dicebat lactucã esse calidam, quãuis sit frigida anteq̃ nutriat. Hæc responsio non videt satisfacere: nã & si lactuca calefaciat augendo calorẽ, non tñ meretur dici calida: quia hoc oporteret dicere in cõparatione ad reliquos cibos. item vinũ velocissime nutrit secũda aphor. xviii. vt nihil ei possit æquiperari: & tertio de temperamẽtis cap. ii. dicit quòd dũmodo aliquãdiu in ventriculo & iecinore originẽ traxerit nutrit. quare nõ poterit impressionẽ siccam facere si in humidum illico trãsierit alimentũ. Dico igit vinũ siccum esse: nã quinta aphor. aphor. v. vinum subtilitate sua conuulsionẽ mo-

uet, ſiccitate & caliditate ſedat. Item ſecundo de victus tóne, & eſt.xxviii.liber Hippocratis. vinum calidũ ꝛ ſiccum. habet auté oratio eius genuina ſic οἶνος θερμὸν καὶ ξηρόν. ἔχει δέ τι καὶ καθαρτικὸν ἀπὸ τῆς ὕλης. τῶν δὲ οἴνων οἱ μέλανες καὶ αὐστηροὶ, ξηρότεροι, καὶ οὐ διαχωροῦνται, οὔτε οὐρέονται, οὔτε πτύουσι. ξηραίνουσι δὲ καὶ τὴν θερμασίην, τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος καταναλίσκοντες. id eſt, vinum calidum & ſiccum: habet aũt ex materia vim purgandi. Vinorum aũt quæ nigra ſunt & auſtera magis exiccãt ventrem, lotium, ſputũ minime iuuantia. exiccans aũt & calefaciens humiditaté corporis cõſumit. inde docet candida & noua & dulcia humidiora eſſe. quin & acidum humectare edocet, qđ aquam admixtam habeat. Sed ibi alia exurgeret dubitatio, q: acidus ſapor ſiccitatis indicium eſt, ſed non omnia oibus in locis ſunt enodanda. vnicuiq; diſputationi ſua difficultas ſatis eſt. in libro ẽt ſecundo regim. acutoꝝ iuxta initium dixit vinum ſitim mouere & caput petere. hęc igitur omnia quis nõ videt opera eſſe vini ſiccantis magis abſoluta etiá coctione, quá per initia. quare valeat Manardus cũ ſua ſubtili inuentione. Ná Galenus nũq̃ vinum humidũ pronunciauit ſed humectare, cũ ſit ſiccum, vehementer etiá poſſe affirmat. hoc aũt quadrifariá. primo faciendo plurimá appoſitioné ꝛ nutritionem. propter naturæ dilectioné, propter ſubtilitaté, propter facilitatem conuerſionis in alimentũ. Secundo ꝑpter aquæ admixtioné. nam ſubtilitatem quidem & cum natura humana conuenientiam mixtum retinet, verũ amittit ſiccitaté. Tertio ſi ſit candidum aquoſum, tale enim ſub natura vini quáq̃ comprehendatur, eo tñ nomine nõ intelligitur, niſi adiiciaẽ aquoſum. hoc vero nõ excalefacit non dicá quòd refrigeret, prima operatione, multo minus etiam exiccat. & quáq̃ ſub eodé gradu ſiccitas & caliditas vini apud Galenum cenſeatur, nihilominus tñ non ſub eadé gradus

parte. Ideoq; in febribus & in animi deliquiis Galenus albũ aut lymphatum exhibet vinum: non tñ quia humidum: sed quia cũ sit velocissimi trãsitus, & naturæ amicum siccum nõ est. Quarto cõparatiue. nã temperatura eius est infra siccitatẽ bilis, & atrę bilis, & senum: quare his põt exhiberi: tum quia in atra bile educit eã ⁊ subtiliorem reddit, & est naturæ amicum. senes aũt indigent regimine simili, non cõtrario. & cum hoc vinum habet plures vtilitates, de quibus dictũ est. nã & mel senibus cõuenit, quod tñ siccum est in secundo: vt. vii. de simpli. medicamẽ. facultatibus. Ad Arabum authoritates dicẽdum est, vinũ censeri apud eos humidũ, ab operatione. vel dic. quòd de mixto aqua intelligunt. vel ꝙ absolute humidũ crediderunt. Nihilominus verum est ipsum hecticis & melancholicis conuenire. Quòd si quis arguat ex secunda aphor. xi. in cõmento: vinũ vt habet similẽ substantiã aquæ, quod aquosum dicitur, sic & naturam. aqua igitur cũ sit frigida & humida, igit̃ & vinũ aquosum. rñdeo comparat naturam in subtilitate, & nutriendi paucitate ex quo colligitur ꝙ aqua sit subtilioris substantiæ, ipso vino: quãuis vinum ob caliditatem facilius penetret, ac cibũ distribuat, vt in. xii. artis curatiuæ colligitur cap. 4. in initio ⁊ post. Sed cur vinũ aquæ supernatat? aqua vino supernatare non potest?

In laterali morbo an ex parte dolente uena secanda sit? Contradictio. 8.



[Q]VVM dolor ad iugulum extenditur: aut grauitas brachium, mamillam, aut partes quæ sunt supra septũ transuersum infestat: interna cubiti vena secanda est. nec dubites copiosum detrahere sanguinẽ, donec rubidior multo vel pro rubido & puro liuidus effluxerit: vtrũq; enim accidere solet. secundo regim. acut. 10.

At quarto regim. acutoꝝ.73. si dolor ad supiores partes extenditur, iugulum, mamillã, brachium: internam brachii venã secare oportet: ab eo scilicet latere qđ dolore fuit affectum. est etiã illud indicium Hippoc. in prima authoritate hoc sensisse: qđ dicat sanguinem permutari solere: quod quidẽ non accidit nisi vbi phlegmon magnum sit ⁊ ex parte, qua fit sanguinis missio: vt in libro de sectione venæ colligitur. neq; est dubiũ quin Galenus in cõmento. x. censuerit secandã eiusdẽ, non aduersi lateris venã: quandoquidẽ celeritati euacuationis ex ipso loco studeat: vt verba testantur. Altera habetur authoritas. vi. Epidemioꝝ super sextũ textu quinto: vbi dicit: in doloribus secandũ esse venæ ventrẽ: idest venam magnã quæ loco proxima est. Sed ista authoritas cum præcedentibns parum aut nihil facit: nã materiam iam fluxisse Hippoc. ꝑsupponere videt̃, cum dixit adesse grauitatẽ quæ iam fluente nõ adest: tũ quòd pertingat dolor ad iugulũ: secundo quòd succedat mutatio sanguinis: tertio quia: quarto de rõne victus in acutis parum ante authoritatem dictam iubet Hippoc. sputi colorem obseruandũ an sit rufum, vel aliter coloratum: nã hoc nõ nisi iam in coctione põt apparere. quarto quia Gal. in de venæ sectione dicit, vbi iuxta sectã venã phlegmone est ingens, optimũ est sanguinis in colore & substantia mutationẽ expectare, sicut Hippoc. nos docuit in libro de acutoꝝ victu, quando de laterali morbo verba fecit. est etiã difficultas ex hoc, quia quartus Hippocratis acutoꝝ Galeno teste, nõ est Hippoc. in secundo autẽ non explicat ex quo latere sit detrahẽdus sanguis: quare hęc authoritas parum aut nihil concludit, quantum ad Hippoc. sententiã pertinet. & si quis obiiciat crimen fermè esse Hippocrati ascribere quòd quicq; necessariũ ad artem prętermiserit: quare coniectura licere assequi solũ eam quæ ex eodẽ fiat latere esse necessariã, quando

eius tantũ meminerit, iuxta Galeni interpretationẽ: respondemus, quãq; hoc solũ firmari possit ex Galeni sententia, nihilominus etiam illius supposita authoritate, nihil tñ in dictis Hippoc. pro hac sententia concludere. nã vel Hippoc. reuulsiuam ex aduerso latere cognouit: vel non? nam eam in aliquibus morbis puta in capitis vulneribus necessariã esse inferius demonstrabimus. si igitur nõ cognouit, quod quasi nephas est dicere, nihil mirũ eam illũ non tradidisse: si aũt cognouit principio morbi fiendã docuit in generalibus sermonibus, vt ibi deriuare, cedentẽ reuellere statim, resistentẽ cedere. secũda particula sexti Epidem. viii. vbi etiã videtur Galenus illð declarare quod dixit Princeps quarta primi cap. I. cum ad longinquũ trahere volueris, dolorẽ prius seda. sed expositio tñ Galeni nõ videtur nisi ad cõfirmandũ: hoc vt post deriuationẽ reuulsiua ex aduerso vtamur. sȝ non explicat ꝙ ab opposito latere reuulsiua sanguinis missio cõueniat: sed melius erit Hippoc. per Hippocratẽ exponere, quandoquidẽ ex hac authoritate saltem illud constet: duas fecisse Hippoc. mittẽdi sanguinis rationes diuersas, reuulsiuam, & deriuatiuã: cuius meminit in. ii. &. iiii. regim. acutorum locis præallegatis. Sed non esse ducendum ab eadẽ parte quasi similitudine infert. ii. regim. acutoꝝ. xxii. cum dixit de medicatione loquẽs quę per expurgãtia fit. Quicunqȝ aũt dum inflãmantur statim per morboꝝ initia medicamento soluere conanť, ij non solum ab intensa inflãmataq; parte nihil adimunt, verũ cum non cedat nec obsequatur quæ cruda est affectio partes sanas & morbo aduersas medicamentũ ipm absumit contabefacitq;. Sed vt diuersa est ratio medicamenti & mittendi sanguinẽ nec idem in ijsdem effectus vt nihil cõtra opinionem cõcludit, sic nec pro ea. Attñ cum Hippoc. curatiuã rõnem nõ pręseruatiuam inijsset in libris regim. acutoꝝ reuulsiuam prętermisit: cõten-

tus illam in generalibns sermonibus docuisse. deriuatiuam vero explicat quæ vt fit ex latere patiẽte sic affectũ iam cõstitutum non orientẽ p̃supponit. vnde reuulsiui etiã meminit auxilii secunda particula sexti Epidem.28. dum dixit reuellere si quò nõ oportet vergat: sin autem quò oportet his aperire conuenit, secundũ quod singula vergunt. an & in hoc generale erit vt ab eadem parte tantũ fiat reuulsio? atq; sic frictiones & cucurbitulæ solum erunt patienti particulæ ab eodem latere vel iuxta eam applicãdæ summa ægri pernicie. an quia reuulsiua sunt auxilia ex aduerso licebit? quare & in missione sanguinis quæ ad reuellendũ fit quid prohibet ne in parte cõtraria fiat. quandoquidẽ in hoc non singularẽ curationem iuxta Hippoc. exequamur: sed generalẽ iuxta illum reuulsionis rõnem, quæ ad contraria fieri solet ineamus. Quòd si quis dicat Galenũ.ii.regim.acutorũ primo. dicere fomenta augere dolorẽ in initio atq; ob id, cum augetur dolor, mitti sanguinem, atq; sic ab initio sanguinem mitti, hoc nil impedit tñ, quia vt dixi ex prima authoritate quæ in.ii.regim.acutorũ est: nõ constat ꝙ ex aduerso latere. in secunda authoritate quę in quarto habet Hippoc. nõ loquitur nec vir sententia Hippoc. dignus ex Galeni sententia in eius libri initio: quãq; eũ textum velut fenicem quãdam in Hippocratem referat. sed & si vterq; textus Hippoc. sit, nihilomagis cõcludit ratio. nã Hippocrates q̃uis morbũ per fomenta exploret, in secando tñ venam id præsupponit: quod morbũ non solũ constitutum, sed & vehementẽ demonstrat. si quidẽ vt dixi grauitatem & extensionẽ ad iugulum: & sanguinis corruptionẽ. at vero non inconuenit morbũ iam cõsistere: sic vt iam factus sit: materiam vero aliam denuo influere. at nõ merito fluentis materiæ sed morbi iam facti hæc venæ sectio instituit. nam si illud voluisset adiicere, eas non oportebat conditiones, si enim

post fométa solus dolor pungens appareat:nõ vlla grauitas:nõ vlla iuguli, sed solum costarum affectio. quid agendũ? Sunt qui adducant aphorismũ.xxii. sextæ particulæ sed parum ad propositũ. ideo melius est declarare, anteq̃ ad Galeni expositioné veniamus,quonam pacto ex secundo ad Glauconé tria genera missionis sanguinis distinguatur:euacuatiuum,deriuatiuũ, & reuulsiuum. deriuatiuũ igitur ex directo patientis particulæ ſm motum eundé materiæ fit: velut si quis in liene vel rene sinistro phlegmoné patiatur sanguine à superioribus partibus horum membroꝝ descendente, fit deriuatiua sanguinis missio ex saphena pedis: vel sub poplite. ita si flueret ab inferioribus ad superiora in hæc mébra tunc cubiti interior diceretur deriuatiua.& generaliter deriuatiua & reuulsiua fit ex eodé latere patientis particulæ.& etiã euacuatiua.atq; ita oés apud Galenũ mitté di sanguiné modi,vt ibi declaratur cap.ii.iuxta mediũ: sed deriuatiua ſm parté motus materiæ vltra locũ ipm fit.at reuulsiua ex loco motus materiæ ad locũ patientem: vel ei propinquo: sed tñ à loco defluxus remotiore.& ideo in similitudine deriuatiuæ, & in cõtrarietate reuulsiuæ,nõ particula patiens cõsideranda est,sed motus à quo ⁊ ad quem.reuulsiua ex contrario.deriuatiua aũt ſm motum naturæ fit. euacuatiua ex loco ipso aut propinquissimo. His itaq; cognitis mirũ satis videtur cum.5.Epidem.particula tertia trac.79.de Anaxione loquens subiecerit:vená sectam in cubito doloré leuasse, nec adiũxerit ex quo latere,cum tñ latus dolens dextrũ esse declarasset, si quid dubiũ esse poterat nõ illud ostédisse:cum etiá in initio fomenta adhibeat,proximá autem succedere velit sanguinis missionem, si per fométa dolor nõ leuetur, cur aut quádo ex aduerso latere sanguiné mittere poterit?in angina etiá latus ipsum dolentis partis si obseruat Hippoc? idem etiá in aliis morbis

aget.

aget.sin aduersum cui cōmodo?tamē ēt illud iam declaratum est: oēs species sectionis venę ſm latus idem fieri debere: quare verisimile est Hippocratē nullam missionem sanguinis ante eam quę ex eodē fit latere nos edocuisse. Sed ad Galenū iam veniamus. hic enim vt mihi videtur, clare loquitur: nā in libro de sanguinis missione cap.xv.&.xvi.ſm nostram sectionē hæc habet. Quecunq; igitur de hac speculatione à medicis dicta sunt, ea si scribere aggrediar, opus erit libro ijs sigillatim dicato, eoq; ingenti. Cæterū vt in aliis quæ hactenus definita sunt effeci, vt scilicet mentem meā vobis exponerē, qui eā à rebus ipsis probari vidistis, idem nunc quoq; faciā, initio sumpto ab ijs quæ quotidie in laborātibus videntur: Quæ quidē Hippocrates diligenter obseruata memorię prodidit. Est vero vnum eoꝝ primariumq; caput, scilicet hoc: Quibuscūq; κατ᾽ ἴξιν eruptio sanguinis fit summū affert cōmodum laborantibus. Hoc autē κατ᾽ ἴξιν quod ſm rectum intelligatur oibus est confessum, cum clarissime sæpenumero hac voce in hoc vtaē significato. Quibus aūt contra euenit nihil iuuat cum etiā interdum noceat: quod vires citra morbi leuamē exoluat. Non enim liene turgēte ex dextra nare erūpens sanguis: aut in iecore ex sinistra vllam affert vtilitatem. Sed reuulsio quibus in directū adhibetur euidentē vtilitatē celeriter ostendit. Quibus cōtra non. Dextra igitur nare sanguis erūpens, ad dextrum hyppocondrium fixa cucurbitula clare celeriterq; sistitur: sicut ad sinistrum ex sinistra erūpens. Porro reuulsionis causa si venam seces indirecte quidē oppositis sanguinis eruptionibus, citissime conspicuā videbis vtilitatem. At si contra seces, nihil ꝓfuerit. Sic & affecto liene æque adiuuerit circa medium digitum sinistræ manus incisa vena, atq; si internā cubiti secueris. Multū enim lienem affictum iuuat sanguinis detractio ex sinistra manu. Inde

paulo post: Quin & pleureticis quæ è directo lateris laborantis adhibita fuit missio sanguinis, clarissimam sæpe vtilitatē attulit: quę vero ex opposita manu, obscuram omnino aut post temporis interuallū. inde rursus paulo post: Itaq; dolentibus oculis humeralis vocata vena, quæq; ex ea deriuata in cubito incisæ luculentum celeriter commodum afferunt. Dolente autē latere, aut pulmone, aut septo transuerso, aut liene, vel iecore, ventriculo'ue, ea quæ per alas ad cubiti iuncturā pertingit. Hoc aūt casu maxime interior secanda venit. Quod si nō certe ea quæ ab ipsa diducta in iuncturæ flexura apparet: his non obscurū est Galenum tria edocuisse: primum ꝙ ex eodē latere & per venas à loco læso deriuatas, aut ei cōiunctas sanguinis missio fit molliēda: fm ꝙ illud Hippocrates censuerit: tertium rationem huius ostendit quæ cum Hippoc. authoritate cōiuncta est. Inquit enim ille tertio prorrheticoꝝ.33. sanguinis ad latus diuersum eruptiones malę, vt si cū lien magnus fuerit, ex dextra nare fluat: atque res in hyppocondriis ita se habet: cū sudore deterius id existit. Atq; ibi Galenus desumptum hoc refert experimēto plurimoꝝ languentium, quos in epidemiis enarrauerat. hoc igitur pro cōfesso haberi debet, ꝙ in reuulsione Galenus sanguinem ex directo mittit. ꝙ aūt directum latus dicatur dextrū dextro, sinistrum itidem sinistro, iam satis clare verbis suis edocuit. ostēditq; ratio sua cum Hippocratis authoritate cōiuncta: ⁊ ostēdit.2. de tuenda sanitate, dum species frictionis refert, directā ac transuersam, tum etiam quinto de partiū vsu cap.14. dum ventris musculos enumerat. idem clarum est secundo ad Glauconē cap.2. fm nostrā sectionem. Quin etiā.4. regim. acut.73. confundit ista tria venā in directo, & internam, & lateris eiusdem patientis, quasi idē significent. Altera habetur authoritas.13. artis curatiuæ cap.11. fm nostram diuisio-

nem.inquit enim:Proponatur itaq; iecur iá phlegmonem contrahere cœpisse:tum quęnã mali curatio huius cómodissima sit quærat. Inde paulo post. Ergo pariter tum reuellendus tum educédus sanguis est,qui ad iecur confluit,interna in dextro cubito insecta vena.Propterea quòd & è regione,& ampla via, cum vena quę caua dicitur societaté habet:Hac non apparente media secanda est. Quòd si hæc nó apparuerit, reliqua ac tertia est incidenda.inde etiá post sed tñ eodem capite. Satius igitur sit vbi partes quæ in ore sunt phlegmoné accersere cœperint, ad nares deriuare. Pari modo venam quoq; vbi hæ partes sic laborant incidere humeralé in manu:. si ea nó cernitur mediá.vbi iecur pectus pulmo aut cor sic afficiuntur interná.in angina quam συνάγχην Græce vocát primas in manibus, secundas eas quæ sub lingua habétur. At ijs quæ in occipite sunt afflictis, etiam eam quæ in cubito est, & eá quæ habetur in fronte. renibus vero ⁊ vesica & vtero sic habentibus, eas quæ in cruribus sitæ sunt:& potissimú quæ circa poplité. sin minus eas quę circa malleolum.ac in oíbus quidem semper eá quæ in directo ést,vbi iecur phlegmone inuadit quę in dextra sunt manu,vbi liené contra. Qui huic resistunt opinioni de iam facto phlegmone exponunt.verum responsio nulla est: ná in angina docet primam facere ex brachio sanguinis missioné. hæc auté fit nondum facta angina.igitur hæc ⁊ reliqua sanguinis missio,quæ in laterali morbo iubetur,in initio est.docet ét ibi cataplasmata vel purgationes in aliquibus morbis conuenire. igit cum hæc tantú in initio conueniant cataplasmata quidé astringentia, ⁊ purgationes,inchoátibus morbis iuxta illud in acutis raro,& in principiis medicinis purgátibus vti:& hoc cú præmeditatione faciundú.⁊ secunda aphor.29.Tertia authoritas colligitur ex dictis secúdo ad Glauconé. sufficiat propter ea quæ diximus ver-

ba,ipsa subiecisse:ea aũt sunt:Fluentium igitur humoꝝ retractio,sic enim Hippocrates nominat:eorum aũt qui iam membrũ obsederunt deriuatio medela est. Vtrũq; aũt euacuationis genus per cões venas fieri præcipit. & infra parũ:Patientibus vero mẽbris extremis à coniunctis euacuatio fienda est:siue retrahere velis,siue deriuare,præterq̃; vbi passio est inueterata:tunc enim à membro ipso patiẽte detrahimus.Quarta authoritas habet in de constitutione artis medicatiuæ cap.17.cum dixit: Maxime vero & partiũ sanatio quæ phlegmõe laborãt ex situ & positione desumitur.inde post pauca:His ergo docentibus qui in coxendicem fluxus decubuere, ꝑ poplitũ ac malleoloꝝ venas euacuabimus,vti sanè & quę in vteris hærent: quæ in pulmone ac thorace per venã cubiti internã:quę in capite,& collo,ex humeraria.proximarũ enim atq; cõmunium affectæ particulæ venaꝝ, euacuatiõ optima est atq; facillima. si quis dicat deriuatiuam hic docere iam cõsistente phlegmone:nõ erit verum semper humerariã capiti & collo maxime cõuenire. nam in angina quæ sub lingua sunt magis quãdoq; cõueniũt.at humeraria in angina & phrenesi retractiua est, igitur in laterali morbo interior cubiti talis est. nec obstare videtur his quattuor tã claris authoritatibus ꝙ dicat tertio paruę artis in cap.de causis præseruatiuis.At attrahẽdi ex omni loco ad oppositas partes cõmunis indicatio est,ad quam maxime distantia:deriuatio vero ad vicina. ⁊ ante in capitulo de asperitate ⁊ lenitate:vbi de phlegmone loquens hæc habet: Si igitur vniuersum corpus plus æquo plenũ fuerit,per patientẽ locũ minime euacuãdum. Nam si scarificationibus aut sectionibus sensibiliter euacuabimus:plus rõne doloris excitati attrahemus. Si vero calefacientibus dispergere tentabimus, plus erit quod vi caloris ad partẽ attrahetur q̃ dispersum.Quod si elaborabimus vt qđ influxit

retrocedat, corpus plenũ non admittet. Ad hæc igitur ambo totũ corpus euacuare oportet: aut ad contraria omnino loca retrahere: quod patienti particulę influit. quo pfecto opere, prius à parte repellendũ, mox disper-gendum. Neqȝ illud Hippocraticum quinto aphor. 68. Dolenti partẽ capitis posteriorem in fronte vena incisa prodest. vbi Gal. etiã Auersio ad cõtraria, fit secundum longitudinẽ quidem supra & infra. secundum latitudi-nem vero hinc & inde, hoc est à dextris & à sinistris. se-cundũ altitudinẽ vero, ante & retro. in doloribus itaqȝ partis posterioris capitis cum auersione nũc euacuatio fiet. nã prima authoritas de præseruatione loquitur nõ de cura. altera ex eodẽ libro exponenda ad aliaꝝ autho ritatum sensum. vt hæc contrarietas ad materiæ motũ, nõ ad positionis differentiã in corpore referatur. aliter omnis contrarietas esset in hoc casu necessaria. vel igit̃. vna? & hanc habemus ab intus extra: tum etiã ad locũ magis dextrum, vel magis sinistrum: aut oẽs necessariæ sunt: & tunc oportebit simul trahere à superiore parte ad inferiorẽ: à dextro in sinistrũ: ab ante retro. & sic la-borãte ægro phlegmone costaꝝ in latere dextro, ex cal caneo pedis sinistri sanguinẽ necessarium esset mittere. ad tertiã authoritatem quidam dixerunt Hippoc. loqui de materia educenda iam expurgato corpore. Dii boni quis ferat mores horũ temporum? nãqȝ cum vix vnus aut alter literas medicinæ sciat: quinimo eoꝝ quos ego ẽ facie noui, nemo est qui nõ oderit nos, propter studiũ & veritatis amorem: qđ & Galeno, vt ipse de seipso re-fert, contigit: vt pro bonis literis ingemiscã. nam hanc authoritatẽ proh tempora modo pro se adducunt: mo do prætereunt: modo euacuato iam corpore exponen-dã docent. quid mirum est igitur actum esse de medici na apud Italos presertim? hoc illud vnum est quo mihi illi aduersantur; non parum tñ vni debemus: ꝙ laboris

ad restituendũ bonas literas plurimum impenderit, an assecutus sit, nõ est meum iudicare: qui mortuos nõ insector. atq; vtinã nulla mihi causa esset reliquos medicos accusandi. cum enim stertant in domibus: cõsiliisq; ac arte valeant: nobis hoc vnũ obiiciunt, q mathematicas nouerimus. atq; qđ olim summo honori fuit, tum medicis, tum philosopis oĩbus, Hippocrati, Galeno, Platoni, Aristoteli, impii ac nepharii viri mihi vitio vertunt. nec sufficit illis maxima ignorantia: nisi & de illa quemadmodũ olim de studiis gloriẽtur. ego bonis nõ maledico, nã nemo bonus nos odio habere põt. at hoc certe in hoc monstro inuidiæ ferendũ est. conanť quibusdã hoc etiam sciolis persuadere, qui vel prima literarum Græcarũ elementa tenentes: orbem digito temperare se posse putant. atq; in cœlũ os insanum ponere audent. deceret illos qui secũ plurima iactant: qui tãtũm sibi sapiunt: qui iudiciũ de melioribus faciunt: aliquando velut tauri solent, seipsos luctãdo experiri, ꝑprias q; vires expendere. scribant, disputent, doceant, si licet: videbunt asinos esse qui lepores currẽdo se fore existimabant. plus illi bonis literis detrahũt, q̃ medici. nam ex his aliquot vel saltem pudore tenentur. ignoscẽdumq; his qui propriȩ vtilitati, ⁊ si aliorũ iactura, consulere se putant. ferenda est etiã medicorum inuidia, quæ cũ arte ipsa coalescit. at has importunas cicadas quis ferat: vel inspicere etiã dignetur? Cȩterum Deũ aliquando humani generis misereri oportet sic, vt Principes aliquot mittat: qui nõ famam hominũ respiciant, non gloriã falsõ quæsitã: sed mortalium cõem salutem. misit forsan sed hos tot curis, tot suspicionibus impleuit, vt ab hoc tã pȩclaro beneficio auertar. nã non potest Cæsar vituperari inter cæteros, qui Vuessalium apud se habeat: hominem antiquã redolentem ingenuitatem. Ergo vt ad rem redeã pudet me dicere quosdam hãc authoritatem

dissimulasse.ergo id Hippocratis consiliū est,vt de diu turnis loquatur morbis.nā & Galenus diuturnę fluxionis oculoꝝ meminit in his,cū affectus phlegmonē non possit excitare.neq; eni inueteratus fieret hic dolor. sed ad finē breui perueniret, cū calidam supponat fluxionē, quæ sanguinis missione curāda sit.qcquid in dies effluit nō cogi sed à natura dissolui præsupponit. ergo superuenienti materiæ non defluxę occurrendū est. at illa quæ de nouo superuētura est,auersione ad opposita indiget, cum rōnem habeat præseruātis partis medicinæ.igit̃ in talibus iure merito ꝛ in capitis dolore posteriore,venę anterioris sectio:& in diuturna ad oculos fluxione cauterii genus in occipitio,quod setonū vulgo vocāt,optime conueniet.Eadem difficultate illud fermè præteriit: duo esse genera diuersionis: alteꝝ quidem quod ad maxime distantia loca cōtrariaq; deducit,quo in præseruatione vti debemus,non dum morbo facto:atq; id ē diuerso latere magis:alterum aūt,quo per materię euacuationem dolore sedato,influentē adhuc sanguinem ex loco reuellimus. quo quidē phlegmone iā facto vtimur. atq; illud ex latere eodem κατ' ἶξιν non quidē ex lateris rectitudine,sed venarū cōmunicantium causa faciemus. accidit aūt fermè semper vt quæ in eodē latere sunt etiā magis cōmunicent,quā in extremis. vñ Curtius in hoc peccat,cū pro venis latus exponat. ideoq; non facile illud effugere potest qđ Galenus.13 artis curatiuæ cap.5. ſm sectionem nr̃am:at antiqua diuisione distin.2.cap.2. (est aūt in primo folio)dixit:Cogimur aūt alias sanguinem mittere idq; aut vena incisa,aut mēbris his quæ lęsa nō sunt scarificatis.Manu enim laborante scarificabis crura.altero aūt crurum male habente reliquum. Quidam exponebàt sic vt mutuò referrentur, quasi dicat: manu laborante crura scarificabis, vicissimq; manū laborantibus cruribus:hoc enim videtur esse reliquū in

Error Curtij.

ſermonis cõtextu. Sed non patiť hoc Græca ſynexis. habet enim ἤ τοι φλέβα τέμνοντες, ἢ ἀποσχάζοντες τὰ μὴ πεπονθότα κῶλα. χειρὸς γὰρ μὲν κακῶς ἐχούσης τὰ σκέλη: τοῦ δ᾽ ἑτέρου τῶν σκελῶν πεπονθότος, τὸ λοιπόν. exiſtimo quoſdã authoritatem nõ vidiſſe: nec auſos negare. cum enim multas Hippoc. & Galeni authoritates aduerſum & pro ſe adducãt ex loco, hanc quaſi ſecundo ad Glauconem libro ſcripta eſſet, in qua plurimum erat in tota queſtione ponderis, retulerũt, conãtes euadere, tum eludere. Sed vt illos excuſem, certe Manardus ⁊ ipſe locum non demõſtrauit: & in codice Andreæ Turonenſis qui illã primus in medium aduxiſſe viſus eſt, error in numero capitulorum emerſit. quare nihil mirũ fuit cum id ſolerent homines exercitati, in prõptu habere: vt ad omnẽ authoritatẽ quãtumuis clarã effugiendi viam haberent paratam: quaſi diuinãtes reſpõderunt. Itaq; cõmunicantes venas ſemp Galenus reſpicit, latera non ob aliud curat. at in cruribus cũ venæ cauæ ſupra oſſis ſacri initiũ diuiſio in ambo crura fiat: neceſſe fuit vt ſanguine ad alterum crus retracto, diuerſio vera fieret ex cõmunicante vena propioreq; loco. quod ſi ad manum retraxiſſes nihil peractũ erat: cum detractio cõis fuiſſet etiã alteri cruri. at in brachii vel manus phlegmone diuerſio ad crus materiam ã loco patiente diuertebat: qm̃ ſanguis qui ad manũ ex corde & iecore aſcendebat ad inferiora retrahebať. at vero alterius brachii venarũ ſectio non proderat, cũ auertere à toto corpore ſanguinẽ neceſſe ſit. illud aũt recte dixit. Pleno corpore ex aduerſa parte ſanguinis miſſionẽ prodeſſe tarde, nec adeo manifeſte. at materia ex circũuicina parte fluente mittendum eſſe ſanguinem ex cõmunicãte vena duplex enim diſpoſitio adeſſe poteſt vt tertio artis paruæ colligiť. ſed repletio totius aliã habet à phlegmone alicuius partis diuerſam indicationem: de qua hic ſermo habendus nõ eſt. ſimi-

liter & illud forsitan quãuis extra propositum diluendum erit: q᷈ Curtius dicebat, ex Galeni sententia libro de sang. missione cap. 19. dum aphorismus ille exponit, dolenti partẽ capitis posteriorẽ vena frontis incisa iuuat: corpus enim præeuacuatũ esse oportet, dicit Galenus. non quidem q᷈ ob diuersionem iam facto morbo conueniat: sed quod in præseruatione cũ è proximo diuertendum est, corpus totũ euacuandum est. hoc aũt & prius à Galeno fuerat demõstratum. quare nimis oscitanter quidã interpretantur, Manardus aũt diligentius. Sunt & aliæ nõ paucæ contra hanc sententiã Hippoc. & Galeni authoritates quinto artis curatiuæ cap 3. & 4. eiusdẽ cap. 6. & in libro de antispasi seu reuulsione tũ in libro de succis ab Hippoc. & secundo de humana natura t. com. 10. cum dixit: Vidẽdum est aũt vt sanguinem quã longissime ab locis mittamus, quos obsidere dolorem animaduerterimus: sanguisq; contrahatur. nã ita demũ haud magna repente mutatio incidat: & consuetudinẽ preciderís, ne eo loci cõfluat posthac. legit Græcus codex cum interprete minima absq; negatione: sed vtcunq; legas nõ magis consulto hoc vel diligẽtius cæteris adductis ab aduersariis inducitur. vide hominum stuporem & Gorgonis caput intuentiũ. nam Galenus inquit, Quod vero nõ explicuit, an à dolẽtibus partibus procul reuelli influentes humores pręcipiat: an sanitatis tempore hoc nomine sit reprehendẽdus. Equidem de valẽtibus potius dictũ censeo vt author (nã Hippoc. illũ esse negat) assuefacere velit: exundãtes humores in alia mẽbra fluere. videant modo cæci, nõ enim eos alio dignos nomine iudico: tum presertim quod sanã interpretationẽ sententiæ Hippoc. & Galeni damnãt: an hęc verba pro illoꝝ opinione faciant. Aëtius libro. 8. c. 68. atis neglectim quibusdam hãc rem tractasse videri poterit: cũ nec Galeni meminit, sed Archigenis: qui duos

vno verbo letales admittebat errores. parum scilicet & ex aduerso latere sanguinis detrahens. verũ libro.3.c.12. clare mentẽ Galeni exponit in oĩ quidẽ affectu reuulsiuã ab eodem latere constituens ex illius mente oĩbus in casibus. peculiariter autẽ ac nominatim de laterali etiã morbo disserens. vnde Leonarthi Fuchsii reprensio in Aetiũ tanq̃ contraria Galeno sentientẽ in quarta secũdi libri paradoxa, illius authoritate indigna est: quippe vir ille doctus inter nostri æui hominis dici potest. ingenuiq; pudoris, atq; vtinã non tam temere Aetium virum vndequaq; absolute doctrinę dãnasset. Asinum illũm Oribasium nihil sani ꝓpemodũ sentientẽ laudans. qui vbiq; tanq̃ sus inter fœdas nugas se prouoluit: Galeno ex composito, sine rõne contradicens. Aetio autẽ ob antiquitatis amorẽ, tum ꝙ multa vtiliter ex eodem medicamina desumpserat, moris fuit in singulis fermè Archigenis enarrasse sententiã. cuius etiã Gal. ipse meminit. tum maxime in libris de medicamentis secũdum locos. ipsum aũt quòd discesserit à Galeno: cum illum multis iam annis præcesserit, cur non accuset, admirari non debemus: cum nulla in parte Aetius quenq̃ soleat dãnare, vel oppugnare, verũ antiquorum fideliter sentẽtiam referre. Trallianus libro.1.cap.41. hæc habet: Noli vero auertendi causa, aliam quã ex affecta parte venam pertundere. veꝝ si dextra parte dolor magis discruciat, eodẽ statim latere vena ter quaterq; vt dixi nõ copiose secãda est. Sed hæc in angina non laterali morbo. libro aũt secundo cap.1. dum hanc tractaret curã Hippocratis sententiã sequitur: quã cum ex Galeno interpretatus sit, haud dubiũ, est sanguinem vt ex eadẽ parte mittatur consulere. tum magis ꝙ eodẽ modo cucurbitulã loco sectionis venæ quãdoq; apponere nos suadet. cũ haud dubiũ sit illam ex eodẽ latere apponendã: quam super loco dolente velit affigi. sic enim protinus ad exteriorẽ

regionē illius ſententia,morbus adigitur.Paulus lib.3. cap.33.nihil clari affert libr.6.cap.40. clarius loquitur dicens:Cæterū in particulis recens inflāmatione tentatis ex oppoſito inanitionē moliri conuenit,in vetuſtioribus ex propinquo.ſiquidē ex omni corporis parte ſanguinē mittemus:frequentius aūt ex interiore vena cubiti.quo fit vt qui Paulū pro ſe adducunt diſſimulare mētem eius videantur.nam quāq; dicat in fine capituli in iecoris affectibus dextrā,in lienis ſiniſtram pertundendam,de manuū venis nō brachii loquitur:& iam conſiſtente morbo.itaq; & ſi vt pleraq; ſolent, illius opiniō ad Galenū retrahi eiuſq; ſententiam poſſit:hæc tn̄ ſunt eius potius qui ſectam tueatur,quā veritatem. vnde miror imo nō miror quoſdam pro ſe Paulū in mediū adduxiſſe: velut & reliqui qui illis aduerſantur Galenum. Verum hæc vt apud multos incerta ſunt ob tot authorum contrarietatē:de Hippocrate tn̄ quod ſic cenſuerit, credendū eſt:non ſolū ob adductas ſententias illius, & Galeni interpretationem,ſed qđ ſecunda particula ſexti Epidem.in t.12.Secundū rectum ꝛ coſtaꝝ dolor,& præcordioꝝ contentiones,& lienis elationes,& ex naribus eruptiones,& aures ſm̄ rectum.& inde in.15.ſubiicit cōſideranda hæc ſunt quo,vnde,ꝛ propter quid.facile quiuis nulli addictus opinioni intelligit Hippocratē eam curā moliri ē directo, in oībus his partibus phlegmone laborantibus. in libro etiā primo de morbis pagina vltima ξυμφέρει τὴν φλέβα ἀποσχάσαι τὴν ἐν τῇ χειρὶ, τὴν σπληνῖτιν καλεομένην, ἢ τὴν ἡπατῖτιν, καθ᾽ ὁποτέρην ἂν εἴη τὸ νόσημα, καὶ οὕτως ἡ ὀδύνη μαλακωτέρη γίνεται τοῦ πλευροῦ τε καὶ τῶν ἄλλων. Quod eſt,confert venā ſecare, in manu lienarē vocatam, vel iecorariā ſm̄ partem qua morbus afficit:atq; ſic lateris dolor mollior fit atq; aliarū partium.atq; in vniuerſum Galenus hanc ſententiam ſequutus eſt. vnde ſecundo regim.acut.10.Cum

Igitur superiorum condolentia signũ fecerit: venã in cubito secare eã oportet, quæ ab affecta parte sanguinẽ magis ac velocius reuellere tum vacuare possit. inde fermè iuxta finẽ iuxta Græcã lectionem ibi γινώσκοντας κενώσεις ὅθεν. cũ multa traductor prætermiserit, necessaria sententia illius subiiciatur, his quasi verbis cognóscentes quidem quòd euacuationes vndecunq; fiant ab vniuerso animalium corpore educere: quãq; neq; celeriter neq; similiter ex omni vena: nos vero partem eam quæ obsidetur inflãmatione & celeriter & plus aliis partibus presertim in acutis morbis euacuare studemus. Quod sanè interna cubiti vena facit, multoq; magis vbi sanguinis redundantia ad superiora vergere videatur, aut superiores thoracis partes affectæ sint. Et causam huius certe nobis explicauit.13.artis curatiuæ cap.8.cum dixit: Igitur tũ reuellendus pariterq; euacuandus qui ad iecur sanguis fluit, interna in cubito incisa vena: duo igitur mollitur simul Gal. reuulsionẽ scilicet & euacuationem. vnde illud etiã in octaua contradictione præcedẽtis tractatus ex Hippoc. sententia declarauimus. Ex quo nõ paruo errore lapsus est quidã vir clarus in hoc: qui frustra conatus est tueri reuulsionẽ solam ex eadẽ parte fieri debere, cum hoc nusquã Galenus velit. sed hoc vnũ illi sufficit, quòd quæ ex eadẽ parte sectio facta euacuat, etiam ad hoc reuellere potest. quod aũt ex eadem parte sectio cõueniat, vbi reuulsione tantũ sit opus, nõ deriuatione, nec euacuatione Galeno quærere nõ fuit propositum. vbi aũt hoc declarauit nõ sufficere censuit: ob idq; perperã visum est Auerroi.7.collectaneorum.29. Galenũ cõtraria de hac sectione sensisse. Sed Rabi Moises in.12. particula aphor. recte Galenum assecutus est, ac eius mẽtem vt apparet in aphor.32.&.35. illius particulæ. verũ postmodũ particula.25.aphor.10. reuocauit dicta Galeni in dubitationẽ & contradictionem, quasi sui oblitus:

cum tñ nullã in se habeant difficultaté. Haliabbas vero magnus Gal. interpres videt in tertio practicæ cap.27. ꝛ quinto practicæ cap.1. huic assentiri opinioni, dicens, ꝙ in phlegmonibus debemus mittere sanguiné ex latere patiente, verũ in cura morbi lateralis libro.6.cap.13. dixit totũ oppositum. nam dixit ꝙ in initio sanguis ex aduerso latere mitti debet, verũ post initium morbi ex venis eiusdé lateris à brachio idé fermé nono practicæ cap.3. vnde mirũ est de duobus primo de huius viri inconstantia, si modo ad nos mutilus non venit. secundo quòd quidã adducant eum pro se cum manifestũ sit sermonem propriũ, preferri debere generali, cum fuerit ex authoris nó alterius sententia. ꝛ ideo iste tantus Galeni interpres videt in toto Galeno contrarius. nã cum oẽs fermé in propria curatione Galenũ affirment voluisse ex eodem latere mittendũ sanguinem, cũ de laterali loquitur morbo: at de generalibus præceptis dubitét: hic ex toto oppositum dicit. Sed iam ad Rasim veniamus. Hic quarto continentis cap.3. fol.86. col.4. iuxta mediũ, hæc verba Galeni sententiã declarans habet. Dixit ꝙ cógruum est ꝙ minutio fiat in venis manus partis diuersæ: & de membro læso attrahatur sanguis ad parté contrariã partis in qua declinans est sanguis. dico ꝙ iuxta huius contrarietaté minutio fieri debet, in parte diuersa: qm̃ dixit vt attrahatur sanguis ad contrariã partem partis in qua declinans est sanguis. hæc ille. ex quibus quicquid dicat Curtius si panis panem significat, & non leporem: palã est Rasim sensisse Galenũ velle ex contraria parte morbi sanguiné mittendũ esse. verum diffisus propriȩ interpretationi denuo verba hȩc subiecit. (Causa quoq; propter quã minutio fit in basilica vena, manifesta est in libro anatomiȩ: qm̃ in eo dictus est locus de quo sanguinem recipiũt huiusmodi membra. Dixit qd minutio ipsius venæ est maximi iuuamenti, si passio de-

clinans fuerit ad superiora)Per quę opinionem Galeni nolens volensq; declarat.& rursus infra fol.88.col.3.ex Galeni authoritate habet hæc. Dixit existimo,quòd,dú passio fuerit in principio,dignum est,vt minutio fiat ex diuersa parte partis dolentis.sed si purgata fuerit materia minutio fiat in ipsa parte dolente.sed vtendú est minutione si dolor peruenerit ad partē epatis & furculæ. ex quo detegitur alius error eius nam furculā inferiorē intelligit cú Galenus superiorem.in folio etiā.91.col.3. iuxta medium declarat minutionis iuuamenta & causas tanq; de ea loquens q̄ ad latus patiens pertinet: vt nihil plus expiscari liceat ex Rasi quantú ad Galeni pertinet opinionem q; cōtradictiones & ambiguitatem. Nec tñ prēter vtilitatē fuerit narrare ꝙ ex sententia Binserapionis adiecit his verbis. Dixit ego iubeo quòd fiat minutio in principio huius passionis ex latere diuerso: sed quiescente passione fiat in latere læso. hæc ille Græcus. nā hic vt alias dixi anterior Galeno fuit, nó aút Arabs & Galeno posterior,tēporibus Auicénæ fermè. ex quo pudendus error Othonis Brunfelsii manifestus est, qui cum duos vnú esse crediderit eundem, qui Galenum citat,illo antiquiorem facit, & creditur tñ hic aliquis fuisse.cogita modo quales hi nostri æui medici sint qui ét gratuito studiosos oderint. an putas illos literas discere posse,nedum vt dicam scire?at ego nisi Deus aliquis nobis auxilietur hāc artem perditā prorsus nunc putē, cum alii vt solent blandientes falso in Principum & populoꝝ perniciem reuiuiscere affirment. Multos tales libros Rasis habuit,qui ad nos nó peruenerunt: vt commētaria Galeni super secundú epidemioꝝ quæ à nobis desiderantur: librum Galeni dè humoribus.qm̄ tñ Brasauolus habere apud se gloriatur:atq; vtinā. eum enim nó mentiri puto. Ruffi Serapionisq; Græci libros tum alia plurima. verú vt dixi hæc omnia verba posteriora

declarant primã authoritatem adductã ostendere sanguinis missionem in laterali morbo faciendã ex Galeni vt à Rasi interpretatur sententia:quãq; anceps propter posteriora verba fuerit,vt fermè quod Auerroes Galeno imponit etiam ipse Rasis sentire videatur.Ne igitur adeò quisquã glorietur, nã si suffragiis standum foret eorum qui de Galeni sententia diiudicant,& si Galenus aliter tñ sentiat, attñ potior esset opinio illoꝝ qui eum ꝯtrariæ partis sanguinis missionẽ ꝓposuisse pronuntiarunt:falsis ac vitiosis trãslationibus decepti.Quãobrẽ operã lusurum me existimo si homines quorum lapsus adeò in cõperto causa est, argumentis vel rõnibus aut falsis interpretationibus ad veritatis sententiam reducere coner.Sed iam institutũ prosequamur.Arabũ nullus in hac sententia certe est,sed vt à Galeno dissentiunt,ita etiã inter se pugnant: vt fermè plures sint opiniones q̃; homines.nec mirũ cum vnus idem etiã diuersa senserit, nam falsis opinionibus innitentes nunq̃; quiescunt.nec eadẽ via progrediunt̃,sed alius aliò tendit velut & in testibus falsis cum diligenter de eadem re interrogantur accidere solet. Iccirco primus inter eos (dignitate loquor)Princeps ꝛ si in fine canticæ dicat:Galenus quidẽ aperiebat venã & sanguinem minuebat, cũ erat chimus auctus & magnificatus:fiat igitur minutio sanguinis in corpore apparẽtibus signis, & potissime cũ apostemate seruatis cõditionibus istis:non aũt in aliis humoribus. fiat ergo phlebotomia in his quæ intellexit in hoc tractatu & in morbis illis etiã in quibus ipse fecit eam. inchoetur igitur à phlebotomia in omni phlegmone habito certo testimonio super ipso aphorismis tertiæ partis practicæ.75.76.77.78 & in sermonibus generalibus plurima ambigua obscura dubia pugnãtiaq; vt plerũq; solet de hoc dixerit Aristotelẽ imitatus, ne reprehendi possit.10.tñ tertii t.5.cap.1.habet hæc. Ex rebus cõmuni

bus est sectio venæ: sed in principio ex latere diuerso, & magis festina de saphena opposita in lõgitudine: & post ipsam de basilica opposita in latitudine: & post ipsam de nigra opposita in latitudine. & si non appareat, tunc nõ oportet vt dimittatur sectio venæ cephalicæ, q̃uis iuuamentũ eius sit minus & tardius. Hic quatuor ordines ponit adeò clare vt interprete nõ indigeant. verum in cap. 2. subiicit verba, quæ quidem his nõ repugnant, quãuis sensus videatur manifeste cõtrarius. ideò ne talẽ virum accusauerim, referãtur verba secundi capituli ad illa primi, quibus dicit: Deinde post aliquot dies ex latere conueniente in latitudine. tunc exponant recte verba illa capituli sequentis. Et extrahatur sanguis donec alteretur color eius: significat enim q̃ nocibilior sanguis iam euacuatus est. Et scias q̃ sanguis corporis vehementioris nigredinis est ille, qui est propinquus huiusmodi apostemati. Ex quo patet quosdam dum nimis veritati student ipsius rei, extorquere à proprio sensu Principis verba, & in contentionem reuocare: quæ quãuis falsam contineant doctrinã, clara tñ & omnis cõtradictionis expertia sunt: atq; talia quę à quouis pertinaci defensore absq; vlla calũnia tueri possint: cum ipse sibi ex omni parte ꝯstet in eo opere, cui summã vt par erat adhibuit diligentiã. Neq; enim ille ego sum, qui more quorũdã sciolorum nostri temporis vt primũ quattuor elemẽta Græca tenent, in Arabes oẽs impudice debacchantur: tanq̃ vel ipsi illis possint comparari, aut habeant quem Auicennæ in medicina ordine vel subtilitate cõparent: aut Auerroi in philosophia. Neq; vero negauerim Grę cos aliquos tales fuisse qualis Auerrois: sed nullius vt illius oia opera extant: vel quia nõ scripserunt, vel quia temporum iniuria subtracta sunt nobis. Galenũ medici nę parentem voco, illumq; in opere sector, ordinem tñ nullum habet: ac immensam prolixitatẽ: quare fit vt ad

Aetium vel Auicennā confugere sæpe cogar. nam Paulus nimis breuis: Oribasius omnino inutilis: Aetius ēt multa prætermisit: sed tñ hic solus Auicēnæ par est: vel parū ab illo differens. quare ne mihi oblatretis: qui vt Græcas literas scire videamini hoc solū indigne didicistis maledicere Auicēnæ: cæterisq; viris nō solum inclitę eruditionis, ingeniiq; penē diuini, sed spectatę probitatis. Dico præter Auicennā, Rasim, Auerroem, Haliabbatē, Albucasim, Auenzoar, Serapionem, Mesuem, quorum ego placita suspicio admirorq;. At errauerūt persæpe: vbi ? in quibus ? in simplicibus manifeste. hæc est illa spelunca amœna quorundā Arabes insectantiū. at dij boni q̄ recte modo nobis explosis Arabibus cōsultum est circa illa vt neq; caules neq; buglossum aut mespila agnoscamus. tam bene actum est cū hac præstigiosa simpliciū sapientia. at ego hos nō accuso: præstiterunt qđ poterant: verū ob regionum diuersitatem tum temporum tum linguarū permutationem, non possunt veritatē enucleare: nec authorum contrarias sententias concordare. at si hæc oīa apud Arabes etiam paria vel maiora facere: nā & lingua à lingua plus dissidet: & regio à regione, quā nostra. cur nō in illis hæc aīaduerterunt? ac pro excusatione duxerūt ? aucti sumus & nos ingēti libros imprimendi cōmodo: quo si caruissemus, ne quis vel sponte multoꝝ qui adeo se iactant vel precario libros apud se habere velit. cum Arabū gloria iam trecentis annis etiā illorum expugnata gente, vigeat: cū Galeni ipsius ex tribus duę ferme partes librorū interierint. En vides Principem q̄ breuis, q̄ circunspectus, q̄ subtilis? Rasim q̄ doctus? Auerroem in vtroq; genere huius laudis eminentem? Errauerunt falsis trāslationibus decepti: fateor: Sed quoties iā Galenus ad nos conuersus venit: & tñ etiā nunc cum tanta copia rerū, exemplariū, facilitateq; imprimēdi, in magna illius parte vix

sensuum vmbrã habemus.& si verborũ non tanta iactu ra sit.desinant igit̃ ineptire qui sibi ambitũ vel gloriam veteres damnando querunt. Sed hęc iam satis aduersus hanc nouã hæresim,cũ in his quæ proprię sunt inuétio nis,Arabes ingenio,Latini facundia Græcis nõ cedant. fabulis tantũ ac nugacitate vincimur. Pręferant Aristo telem,Platonẽ,Hippocratem,Galenum,Ptolemæum,& Aphrodiseum : ego cũ ad regionem quæ latissime patet (nã Aristoteles, Platoq; Europei, Aphrodiseus Aphricanus & Ptolemęus, sed Galenus & Hippocrates Asiani in annorum duorum millium spacio amplioreq; floruerunt)respicio:nihil dignũ video tanta magnitudine.at vnica Hispaniæ ac Africæ maritima ora hos oẽs ac plures alios nobis reddidit velut Heber Maumethẽ Mosis, Thebit,Hali,Alchindum, annorũ paulo plus spacio ducentorum.quare desinite eos dãnare quibus pares multa secula datura non sunt,ẽt tot freti cõmodis.Sed ad rẽ reuertor,quãuis amor veritatis nimiũ aduersus belluinos huius ætatis viros quosdã me impellat.Rasis itaq; sic distinguit libro diuisionũ.54. vt in sanguinea ex opposito latere primo fiat sanguinis missio:post tertia die ex basilica eiusdẽ lateris. quæ sentẽtia fermè in omni genere est Azarii in sua practica.dicit enim primo ex latere opposito,deinde post tres dies ex latere eodẽ.sed Rasis vt dixi in ea quæ fit à bile, vult sanguinem ex eodem latere statim mittendum esse: in ea aũt quæ ab atra bile vel pituita, nõ se declarat. sed in libro.9.ad Almansorẽ cap.57.dicit ꝙ in omni præterq̃ ea quæ fit cũ repletione multa sanguinis.vbi addit multũ,& repletum:quare in aliis duobus generibus intelligit sanguinẽ ex eodem latere mittendũ esse.& si quis instet quod libro.7.ca.11. dicat in apostematibus semper mittẽdum esse sanguinẽ ex aduerso latere:& quarto cõtinentis cap.3.respondeo in prima authoritate loqui manifeste de exterioribus

apostematibus: & in libro continentium alioꝝ narrare dicta, quæ partim non dignū habent authorē: aliquando aūt propter malam translationem corrupta fuere. & hæc sit declaratio & cōciliatio dictoꝝ Rasis: quæ quātum veritatis cōtineant, inferius edocebo. satis sit illum velle ex basilica semper mittendū esse sanguinem: ⁊ post initium semp ex ea quæ est eiusdē lateris: in initio etiam semp nisi multa sanguinis redundātia in corpore affuerit. censuisse tñ Galenum aliter sensisse ob malā translationem. in exterioribus aūt apostematibus, vulneribus, ac fracturis ex aduerso latere semper vt in libro diuisionum cap. 138. Nūc ad Principem venio: is quarta primi cap. 3 hæc habet. Et in attractione quæ fit ad partē longinquam nō oportet quidē vt in duas diametros prolongationem facias: sed in vna tantū quæ sit diameter magis lōginqua. nā si materia fuerit in supremo dextræ partis, nō erit trahenda ad infimū sinistræ, imo ad infimum ipsius dextrę. ⁊ hoc quidem est illud qđ est magis necessariū. aut ad sinistram à supremo si fuerit tantum longinqua, quantū est ab humero ad humerū. hic declarat aperte quid voluerit in decima tertii, cū dixit: se magis diligere sanguinis missionem ex saphena. nā vult vt remotio si esse pōt ex eodem latere, in retractione fiat. aliter ex cōtrario latere. hæc ille. ⁊ Mesue quasi in eadē sententia, in cura morbi lateralis: iubet. n. fieri missionē sanguinis ex basilica oppositi brachii: ⁊ in magna repletione sanguinis ex saphena lateris oppositi. qđ si error nō est in scriptura diffidet, in duobus à Principe: primū ꝙ saphenā eligit alterius partis: cum Princeps eam quæ ex eodem est latere. nec vllus alius præter Mesuem hoc dixit: & ideo suspicor ꝙ velit dicere ex saphena eiusdem lateris. alterū est qđ Mesue præponit generaliter missionem sanguinis ex basilica: sed Princeps ex saphena. adde tertium ꝙ Princeps generaliter loquitur. sed Mesue ex

parte. verū ratio ac mens Principis clara est. nec dicendum vt ille ꝙ Princeps loquatur de regimine pręseruatiuo. nā cum dicit post paucos dies sanguinem mittendum ex eodē latere: vel oīo diuinat lateralem morbum futurum, non existentem: vel non existente morbo bis mittit sanguinē, & secunda vice etiā ex eodē latere. quare melius est id intelligere quod vult: scilicet diuersionem ex longinquo faciendā semper: ⁊ si liceat ex eodem latere. vbi vero non, detur ex cōtrario. vnde missionem sanguinis ex basilica eiusdē lateris Princeps, nō somniauit. Quòd aūt iubeat Galeno assentiendū: loquitur in singularium venarū sectione, quas Galenus expertus est ad morbos proprios conuenire. vel forsan illud dixit qm̄ in interpretatione dictorū Galeni deceptus est ob malā trāslationem: velut & Rasis. Sed Auerroes in cōmento. 77. dixit illudens Principi ꝙ cātificauit sequutus Galenum in eo canone. & quòd sua intersit de hoc: quasi dicat in ea parte secutus Galenū est, vbi Galenus nec bene dicit: nec sibi constat. & hoc est qđ expressit. 7. collectaneoꝝ. 29. vt iam dixi. opinio igiť Auerrois propria in hoc est, quòd mittatur sanguis ex cōtrario latere. imo in phlegmone sinistrę auris ex cephalica dextra: ⁊ hoc rōne nititur probare. cum morbus initium habet retractione indiget, hæc aūt fit ẜm aliquā oppositionē in corpore scilicet sursum ac deorsuʒ, ante retro, dextrū ac sinistrum: sed in basilica eiusdē lateris, non est dextrū ⁊ sinistrum: nō enim sunt diuersę positiones in animali in eodem latere: imo re ipsa dextrū à sinistro distinguitur. nec ante & rètro: nec sursum ac deorsum. igiť debet fieri minutio sanguinis ex cōtrario latere. & quia in augumento quęrimus vtrūqʒ sicut in statu solā euacuationem: igitur in augumento morbi etiā debemus ex contrario latere minuere sanguinem: nō solū in principio. Secunda ratio sumiť hæc: vbi possumus duas aggrega-

re res vtiles, illud facere debemus: tũ presertim in principio, & corpore repleto exñte: sed cephalica in phlegmone auris euacuat: ⁊ si sit ex aduerso latere etiã diuertit: igitur conuenientior est hæc in mittendo sanguinẽ, quã ea quæ eiusdem lateris. Manifestũ est aũt Auerroẽ sic velle, discrepareq; à cæteris, vt solet, oibus. quia tempus hoc mittendi sanguinẽ ex aduersa parte ad augumẽtum extendit: quod nemo alius fecit. sed rõnes q: aliis præiudicarent nõ concludentes, soluendę sunt. dico igitur ꝙ diuersio vel debetur parti læsę, vel quæ iã lædit. si secundum, nõdum sumus in initio phlegmonis: ideò sanguis ex cõtraria parte mittendus est, vel læsę, & sic in hoc maxime sedandus dolor: nã ille trahit, vt dicemus. hoc aũt fit cum deriuatione: & propter hoc dicemus inferius quid ex hoc sequatur. nunc satis constat qđ deriuatiua tantũ opus est quæ ex eodem latere fit. ad secundum rñdeo ꝙ antecedens est verũ, sed stante paritate: at in diuersiua nõ est euacuatio quę sit notabilis iuuamenti. cur tñ in exterioribus apostematibus cõtrarii lateris sanguinis missio præferatur à Rasi, ⁊ videtur sumptum à Galeno vt diximus in illa authoritate, pede vno laborante, ex altero sanguis mittendus est: rñdeo ꝙ venæ exteriores sunt paruæ in cõparatione ad interiores. Secũdo ꝙ initium apostematis illico agnoscit. & sumus qua si in regimine præseruatiuo non curatiuo. Tertio quia tale apostema est fermè sine periculo saltem magno: & ideo cum sint duo motus vnus ad partem phlegmonis, alter à parte interiore ad exteriorem: & primus est noxius augens morbũ, secundus vtilis reddens eũ sine periculo. at missio sanguinis ex aduerso latere primũ motum impedit non secundũ. ex eodem aũt latere vtrunq; impedit. igitur missio sanguinis etiã in augumẽto exterioris apostematis semp ex latere diuerso tentanda est. ideo de apostemate auris ad Auerroem, dico: qđ si in-

telligeret de exteriore verũ diceret: sed non ob rõnem suam, verũ eam quam modo diximus. si aũt de interno nihil cõcludit. Ad Haliabbatem dico q͛ difficile est habere verum sensum ob malã conuersionem manifestã. idem dico de Serapione. nã is secundo breuiarii cap. 21. vult ꝙ fluente materia, ex aduerso latere sanguis mittatur. iam fluxa vero ex basilica eiusdem lateris. & dicit dictum verũ quòd lateralis morbus plerũq; fit à materia biliosa. nã hoc etiam dixit Galenus sexta aphor. 33. itaq; in hoc cum Galeno in altero cũ Auerroe concordat. discordat: tñ qm̃ Auerroes eò progreditur vt etiã in iecoris inflãmatione sub initio sinistræ basilicę non dextræ sectionem pręferat. quod vt Serapio quarto breuiarii cap. 2. sic etiã cæteri auersantur. Ex hoc tandem fit manifestũ nullum Arabẽ magis Galeno assentiri q̃ Rasim: nam hic vult quòd in oĩbus post principium: & in principio oĩbus plenitudinem multã sanguinis non habentibus: & in habentibus etiã si ab humore procedat bilioso, vt plerũq; fit: semper sanguis ex cõmuni latere mittatur. hoc autẽ vix vnq̃ exceptionem patitur. quare Rasis opinio à Galeno parum aut nihil differt. Quòd vero ad Haliabbatis recõciliationẽ secũ, nam diffidere videtur: ⁊ Paulũ, dico quòd in apostematibus internis, postq̃ iam vsus hic loquendi inualuit sanguinem ex eodem latere mittẽdum vult Haliabbas: vt in phlegmone iecoris, splenis, renum, viscerumq; ac vẽtriculi: in externis ex aduerso: vt dictũ est. lateralem morbum medium sanxerunt, inter interiorem ⁊ externũ. nam ex parte terminationis interior est. disrumpitur enim semp interna parte. verum rõne membri idest costarum musculorum ⁊ velaminis externum dici potest: quia in nullo viscerũ est. ob hanc causam generalem regulã dedit mittẽdi sanguinem Haliabbas, ex eadẽ parte in viscerũ inflãmationibus: ex aduersa tñ in laterali morbo: q: cum morbũ

inter eos cōnumerat qui in exterioribus partibus accidunt. Sed Paulus aliter sentire videtur regulā generalē secutus: quo ad intentiones diuersas quæ sunt tres iam dictæ diuersio, deriuatio, euacuatio. & sicut duobus postremis idem latus debetur: sic primę cōtrarium: nec cōsentiens. apparet aūt id ex capituli titulo: nā inscribitur de sanguinis missione. ideo nihil plus vult ibi q̄ Galenus in libello de reuulsione, & aliis locis vbi de ea loquitur. iam aūt semel dictū est, nec repetere pigebit: difficultatem non esse an reuulsio ex cōtraria parte fieri debeat: sed an omnis, secūda an laterali morbo per initia reuulsio tantū cōpetat, an deriuatione permixta, in quibus Galenus ab his dissentire videtur. Cornelius Celsus libro. 2. cap. 9. post mediū hæc habet. Neq; ignoro quosdam dicere quā longissime sanguinem inde, vbi lædit esse mittendum. Sic enim auerti materiæ cursum, at illo modo in id ipsum qȯ grauat euocari. Sed idipsum falsum est: proximū enim locum primo exaruit. ex vlterioribus aūt eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur. vbi is suppressus est, quia nō trahitur, ne venit quidem. videtur tñ vsus ipse docuisse, si caput fractū est, ex brachio potius sanguinē mittendum esse: si quod in humero vitium est, ex altero brachio. Credo quia si quid parum cesserit: opportuniores hę partes iniuriæ sunt: quā quę iam male habent. Auertitur quoq; interdū sanguis vbi alia parte prorūpens alia emittit̃. Definit enim fluere q̄ volumus: inde obiectis quæ prohibeant alio dato itinere. libro aūt quarto cap. 6. cū lateralis morbi curā describat, nec quicq̄ adiiciat ad sanguinis missionem: clarū est in gñali eum sñia persistere. idē in duobus proxime succedentibus capitulis obseruat, dū de pulmonis ac iecoris inflāmatione loquit̃ obseruat nihil ad iam dicta adiiciēs. quo fit vt ipm Galeno aut potius ipsi cōsentientē habeamus Gal. hæc igit̃ vetustioꝝ placita sint.

Supereſt modo, vt videamus ſi quæ rõnes hoc vel illud cõuincant. nã quæ duæ ſuadebant ex aduerſo latere ſanguinem eſſe mittendũ ab Auerroe adductæ à nobis ſolutæ ſunt. quãq; illarum declaratio ex ſequentibus locupletius habenda ſit. eſt igitur ratio principis hæc, in diuerſione quærenda eſt venarũ cõmunicatio & diſtantia maxima: ſed cõmunicatio eſt ex venis eiuſdẽ lateris: nã inter oẽs dextri ac ſiniſtri lateris venas media eſt vena magna, quã chilis vocant: igitur cum diſtantia maxima ſit inter pedẽ & manum, ac maior q̃ inter manũ & manũ, ſeu latus & pedem, maior q̃ inter latus & aduerſam manũ: conſtat quòd ſaphenæ vena baſilicæ erit preferẽda. Pro rõnum aũt ſequentium intellectu præmittẽdum, quomodo homo per quattuor dimenſiones diuidatur. nã Galenus ſexta aphor. 36. dicit, quòd partes quę ſunt ſupra epar curantur ſectione venaꝝ manuum: inferiores ſectione venaꝝ pedum. & in libro de ſanguinis miſſione cap. 18. renes quaſi medii ſtatuuntur. dextrum vero ac ſiniſtrũ ante ꝛ retro facile quiſq; diiudicat. attñ longe plus intereſt inter dextrũ latus ac ſiniſtrum: quã inter anteriorẽ poſterioremq; partem: qm̃ inter dextrũ ac ſiniſtrnm latus, per totũ corpus, diſtẽdatur medulla ſpinalis arteria ac vena magna quæ illi in profundiore corporis parte ſubiacent: cum ſpinalis medulla ſuo integumento foris in dorſo promineat. Quartus modus eſt eius quod in ꝓfundo iacet, idem infra abdomẽ ſexta aphor. 7. vnde morbus lateralis inter morbos exteriores cõnumerari poteſt. nõ. n. eſt profundior abdomine, cum pleura fermè in eius directo ſit. Atq; ex hoc alterũ certe ſequitur quod ignorare minime oportebat: ſcilicet quòd caua vena poſtq̃ iuxta iugulum diuiditur in partem quæ ad caput aſcendit atq; truncũ deſcendentẽ ibi etiã dextra ſiniſtraq; bipartitur. pars vero quæ inferius tẽdit anteq̃ ad brachii ſeparationẽ qua à corpore

diuellitur tendat:tres ramos infra in costas emittit. Primum quidē qui iuxta pectoris mediū anteriores partes illius vsq; ad renū directum nutrit. Secūdum vero qui proxime ad spatulā iuxta costām quintā finitur, à superioribus illas cōnumerando: cum tñ lateralia pectoris vt primū & ipsum multis modis diuisu; nutriat. Tertiū autē quasi in ipsa spatula latus ac dorsi posteriora nutriens ad ipsos vsq; renes descendit. ac primi rami particulis iuxta cōmittitur. illud vero diligentissime considerandū ex vena caua à dextra parte maximum exoriri ramum ἄζυγον vocatū, quòd à sinistra partē coniugem nō habeat. qui ramum aliū ad partem sinistrā emittens per illum singulas inferiores costas enutrit: ipse vero dissectus in totidem ramos, quotus est costaꝝ numerus illas ex posteriore parte nutrit. sed huius rami posterioris qui ex priore dextro exoritur prouentus nō vniuersis hoibus cōtingit. at ἄζυγος generalis oībus supra cordis regionem exoriens nouē inferiores, & tres superiores costas nutrit. porro partes costarum inferiorum ex hac nutriuntur vt dictū est vena quæ coniuge caret partim: partim ex venis à caua per ipsas directis. ipsa vero caua iuxta os sacrū discinditur bipartito, nutritq; crura, poplites, femora, pedes. manifestū est igitur quæcūq; supra cor iacent vt pulmonē ⁊ costas septem veras à superioribus venis nutriri: quæ à cauę ramis exoriuntur. inferiora vero mēbra ramis à caua inferioribus cordis habita rōne. costas tñ inferiores maxime dextras etiam à ramis eius venæ quæ supra cor exoritur, ⁊ cōiuge caret nutriri palā est. vnde neq; illa ratio nos turbat, qđ cum Galenus dicat sanguinis missionē non prodesse è brachio, cū phlegmon inferiores costas occupat: quòd necessarium sit sanguinē per ipsum cor educere: cū superiores costæ superioribus venis, inferiores inferioribus nutriātur. nā & si inferioris maxime dextræ partis vena

ſine coniuge nutriantur, atq; ob id iuuari poſſint ſecta interna brachii vena: Galenus tñ cenſuit maximá partẽ nutrimenti ex venis inferioribus nó ex vena illa ſolitaria deferri: nec in hoc deceptus eſt. quare ipſe in ſecũdo regim. acuto℞. 11. cõſulit vt ſi morbus magnus ſit & febris vehementiſſima vt ſanguiné mittamus purgatione pretermiſſa. cum aũt non de pede mentionẽ faciat, certum eſt ex interna mittendũ intelligere. nutriunť igitur ꝛ Galeni iudicio aliquo modo coſtæ inferiores: ꝛ ſi nõ vt vere coſtæ venis ſuperioribus. illud igitur maius eſt quonã pacto cum iecur ſanguinem tranſmittat ad brachium dextrum, non niſi per cauam venã, quæ prius in cor tráſierit vt etiã Veſſalius libro. 3. cap. 7. ac deinceps aduerſus Galeni placita edocet, coadiuuãte rei hiſtoria, in iecoris phlegmone emiſſus ſanguis ex interna brachii vena plurimũ iuuet, intercedente corde? par eni eſt vel nihil aut parum ſaltẽ iuuari. atq; hoc ille potius docere debuit: quã miſſionem ſanguinis in morbo laterali ex quocunq; latere fiat æqualiter prodeſſe vt libro. 5. cap. 9. in fine dixit. ſiquidẽ huic opinioni nõ adeo fauet experimentũ, vt illi quæ in morbo laterali ſanguinem mittendũ edocet. nam & ſi iecur ex ſanguinis miſſione iuuetur dum phlegmone laborat, hoc eſt maxime quia cor refrigeratur. ob id ſectionẽ vena℞ manuum in vniuerſis febribus tum phlegmonibus membrorũ iuuare dicã: quòd cor refrigeretur, non quòd iecur exinaniať. quáobrem pauci imo vix vlli vt experimento vidi iecoris inflãmatione liberanť. ꝛ hoc eſt genus lateralis morbi apud imperitos. quod quia difficillime liberať peſtilens vocatur. liberatur aũt difficillime non ſolũ ꝙ grauiſſimus ſit morbus, ſed quòd morbum pro morbo curent. non in hoc quã in ceteris prudentiores, aut magis oculati ſiquidem & lateralis morbi ꝛ iecoris phlegmonis ſigna apud hos aſinos quomodo non confundenť:

cũ Galenus recitet quinto de locis cap.7. Siculum medicum in seipso aberrasse. vix vnq̃,ne absq; vix dicam, quenq̃ vidi cui medici tanq̃ phlegmone iecoris laborāti manus adhibuerint.atq; ideo oẽs quotquot in horum canonum curā incidunt vitā morte cõmutant.pręstiterit igitur in his ſm diſſectionis rõnem si modo sanguinis missio prodesse põt ex pedis vena sanguiné mittere.sed cur dicēt magis tñ iuuãtur secta vena in dextro quàm in sinistro latere:non solũ in febribus sed iecoris phlegmone?itaq; dimissa hac cõtentione quæ à Galeni dissectionis varietate cũ Aristotele proficiscitur: vtiliorem exercitationi sententiã aperiam. Etenim cũ sanguinis missio ad animi defectioné persæpe conueniat & in plerisq; morbis pręsens sit auxiliũ:maxime tñ in tribus cõuenit prima aphor.23. & in ardentissimis febribus & maximis phlegmonibus,ꝛ vehementissimis doloribus. in prima igitur occasione plurimũ interest an ex venis brachioꝝ an pedum mittamus sanguinem. Quippe ex manibus deductus sanguis cor ipsum illico refrigerat: nã sanguinem educit ex vena caua:vbi proxime ex corde progreditur sanguis etiã calidus ac subtilis qui superiora petit:quoꝝ nullũ in sanguinis missione ex saphena seu exteriore pedis contingit: igitur quòd in acutis oibus non solum ardentibus febribus ex brachio sanguis mittẽdus sit satis constat. ꝛ si cor torqueať ex sinistro magis latere:sin autẽ plenitudo multa sit ex dextro auferenda est.proculdubio enim sanguis in iecore generatur.in longis aũt febribus si ex inferioribus venis sanguis detrahatur, multo melius erit, quã si ex manibus. crassior enim existens ima petit atq; frigidior.ob hoc ꝛ vina cũ ad finem deducta sunt languidiora ꝛ deteriora fiunt.in inflãmationibus aũt omnium visceꝝ duo q̃runtur:alterũ vt inflãmatio sedetur:alterum vt sanguis per totum corpus supcalefactus tum cor pulmo iecur refri-

gerentur. primæ intentioni conuenit vt dolor sedetur, reuocetur influens sanguis, & qui iam influxerit à loco ipso retrahatur: rõne aũt secundæ intentionis vt iã docuimus ex brachio sanguis semper est auferendus. sola enim hæc detractio multũ & velociter cordi iecori pulmoni sanguiniq; supercalefactis conuenit, cum reliquę sero & parũ. Sed in doloribus cũ sine inflãmatione fuerint, idem quod in febribus quęrimus: scilicet remissionem motus sanguinis refrigerationem & securitatem à phlegmone. porro duo prima sanguis è manibus detractus solũ efficere potest. in hoc vltimo non contẽnenda sunt Principis præcepta: vt à longinquo & p venas cõmunicãtes aliquo modo detrahatur. Igitur ad rõnes detrahendi sanguinis in phlegmone veniendum est. Prima est in iecoris phlegmone. detrahendus est sanguis ex dextra interna, & ex sinistra in lienis phlegmone. igit̃ ex eodem latere in morbo pleuritico. nã vtilitas & periculum paria esse videntur. si enim concurreret magis sanguis in hac detractione quã in ea quæ ex aduerso fit latere, oporteret vt eadem rõne in horũ viscerum inflammationibus ex aduersa parte sanguinem detraheremus. At hęc ratio parũ mouet tum q; vt diximus phlegmon sub costis aliquo modo intelligitur esse in parte externa corporis: vnde sanguis in eũ locum influit ex interioribus partibus: quare detractio sanguinis ex eodem latere retrahet sanguinẽ illum super membra magis interna & principalia. Secundo dicimus suppositũ illud quãtum ad rõnem nihil concludere. plus enim vena pedis cõmunicat iecori, quàm interna, si vtraq; ex dextro latere sumatur: vel in liene ex sinistro. nã vt sanguis ex iecore reuocetur secta vena in brachio dextro: requirit̃ vt vena brachii retrahat à caua, caua à corde, cor à iecore. in sectione autẽ interioris tali reuocatur sanguis ex caua, & ex caua sine medio à iecore, quare longe me-

lius quantũ esset merito huius sanguis ex iecore per mi nutionem in pede quàm in brachio reuocaretur. sed vt dixi modica ex vtroq; modo vtilitas habetur. Videť tñ dextra magis sinistra in iecore, & sinistra magis dextra ĩ liene, seu ex brachio seu ex pede sanguis detrahať, iuua re. qm̃ vt in fluminibus quamuis caua sine septo aliquo oẽm ꝑtineat sanguinẽ qui tñ à dextris influit, in dextra parte manet: & qui à sinistra in sinistra. & rursus qui in dextra parte est, dextris mẽbris ĩmittitur: qui in sinistra parte sinistris. hoc aũt vt dixi & in fluminibus ꝛ in torrentibus videmus. atq; eo magis si plenus sit alueus: & cursus non impeditus: quæ duo maxime in cauæ venæ processu cõtingunt. ex hoc manifeste liquet quãtum ratio Auicẽnæ peccet. nam nulla in causa minus prodesse potest missio sanguinis ex saphena quã in laterali morbo. nã si ad febrem respicias nihil prodest: si ad euacuationem vel diuersionẽ longe multo minus quã in iecoris phlegmone. nã in hoc iuuare poterit cũ nullum mẽbrum egregiũ interponatur vt nec inter sinistrũ & lienem: vt nec inter pedes ac renes suos: vel testiculos: aut vteri latera. at inter costas ꝛ pedes cor ip̃m medio loco stat: quare & authoritas Mesue à rõne dissectionis multum euariat. sed vt diximus ipse etiam noua & ab oibus explosa cõmentus est. Sed est aliud considerandum cur forte si modo videremus multo maius sequatur iuuuamentum ex sanguinis missione in dextra brachii, quam pedis in iecoris phlegmone. nã sanguis ex brachio detractus cũ à corde trahat illo exinanito, cogit vt ꝛ ip̃m à iecore rapiat sanguinẽ. cum igitur cor sit membrum validissimũ, & cui nullũ robore possit cõparari: ipsum etiã iecur magna vi exinanit. atq; ita missio sanguinis ex dextro brachio multum iuuabit in phlegmone iecoris: cũ ex pede parum. & ita quod posuit Galenus tanq̃ ex venaꝝ cõmunicantia manifestissimum, quãuis sit ve-

rum, non tñ ex illa causa originem trahit hæc veritas. quippe cum cõmunicantia nulla talis sit: imo maior in pede vt dixi cũ iecore, quã in brachio. & ratio dextri & sinistri etiã parum faciat merito venaꝝ magis cõmunicantiũ: cum nulla talis sit hæc cõmunicantia maior. sed ratio pedis & brachii si modo discrimen est in iecoris phlegmone, in eaꝝ sectione prouenit ex fortitudine attractionis cordis. ratio aũt dextri ⁊ sinistri ex cursu sanguinis qui in venis plerũq; facit vt dextra ad dextrã & sinistra maxime flectãtur ad sinistrã. generaliter autem vt diximus euacuatio ex brachiis sanguinis efferuescentiam illius minuit. Secunda ratio pendet ex rõne generationis phlegmonis, posita ã Galeno libro de inæquali intemperie cap. 3. nã in ea intumescunt venæ ⁊ arteriꝫ circũiacentis loci primo magnꝫ, inde rami illaꝝ & mediocres ac vsq; ad minimas: donec cogãtur exprimere sanguinẽ in concauitatem. ⁊ sic generare phlegmonem. patet igitur ꝙ dum phlegmon gignitur circũiacens regio tota simul tumida est, ac præter naturã affecta. materia igiẗ seu sanguis cõparata phlegmoni fluit adhuc: cõparata regioni phlegmonẽ circunstanti iam fluxa est. verum materiæ fluxæ iuxta omnium sententiã debetur sanguinis missio ex eodẽ latere: igiẗ in phlegmone fiente cum semper materia iam in circũuicina regione fluxerit, cõpetet missio sanguinis ex eodẽ latere. ista ratio claudicat, nã vel intelligit per materiã fluxam iam quiescentem in loco & huic certe debetur missio sanguinis ex eodem latere: sed hæc nõ est quiescens imo perpetuo fluit in alium locum vt Galenus testatur: vel per materiam fluxã intelligit motã ẽ loco suo, & sic nõ omni tali debetur deriuatio, sed reuulsio ab initio. & ita ratio reddit ad idẽ quantum sit ex hoc. & nota quòd ſm hoc tñ vbi ratio hæc supponaẗ vera sit ſm genus perniciosꝫ pleuritidis. & est cum in sinistro latere materia ex vena

non coniugata defluxerit.nã talis materia nullo modo pót minui ex sanguinis missione.non enim à sinistra q̃ nulla illaꝛ venarum ex eo latere oritur.nec ideo potest trahi vt ostẽdam in tertia rõne. nec ex latere dextro,nã cum cõiugata exoriatur ex parte inferiore cauæ compa rando ad venas nutriẽtes costas dextræ partis: sequitur vt lõge plus detrahat sanguinis à loco sano quã ægro, talis aũt missio sanguinis est parum vtilis vt infra decla rabo.tu etiã non potes esse certus tam in dextra q̃ sini stra quòd sanguis nõ fluat à vena sine cõiuge,seu solita ria.igitur cum in sinistra si modo iuuaret sanguinis de tractio illa esset faciẽda,ex aduerso latere idest dextro: igitur talis pleuritis ex sinistro latere valde est periculo sa,& incertę curationis.accedit quòd ꝑpter propinqui tatem cordis fit ẽt periculosior. Veꝛ cum sint quatuor modi in curatione morbi lateralis:sanguinis detractio victus,localia,& medicinæ: victus rõnem nesciunt hoc tẽpore nec obseruant. localia etiã extra tẽpus exhibent. in medicinis aberrant. sequitur vt cũ missio sanguinis non prosit vt talẽ morbũ ex quo pleriq; necessario mo riuntur ob imperitiam medicoꝛ,vocent merito pestilẽ tialem morbũ lateralem. est ẽt animaduertendũ quod in aliquo mittẽdi sanguinis more,vnus modus pleuri tidis erit pestilẽtialis: qui nõ erit in reliquo. velut in si nistra erit letalior his qui à sinistra seu ex eodem latere sanguinẽ mittunt:cum fuerit propter sanguinẽ venien tem ex solitaria vena:quàm his qui mittunt sanguinẽ à latere contrario.& ita in phlegmone quæ fit à solitaria vena letaliores erunt quę curabunt secta vena ex aduer so latere,quã ex eodem.quare si quis dicat igitur tutius semper est mittere sanguinẽ à dextra. rñdeo quòd non: nã in omni alio morbo laterali qui fit in sinistra parte, & nõ à vena solitaria, mittere sanguinẽ ex dextra parte est inutile:cum ex sinistra fit saluberrimũ.at hoc frequẽ

tissimum est vt fiat ab aliis venis, nó à non ꝓiugata igit in omni morbo laterali à dextra parte conuenit sanguinis missio ex dextro latere. in sinistro aũt est distinguendum nã si dolor ad iugulũ accedit, ex eodẽ latere mittẽdus est sanguis vt Hippoc. & Galenus volunt. nã solitaria vena in causa esse nó põt, cum eo vsq; non ꝑtingat. & similiter si sit dolor in tribus superioribus primis costis rami enim solitariæ ad illas pertingentes sunt adeo exiles vt vix possint phlegmonem excitare. vel si excitabunt, adeo leuis erit: vt non multũ intersit ex quo locò sanguis mittatur. at morbus lateralis in sinistro latere in parte anteriore pectoris vis etiam potest fieri à vena solitaria. qui aũt est in directo quasi cordis sub ala sinistra, hic potest esse à vena solitaria. nã retro est truncus. ideo non facile ibi excitatur phlegmon impellentẽ nã sanguinem semp ad minores venas. nec ante quia ibi rami pauci pertingunt. sed in ala seu à latere & parũ propinquius anteriori pectoris parti. Tertia ratio est quòd natura sic operatur: expellit. n. humórem peccãtem tum sanguinem tum saniem vt tertio de crisi cap. 3. vnde ibi docet quòd sanguis ex dextra nare in iecoris affectibus ꝓdest. & idem de sinistra in liene vt tertia particula Epidem. super tertium t. 78. de Pericle: qui cũ lienosus esset & prima die sanguinẽ ex sinistra copiosum emisisset, in quarta liberatus est. & rursus de Metone tertia par. sup primum Epidem. t. 24. qui liberatus est ex profluuio sanguinis in dextra nare in quinta die: cũ prius in secunda etiã effluxisset. & quãq; non cõstet eũ laborasse iecoris vitio sed lumborũ: attñ in vtraq; parte cum esset vitiũ, plerũq; si paritas sit morbi, à dextro sãguis latere effunditur, velut calidiore. At in Cleonactide cuiꝰ sinistrũ latus indoluit (est aũt hic proximò præcedens æger) sanguis ex vtraq; nare effusus est, ac sine ordine. verũ hoc ad trigesimũ diem actum est, cum in primo die adesset dolor.

dolor. Philiscus autem,qui.18.textu scribitur,mortuus est cum lienem durum haberet,& ex vtraq; nare sangui nem paucũ merum in quinta die emisisset.nã inconstãs hæc est emissio:& vt in pronosticis inquit mala:tum q: paucus,tum q: merus.inconstans aũt quia tam ex aduer so,quã ex patiẽte latere profluxit.Medicus igitur est naturæ recte operantis imitator.prima aphor.21.igit̃ medicus sanguinẽ ex eodẽ latere detrahet.ista ratio est præ cedẽtibus duabus fortior. natura tñ cum hoc operatur agit iã constãte phlegmone: nunq; aũt fiente.at de hoc apud medicos iã nulla est fermè dubitatio cũ inflãmatio perfecta fuerit. Quarta ratio ⁊ quinta sunt his infir miores:nã nec semper medicus naturã imitatur,quia la pidẽ extrahit ex vesica:eruit ranulam:deprimit in oculo nebulam. at dicis hæc natura non põt facere; at ego dicã nec nã simul põt mittere in partes cõtrarias ac diuertere influentem humorẽ ab initio morbi, nisi medici auxilio adiuta.quare medicus ad cõtrariã partem reuellere debet. fortius ibidẽ in cõmento.21.dicit Gal. ꝙ naturã recte operantem adiuuare debemus,male aũt re trahere, ⁊ impedire.igit̃ cum in phlegmone fiente deriuet materiã in membrum:expedit nobis contrariũ facere. ratio tñ pro Galeno est quòd qualiscunq; operatio quæ fit per non communicantes venas,est inutilis. talis est quæ fit minuendo sanguinẽ à latere opposito. & ita hæc ratio est probabilis, & cõtentiosa.propterea ad validiores descendo. Missio sanguinis ex eodem latere plus euacuat,⁊ æqualiter aut etiã magis diuertit.igitur præponenda est.ratio per se clara est,modo antecedens ostendatur.nemo enim dubitat primã esse medici intẽtionem prohibitionem inflãmationis. sed hęc tollit̃ minuendo quod iam cõflatum est,⁊ prohibẽdo ne augeat̃. quoꝝ alterum euacuatione,reliquũ diuersione constat. euacuatio ex latere opposito nulla est vel ẽt Arabibus

ipsis testibns.reliquū est vt de diuersione dicamus. iam vero notum est quòd sanguis qui in phlegmoné cogit, gratia exempli in dextro latere ab aliqua quattuor venarum quæ ex caua vel eius dextro ramo exoriunt, cogitur.si igitur sanguinem ex aduerso latere minues,non prius eum motū sedabis,quàm totā cauam venā exinanieris:qđ si credas sanguinē è sinistra parte in dextram delatum phlegmonem excitare posse,tunc necessarium est vt vel ex dextro latere in sinistrū venæ notabiles cauæ nō ob obuiantes permeēt: quod oīno falsum est. & hic est error vulgariū medicoꝝ ignorantium hoc vt reliqua oīa artis principia:scilicet quòd dextrū latus à sinistro ex toto disiungit. nec nisi per cauā venam latus lateri cōe est,nisi in pauculis finibus venaꝝ nullius propemodū considerationis. vel necessariū est vt motus ille sanguinis adeo fortis sit ex sinistro in dextrū : vt impellet cauam venam implere venas dextri lateris : & sic phlegmoné generare. at sic in hoc casu vix effugere pōt quin phlegmon in tanto impetu in sinistro latere prius nō generet.quare diuersio ex opposito latere hunc tantum imaginabilē motum retardare poterit. at & in eo casu nihil proficiemus nāq3 si iā dextra pars phlegmone laborat.⁊ à sinistro latere in dextrū latus tāta est plenitudo,vt non obstante cordis & iecoris & cauæ venæ capacitate,necesse sit phlegmouē generari:certe vel cuilibet asino clarū esse pōt missionē sanguinis tunc in sinistro latere factā nihil auxilii tantæ plenitudini & iam fienti phlegmoni allaturā.at è diuerso cū sanguis ex caua in ramos influat:habeat vero descensum duplicē alterum latū,in brachii venā,alterum arctū in pectus : sanguine ex brachio detracto, quis dubitat quin manifeste sanguis influens ad pectus non retroagatur? Altera clarissima ratio est quòd Hippoc. & Galenus secunda particula super sextū Epidem.7.&.8.præponunt deriuatio-

nem reuulsioni:& de hoc dictum est in octaua cõtradictione præcedentis tractationis. cum enim dolor materiam ad se trahat.13.artis curatiuę cap.8.ꝛ primode simplicibus medicamentis cap.26. dum de aceto loquiť in initio ꝛ quartoregim.acutorum t.27.&.2.de differ. feb. cap.11. sed nullibi clarius quàm quinto artis curatiuæ cap.4.nihil magis trahit materias ad locũ & phlegmonas excitat quàm dolor.quãobrem procuranda est sedatio hæc doloris cũ deriuatiua sanguinis missione. quæ ex eodem fit latere,ꝛ copiosa.sed de quãtitate in libello de malo medẽdi vsu satis diximus. patet igiť venã saphenam nõ diuertere multoq; minus euacuare in lateꝝ doloribus costaꝝ septem supioꝝ. vt existimauit Auic. nõ enim directio lateris est in causa sed venaꝝ cõmunicantia vt sanguinis missio iuuet:q̃obrẽ ea rõ ex toto nihil ꝯcludit:cũ tñ apud Galeni dissectionẽ vim aliquã habitura sit : cũ hoc ipse credat cauã venã iecori cõmitti ex supiore parte corde nõ intercedẽte:igitur vt tanta cõfusio opinionũ,ad ægroꝝ vtilitatem,& medicoꝝ qcunq; sint qui resipere velint, redigať:hoc mõ distinguemus.

Si lateralis morbus ex dextra parte sit:sanguis ex interiore vena brachii dextri mittať copiosus: vbi dolor in septẽ supioribus costis fuerit:& si multa plenitudo sanguinis in corpe fuerit, die sequẽti ẽ diuerso latere idest sinistro sanguinẽ mitte:ex interna brachii,aut in minore plenitudine appone cucurbitulas : qđ si nõ adeo plenũ fuerit corpus:sufficiet prima sanguis missio : & hoc est qđ dixit Hippoc.Deriuare ꝛc.& Princeps.cũq; ad diuersum trahere volueris, vt in secũda die,dolorẽ prius seda:sc; sanguine ex eodẽ latere misso.quaq̃; postmodũ nõ visum sit vt in snia ꝑsisteret in casu lateralis morbi: nã in cæteris hoc egit vt iecoris & splenis inflãmationibus.Si aũt morbus lateralis est in sinistra parte : nõ sub ala, sed in supremo pectoris, vel in medio ẽm latitudi-

nem minues sanguinē à dextra: ⁊ reliqua vt diximus eodē modo vt de dextro latere ꝯsequēter: scilicet si oporteat sequenti die à sinistra interna brachii. Si aūt dolor fuerit in musculis mediis vel exterioribus minutio fiat à latere cōtrario semper: aut nō fiat: ⁊ in vigore morbi, euacuato corpe ex initio, & cū inedia, ventosa loco applicetur. est enim admirabilis iuuamēti, vt Trallianus & Zoar affirmant. facilis aūt est cognitio huius morbi: qa ad tactū dolet, & parum aut nihil expuit, & non est pulsus serrinus: nec est tanta spirandi difficultas, imo parua aut nulla: & reliqua quę vide ab antiquis. Si aūt suspiceris ꝙ sit in latere sinistro ꝓpter solitariam venam tunc mitte sanguinē ex dextro latere ex interna brachii, pro viriū magnitudine ac morbi: in hoc aūt casu optimum est emplastrū applicare spinæ dorsi ex vrticis matre violarum & oleo violato copiose. mittigat enim dolor, & sanguis refrigeratur, & cōcoquitur qđ factū est, ⁊ quod nōdum factum est prohibetur. Si vero morbus lateralis sit in costis quinq; inferioribus, infra furculam ensiformē: si febris sit validissima, sanguinē mitte copiosum ex interna cubiti At vero si febris parua, & dolor magnus sit, ex eiusdē lateris saphena. si neutrum hoꝝ adest, extrahendus sanguis nō est, sed purgādus æger. Si vero iecur vel lien phlegmone laborāt, si febris sit vehemēs, ex interna brachii: si parua ex saphena pedis lateris eiusdem sanguis est detrahendus: quāq; vt dixi Princeps in laterali morbo etiam, si non sit in spuriis, consentiat: in hoc aūt dissentiat. Si aūt aliquis sit consuetus incurrere lateralē morbum ex dextra parte in æstate: in vere, minuatur ex sinistra interna brachii: & ita à dextra si ex sinistra. quod aūt dixi de iecore & splene ac saphena incidenda, arbitrio tuo remitto: nam rōnes ad oppositum quas adduxi validæ sunt: ego tñ in illoꝝ morbis qui ex sanguine frigido fiunt sic agerē: & egi ad hāc vsq; diem

feliciter.in cęteris si regulã hanc prętererieris,scias quòd si quis moritur ex ęgris,culpa tua illum mortuũ.si quis seruatur,fortunę beneficio illũ adiutum. Est & tertium genus lateralis morbi: quod pestilétiale dicunt: quoties phlegmon panniculũ pectus diuidentem, aut cor tegentem inuadit: & hoc etiã putant esse morbũ pestilentem & lateralé: quòd modicus dolor ac vix sensibilis percipiatur: & ægri tñ moriant: sed nec est lateralis morbus nec pestilens, sed perniciosus tantum, rõne loci ad qué materia puenit ob subtilitatem, & caloris innati debilitatem. & quáuis modica in his salutis spes sit,abstinétes tñ ab omni sanguinis missione, seruari poterunt.cũ per eã nec phlegmon prohibeatur,nec minuatur: & vires tñ frangãtur. in reliquis aũt generibus cũ tardatur missio sanguinis, ex debito loco tria mala fiunt, adeò pniciosa, vt ex vno eorum vel solo hõ mortem consequi possit. Primum est quod phlegmon augetur in imensum,& magis quãdoq; quàm si nullus sanguis prorsus mittatur: quoniam sanguis agitatur,& mouetur. Secundum quod inculpatus sanguis educitur,vnde vires debilitãtur. Tertium quod sanguis phlegmoni circũadiacens corruptus aut niger aut liuidus relinquit in corpore: qui febres excitás inextinguibiles, statim persæpe occidit. Ex hoc aũt clarum est facile cognosci posse ex venarum dissectione, qua parte sanguis influat cuiq; parti. atq; ex hoc deriuare vel reuellere licere: auertentes motũ sanguinis influentis: vel deducentes ad exitum: quod non intelligentes quidam,magni ponderis rõnem negauerunt.non enim parua res est hoc scire. at quomodo quisquã aliquid scire potest,quod sciri nõ posse putat? Cæterum hac in parte longiusculus fui non solum ob pertinaciam defensorum ac multitudinem opinionum, sed quòd sic omné mittendi sanguinis rationem non in laterali solum sed in singulis quoq; aliis morborum gñibus explicauerim.

Vinum qua primum ætate competat. Contradictio. 9.



NFANTIBVS calida lauatio longo tempore apta est. Vinũ dilutius neq; oino frigidum Hippoc. in libro de victus rõne priuatoꝝ t.23. subiicit aũt rõnem vt minus tentẽtur conuulsionibus & vt maiores ac coloratiores euadãt. habet aũt Græca lectio τὰ παιδία χρὴ τὰ νήπια quod est dicere pueros infantes oportet: & reliqua. vt magis necessitatẽ inducat quàm vtilitatem. interest aũt multũ inter hoc & illud nã vtilia prosequi bonũ est. at necessaria nunq̃ sunt ṗtermittẽda. Galenus & si hãc Hippoc. sniam non existimet cum inter nothos Hippocratis hũc librũ enumeret: subiicit tñ, vinũ ipsos dilutũ bibere ṗcipit, ne plus æquo calefiant Haliabbas aũt libr. 1. practicæ cap. 22. initiũ dandi vinũ ex quarto anno sumpsit in pueris. atq; sic serius paulo quã his videatur esse snĩa Galeni: & eius qui librũ conscripsit de victu sanoꝝ. nã Galenus Polybi vel Hippoc. eũ esse credit. Aetius lib. 4. cap. 30. à septimo anno ad xiiii. vult inchoandã esse in pueris vini exhibitionem. Galenus aũt primo de tuenda sanitate à. xiiii. anno ad iuuentutẽ statuit initiũ exhibendi vinũ. Sed Paulus lib. 1. cap. 14. post xxi. annum vinũ exhibet: sc; Galeno serius. Galenus aũt in libro cui titulus est q̃d animi mores corporis temperamentũ sequãtur ex Platonis authoritate vinũ inutile cõsulentibus, aut pugnaturis censet: vel prolẽ generaturis. atq; ideo nõ nisi corpus exercentibus vel morbo laborãtibus ipsũ cõcedit. Princeps aũt tertia primi doc. prima cap. 4. nõ nisi post. xiiii. annũ vinum tribuit Galenũ secutus in libris de tuenda sanitate: vbi ꝓpriẽ tractationis locus erat. Pro solutione intelligendũ est ꝙ scopi cõseruandẽ sanitatis tres sunt primo de tuenda sani-

tate: vt deperditũ restauret: vt excreméta eijciantur: vt senectus tardetur. Multa ẽt sunt indulgẽtis non cõsulentis: sicut dictũ Galeni sup Hippoc. vel Polybi, verba iã recitata: & similiter de Platonis dicto istud nõ est ꝑpter corporis salubritatẽ sed morũ custodiã: nec ad indiuidui vtilitatẽ sed reipublicæ. qđ Mahometes probe intelligens bellicã virtutẽ ac robur multũ sublato è cõsuetudine vino extulit, vt nec vini inopia laborarẽt, nec corruptione vitiaret exercitus, aut temeritate quę illius potu maxime aduenire solet seipsos pugnãdo deteriore loco, vel inferiore numero, vel imparibus viribus perderent. sed nunc de singuloꝝ salute sermo habet. Galenus igit in primo de sanitate tuenda hęc habet. Sane vinum quã diutissime qui ea natura puer est ne gustare quidem suaserim: quippe qđ haustũ & humectat nimiũ & calefacit corpus, tum caput halitu replet, his q calido & humido sunt temperamento: quale est eiusmodi puerorũ. Atqui nec repleri his caput est vtile: nec ipsos supra quã par est humidos calidosq; fieri: qm̃ eo iam caloris ⁊ humidi puenerunt, vt si paululũ vtrãuis qualitatẽ auxeris, iam modũ excesserint: cum aũt sit oĩs excessus fugiẽdus, maxime hunc expedit fugere, ex quo nõ corpori mõ verum ẽt animo dãnũ accedit. quare neq; iã adultis vinũ nisi modice sumptũ existimandũ est esse vtile: qđ videlicet ad irã & libidinẽ præcipites facit: & partẽ animi rõnalem turbidã & hebetẽ reddit. Cęterũ his ipsis ad bilis excreméta vel mitiganda vel expellenda est sanè nõ inutile: nõ minime vero ad eã siccitatẽ quæ in solidis partibus aut ex ĩmodicis laboribus, aut ex proprio ætatis tẽperamento prouenit. Humectat nãq; ac nutrit qcquid ĩmodice siccatũ est tum amarę bilis acrimoniã mitigat ac frãgit: præterea per sudores atq; vrinas euacuat. pueri vero ceu qui talẽ succum minime colligunt quiq; naturalẽ humiditatem plurimã obtinent vt cõmodorum

quę vini potio largit͡ plane nõ egent, ita incõmoda quę affert tantum sentiunt. Nemo itaq; cõpos rõnis pueros vti ea potione sinet: quã præterq; nullũ affert cõmodũ, incõmodũ etiam sequit͡. Hic ad sanos habita rõne oĩa vini enumerat cõmoda, incõmodaq;. nãq; ad ægros varia sunt nõ solũ cõmoda vini in variis hoibus: sed & in ijsdem morbis atq; ęgris diuersa vina diuersos effectus pariũt velut odora, ac crassa, flaua, dulciaq; optima pectori & longis illius morbis, tussi atq; orthopnęæ. inimica vero nigra austera debilia quæ tñ caput nec ledũt nec feriunt. cũ priora illius morbis egregie noceãt: vt libro de attenuãte victus rõne cap. 12. scribit͡. vtilitas igit͡ generalis vinoꝶ triplex est, calefacere, humectare, & excremẽta educere: qđ si quis Principẽ nobis obijciat tertia primi doc. 2. cap. 7. qui addit ꝙ cibũ penetrare facit. hoc nos in humectatione solidoꝶ ꝯtineri affirmamus. humidũ enim vinũ est oẽ non solũ qđ tale substãtia sit, sed quod bonã faciat appositionẽ: quare senibus vtilissimum: an vero qualitate tale oẽ dubium est. nocet aũt & tripliciter pueris calefaciẽdo, humectando, caput petendo. at cũ ita sit, patet qđ etiam aquosum sit, inutile illis esse: nã & si nec calefaciat nec caput petat, humiditatẽ tñ auget ex qua ad suffocationis aut comitialis morbi periculũ perueniũt. Quod si quis nobis obijciat Galenũ quarto de tuenda sanitate iubere vt in diluendo vinũ, ꝯsuetudinẽ obseruemus: hic aũt dilutũ dandũ pręcipit͡. Rñdemus cõsuetudinem in solitis obseruandã, atq; in tẽperaturis iuuenũ. nam infantibus aqua, adolescẽtibus vinũ permixtũ dari semp debet: ne ex cõtrario in cõtrarium trãsitus sit. senibus meracũ. in iuuenibus qđ medij sint, obseruãda est consuetudo, nisi alia obstent. nã calidissima, in regione calida æstate media, dare perniciosum. Cõsuetudo igit͡ vt & in reliquis amplũ locũ & certum habet vbi aliæ nõ supuincunt indicationes. Sed &

illud iam apertum eſt quonã pacto vinũ ſiccum natura maxime iuuenibus cõferat.nã ætates indigẽt reſtaurãte ſimili in qualitate:vnde ſenes humidioribus victitantes in anaſarcã facile incidunt:ꝓhibita vera nutritione:qđ tñ apponitur humidũ eſſe debet, ideſt multũ in quãtitate:ꝛ ẽt liquidũ ſeu molle. atq̃ ita iuuenibus vinũ natura ſiccum & multã faciens appoſitionẽ maxime ꝓdeſt: qualitate enim ſimile ꝛ appoſitione cõtrarium.nã pauco humido multa reſtauratio neceſſaria eſt:ꝛ pauca vtilior. his duobus modis tum excremẽta excernẽdo,vinum iuuenibus ac ſenibus vtile eſt. Sed eſt difficultas q꞉ Gal.quinto de tuenda ſanitate dicit,vinũ non cõpetere in calidiſſima & ſicciſſima temperatura:nec in calidiſſima ꝛ humidiſſima quæ in latitudine ſanitatis cõſiſtunt: ſed aquã magis:ꝛ hoc q꞉ in talibus non qualiſcũq̃ contrarietas eſt ad ꝑſeruandũ ſufficiens. igiᷣ nec uinum album opportunũ erit,nec iuuenibus oĩbus vinum cõpetet.in tẽperatura aũt æquali in paſſiuis vinum cõcedit: dans cãm q꞉ talis in paſſiuis æqualis exiſtens,ĩmoderata in actiuis eſſe non põt.aliãs ſolitus erã dicere qđ loquebaᷣ Galenus de regimine ꝑſeruatiuo, nõ conſeruatiuo. ſed rñſio nulla eſt nã Galenus tertio artis curatiuæ docet qđ oẽs intemperantiæ ĩmoderatæ,regimine indigent ꝑſeruatiuo:igitur nulli tali vinũ cõpetet. ꝓpterea dico ꝙ tẽperaturæ ĩmoderatę caliditatis aqua nõ vino indigent.Pro hac igiᷣ difficultate dico ꝙ multũ oportet attendere vltra ætates morẽ, regiones, tẽperaturas. Morboſa nãq̃ corpora alia poſt quartũ vt Haliabbas: alia poſt ſeptimũ vt Aetius. Paulus vero in humida & calida tẽperatura tẽpus exhibendi vinũ producit.Galenus in inculpata temperatura ꝛ validis viribus loquiᷣ. Vinũ aũtẽ antiquatũ bibere ſi modice vetuſtũ ſit flauũ, fuluum'ue,ſolis ſenibus concediᷣ quinto de tuenda ſanitate ante mediũ,in aliis aũt huius vſus vel valde anti-

qui,quo ad cibũ,nullus est vsus,sed solũ ad medicamẽta.Pro Hippoc. authoritate rñdeo ꝙ vult emendare vitium antiquoꝝ:dantiũ vinum merũ infantibus, vt etiã nr̃o tempore.cõsulit igit͛ vt lymphatũ propinent.huius inditiũ est q͂ dicit minus pueros tentari cõuulsionibꝰ: quare cõparatio hæc ad aquã nõ est.neq;.n.veꝝ est lymphatũ vinũ minus infantes afficere cõuulsionibus, quã merũ.vt.n.demõstrauimus ex authoritate quinti ahor. quintæ particulæ:vinũ sua subtilitate mouet cõuulsionem.quare cõparatio est ad meracũ vinum. cõsulit igit͛ miscere.Sed cur hoc?an nõ melius aquã substituere? respondeo ꝙ sic:sed cum liber ille ad vulgares dirigatur, existimauit nõ pariturus.verũ cũ ibi multa liberius cõscripsisset: seuerius ea est ꝓsecutus in libris qui ad medicos dirigebant͛:vt in libris regiminis acutoꝝ,⁊ aphorismoꝝ.Sed insurgit dubitatio,nã videt͛ ex dicto aphorismo dilutũ nocẽtius ꝯuulsionibus mero, est.n.minus siccũ,minusq; calidũ.rñdeo crassius est:nã aqua crassioris substãtiæ est vino:in fundo.n.subsidet:quare minus ꝯuellit vinum dilutũ meraco.Sed obijcies ex tertia particula ꝓblematũ Aristoteles querens in secundo ꝓblemate cur dilutũ vinũ magis inebriet? primã affert cãm quòd dilutũ mero sit subtilius:eãdẽ cãm reddit in problemate.14.dũ docet cur dilutũ magis caput offendat meraco? Sed & in.18.ꝓblemate dum nititur ostendere cur dilutũ vinũ meraco ⁊ aqua magis vomitũ vel nauseam moueat,de meraco dicit q͂ minus euertit q: reprimit:de aqua q͂ diluto vino sit subtilior. rñdeo aqua & rõne qualitatis q͂ frigida & humida sit,& rõne substantiæ q͂ subsistat oĩno grauior est cãę in problematibus cũ dubitatiue referãtur fidẽ non faciunt nisi oĩno sine dubitatione loquat͛, effectus aũt veritatem in se ꝯtinet. At vero pħs ibi nihil plus vult quã q͂ aqua minus in vẽtriculo subsidet:ideoq; tenuior esse videt͛,minus aũt

quàm dilutũ vinum subsidet, & hoc meraco, in ventriculo, q: minus nutrit alterũ altero: elementa enim non nutriunt: ideoq; subtilior videt aqua quàm vinũ: & dilutum meraco: eoq; sensu cócedimus tenuiorem esse. at ꝑpter hoc nó sequitur dilutũ magis mouere conuulsionem. at si obijcias qua róne magis inebriat ⁊ caput tentat, eadé róne conuulsioné mouet: rñdeo hæc vera esse in superflua non moderata assumptione. Vini igit vtilitates ex his tũ sexta aphor. 31. sunt quinq;: celerrime nutrire, calefacere, humectare, dispergere sanguiné obstructiones aperiendo, ⁊ excrementa tum biliosa tum serosa educere & quæ ex his sequuntur.

HIERONYMI CARDAni Contradicentium medicorum Libri Primi tractatus Tertius.

Dialectica an medico necessaria. Cõtradictio. 1.




MEDICO dialectice est necessaria, in de cóstitutione artis medicatiuę ca. 7. vbi inter septem conditiones medico necessarias connumerat non solum methodũ vt habeat sed vt eo vtatur. idem libro de sectis. 19. &. 2. de simplicibus medicamentis cap. 2. & ideò recte dicebat Auerroes secundo primæ philosophiæ. 15. quòd dialectica est duplex: altera generalis, quę docet regulas cóes omnibus sciétiis: ⁊ hæc debet disci ante illas: alia vero quæ specialis est vnicuiq; scientiæ, & hæc cum ipsa scientia ⁊ eius principiis edocetur. ⁊ sic non vna sed etiam duplex dialectices cuilibet erit necessaria. Hali vero libro primo cap. 3. dum de ordine sui libri tractat, dicit qò opor

tet medicum oēs ſcire ſcientias,tum maxime dialecticā, quæ oibus artibus eſt neceſſaria. & hic ſermo ſumptus eſt ab Hippocrate libro de probitate: qui vult medicum eſſe ſapientem tum maxime philoſophum. Galenus etiā primo artis curatiuæ primo videtur vltra hanc ſcientiam,neceſſariam exiſtimare Geometriam,velut ⁊ in de conſtitutione artis medicatiuæ loco dicto.ſic Hippoc. Aſtronomiā libro de aere & aquis: in oppoſitū inducitur Galenus tertio de locis affectis cap.1.nā dicit: Quęcunq; enim qōnes vſum tranſcendunt, qualis ſit rerum natura, ſm propriam ſubſtantiā indagantes, haud dubie logicæ eſſe cēſentur.Sic igitur Chryſippus philoſophus cum de animi ægritudinibus ſcribere inſtituiſſet, vno quidē libro curandi tradidit rōnem,aliis vero tribus logicas qōnes eſt cōplexus: cum primus quidē ille vnus nobis eſſet neceſſarius. facile igitur eſt intelligere hos tres vltimos iuxta Galeni ſententiā medico nō eſſe neceſſarios,cū de primo tantū affirmet. Hippoc.quoq; Cous adeò in medica arte excellēs logicam ignoraſſe viſus eſt,cuius vſus nondū eſſet exploratus. Ad hoc dantur duę rñſiones: prima eſt Cōciliatoris differentia prima, quod Galenus loquatur ſpecialiter in eo caſu inutilem eſſe logicā, non generaliter. alii dixerunt dialecticē eſſe neceſſariam ad inuentionem, non ad artem traditam. hoc de Hippoc.qui artem inuenit, verum nō eſſe manifeſte intelligiť.dictum aliud eſt voluntarium: nec magis de vno quàm de alio vera dici poteſt. propterea adducitur altera rñſio à quodā ſumpta ex quarto phyſi coꝝ.87. vbi Auerroes in cōmento dicit per ſermones extraneos itelligit dialecticos. nā philoſophus in textu dixerat fieri oportere inquiſitionem de tempore prius per rōnes extraneas ſeu vt poſtmodū docet euentus ſophiſticas.nā eas falſas reprobat inferius. eſt enim prima ratio antiquoꝝ tempus cōponitur ex futuro præterito

& præsente: præsens nō est tempus, futurū ꝛ præteritum non sunt: igitur tempus ex non ente cōponitur. manifestum quod nihil concludit hæc ratio. Sed rñsio ista velut ꝛ pleraqꝫ illius hominis sunt, est apparens: & sine veritate. nā ibi intelligit per rōnes logicas quæ procedūt ex alienis principiis & etiā nihil cōcludunt: at Galenus ibi vocat dialecticas qōnes non falsas seu ex aliis principiis, sed tantū quæ non cōducunt ad finē medicinæ etiā si verę sunt, & ex propriis veniant principiis. multū autem interest qm̄ Aristoteles tanq̄ iproprias & falsas accipit nomen dialecticaꝝ rōnum: at Galenus vt inutiles. Ideo sciendum est quod multū interest quærere an dialectice sit medico necessaria & an qōnes quæ vocātur dialecticæ sint medico necessarię. est autem quadruplex quęstio vt quattuor res: prima est demonstratio: secūda est ratio cōmunis inquirendi: tertia propria: quarta est quęstio dialectica. demonstratio cum sit logicæ pars vt subiectū necessaria est medico vt omnibus aliis artibus speculatiuis. ratio vero cōis inquirēdi est etiā illi necessaria sed tñ propria medicinæ vt ista propositio aqua p se primo infrigidat: est apud medicum non cōcludens vniuersalem vt apud philosophum. non enim sequitur, igitur cuilibet cōpetit infrigidandi causa. nā in aliquibus calefacit per consequentiam. cōmunis aūt ratio est per diffinitionem & diuisionem: ꝛ hæ oēs medico sunt necessariæ: est postmodū ratio & q̄stio dialectica. differunt aūt qꝫ rō procedit ex cōibus ꝛ falsis: ꝛ hęc pertinet ad artificē vt reprobet illā velut pħs facit in .4. physicorum. est postmodū quæstio dialectica quæ procedit ex principiis ijsdem ex quibus proficiscitur quæstio medica: sed nō tendit ad artis finem, velut si quis quærat cur carnes in aqua nō supernatant: & panis sic: cum tñ panis sit solidioris & densioris alimenti. manifestū est quod principiū quæsiti medica est propositio, & quęsitum est

etiam ver, tñ non pendit ad finẽ artis. ideo quęstio hęc apud Galenum merito dialectica vocatur. pl'm igitur differt hæc ab illa logica rõne re, vt declaratũ est, & nomine. nã ab Aristotele vocatur ratio, à Galeno aũt quęstio. seu vt dicunt problema. & hoc modo problemata plura quãuis sint ex principiis medicinę, non tñ sunt medica: velut tertiæ particulæ problẽmatũ. ad medicũ igitur ptinent demõstrationis sciẽtia, vię cões, & pprię, tum ẽt rõnes dialecticę non aũt problemata dialectica.

Præcepta medica an ex propriis principiis, & an dies iudicatorii uim à luna suscipiant. Contradictio. 2.



SINGVLA medica præcepta debẽt esse vera & ad finem artis assequendũ vtilia & ex propriis disciplinæ principiis prodeuntia libro de optima hęresi cap. 1. at Gal. tertio de diebus decretoriis cap. 9. regulam & legem quam præscripsit nõ seruare videtur. nã volens rõnem reddere cur. xx. dies magis iudicatorius quàm. xxi. sit. hãc init rõnem. circuitus Lunæ in diebus. xxvii. & horis. viii. pficitur. accessio lunæ ad solẽ in diebus. xxix. horisq;. xii. à quibus sublatis diebus. iij. quibus fermẽ latitat Luna dum sub Sole coit: relinquunt dies. xxvi. horæ autẽ. xii. medium igitur huius temporis & apparitionis Lunę ac circuitus naturalis eiusdem est dies. xxvi. horę. xxii. hoc modo prima hebdomada dies habebit. vi. horasq;. xvii. & mediã: & sic in. vii. die terminabitur. Secũda finietur in diebus. xiii. horis. xi. atq3 sic in. xiiii. die. tertia uero in diebus. xx. horis quattuor & media. atq3 sic ei uidet' bel le rõne astronomica diem. xxi. ad. xx. contraxisse. in qua causa quot modis sit riduculus non facile est explicare. tum maxime quod propria ut dictũ est præcepta trans-

greditur. sed illud tolerabile nã quotiens propositiones quædam quasi primæ sunt uelut hæ.vii.dies est iudicatorius uel.xiiii.nil prohibet quin ex physica rõne demonstrentur.est aũt ratio hęc physica,non ut quidã putant astronomica: nã fundatur in hac,ꝑpositione,operationes in corporibus humanis pendent à motu ac cœlesti lumine. at medica ars subijcitur philosophiæ ut in initio libri de sensu & sensili: & in libro de respiratione cap.8.in fine. Sed illud dignũ primo risu est qd dicat(si quis auté huius subtilitati succenseat, huius disputationis,difficilemq; eam existimat)rem adeò leuẽ attingens ac puero dignam ut ingeniũ suũ in hac re declarauerit in mathematicis fuisse omnino inexercitatũ,de quibus tantũ gloriatur.quinimo uerbis rem dilucidã adeò implicuit: cũ suis centesimis uigesimis ac ducẽtesimis quadragesimis,ut uere speciem quandã difficultatis addiderit: quomodo hic appellabit decimi elementoꝝ rõnes si hę difficiles ac subtiles sunt: aut his subtiliores tertij decimi? aut artẽ algebraticam adhuc his grauiorẽ? uel oino artem nostram quam magnã uocauimus? aut illã quæ ad summũ peruenit subtilitatis Archimedis inuentionẽ? seu de Elicis lineis,seu de spheroidibus? aut de sectionis conicæ quadratura? certe hæc oportebit ad inferos vel superos relegare,si illa sua tam crassa supputatio difficilis aut subtilis dici debet. Quis vero vnq̃ audiuit mẽsem cõpositum ex duobus,altero quidẽ imaginario,altero vero nõ,vt nec ipse imaginarius ei satisfacere potuerit? admittere rem imaginariã in rebus naturalibus ridiculũ est: quandoquidẽ nec numerũ nec magnitudines inter cãs ⁊ merito recipiat Aristoteles.permiscere ẽt diffitas in eodẽ genere cãs,res est prorsus exẽplo vacãs. at vero miscere rem imaginariã cum re naturali, adeò puerile est ac indignũ Galeni authoritate, vt malim totũ quod superest à capite octauo supra tertij

libri de diebus iudicatoriis superadditũ ab aliquo existimare, quã authoritatem tã grauis viri violatã videri: qui efficaces etiã rõnes antiquoꝝ adeo subtiliter aggreditur vehementerq; oppugnat tam irridet oratorie, vt modo Aristotelẽ, modo Ciceronẽ æmulari videat. tũ vero vel saltem tot cõmentis propositum assequeretur: nã vel sic in.xxi.diem prẹter omne propositũ iudicationem reijcit. statuit enim mensem lunarẽ dierum vt dixi.xxvi.horarũ.xxii.huius tres quartæ sunt dies.xx.horæ.iiij.& dimidia. si igitur horas totidẽ ad numerum adijcias quot ad.xx.dies superabundare cernũtur: fient horẹ nouẽ oẽs ex.xxi.die ad iudiciũ spectãtes: quo tempore totũ absoluitur. par aũt est dies.xx.horas.iiij.& dimidiam tẽpus esse vel medii iudicii, vel initii. quapropter manifeste vtroq; modo tanta subtilitate adhuc in xxi.diem iudiciũ reijcit. Sed hæc missa faciamus, ostẽdamus aũt, quod recte ẽt reprehendebat Auerroes tertio collectaneoꝝ cap.9.nõ esse sumendã cãm horum dieꝝ ex luna, nam vel vult medium motum seu æqualem, seu inæqualem? si æqualẽ cum ille habeatur ratione centri parui circuli lunæ: non oportet auferre tres dies: nam centrum parui circuli nec latitat sub Sole, nec patit. nec tempus iminui debet: cum pfectio eius sit qđ sit tempus reuolutionis: quare erit dierũ.xxix.horaꝝ.xii. & ita additis horis.viii.diebus.xxvii. fiet tempus dierũ.lvi.horarum.xx.& crisis cadet in.xv.die. Si vero respicias motum verũ, cum quandoq; luna peragret circulũ & partes circuli inæqualiter vt quandoq; in.xv.diebus ex opposito in oppositũ feratur punctũ, qñq; vero in.xiii. sequitur vt.xiii.&.xv.dies nõ minus sint iudicatorii quã xiiii. at Galenus ipse & Hippoc. eos refugiunt tum maxime.xiii. quare rõ hæc dierum non cõstat. Rursus si tres quartæ mẽsis lunaris sunt horẹ.iiij.cũ dimidia plus.xx. diebus: igit quattuor mẽses ⁊ dimidius erunt dies.cxxi.

& horæ

& horæ.iij.non igitur.cxx.eſt iudicatorius qui tantum ab Hippoc.⁊ Galeno celebrat̃. Sed.cxxi.aut.cxxii.quos nunq̃; quiſq̃; iudicatorios eſſe deprehẽdit. tum vero ſi hic ordo à menſe lunari exoriretur.xiiii &.xvii. &.xx. &.xxiiii.&.xxvii.eſſent firmiſſimi ⁊ inuariabiles omnino,at cõtra uariabiles qui procul ab his vt.lxxx.&.c.& cxx.at res contra ſe habet.nemo iudicationem in.lxxix. vel.lxxxi.vel.cxix.vel.cxxi.vidit.at in.xxi.die criſes plurimæ viſæ ſunt & eũ præfert Hippoc.in libro de diebus decretoriis die.xx.quãuis non ex Galeni ſententia. non tñ negat Galenus perſæpe iudicationẽ etiam in.xxi.fieri.at in.xxvii.quæ eſſe deberet fortiſſima,cum in illa circulus lunæ ꝑficiatur ſm Galeni rõnem paucæ aut vix vllæ conſpiciuntur iudicationes. quare manifeſtum eſt lunæ curſum tñ maxime tam permixtũ imo nullo modo propter hanc vltimam rõnem cãm eſſe poſſe dierũ iudicatorioꝝ.Quidã conati ſunt referre in humorum motum ſed nõ poſſunt quomodolibet ſtatuant vnam. in.vii.&.xiiii.&.xx.ſeruare rõnem. nã.xiii.erit iudicatorius magis quã.xiiii. nec cãm poſſunt aſſignare cur inter.xl.⁊.lx.&.lxxx.&.c.&.cxx.nulli ſint dies iudicatorii. & ſi aliquando bis aut ter animaduerterim factã criſim in mediis horum dieꝝ. ratio aũt eſt clara q: vt ex Ptolemęo ſumitur in centiloquio dies hi cõſequuntur motũ lunæ vſq; ad reuolutionem,& ideo ſunt dies.vii. xiiii. &.xxi.&.xxviii.iudicatorii,& medii ſunt indicatiui.iiij. xj.xviii.&.xxv.vt de oibus quæ infra.xiiii.habetur ſecũda aphor.24.At dies vigeſimus habet originẽ à ſole & ab illo gubernatur ideoq̃; poſt.xl.ceſſante vi lunæ quæ motũ ſuũ perfecit iã nullus dies niſi ſecundũ.xx.vt.lx. lxxx.c.vim habet iudicatoriã. in.xx.igitur &.xxi.eſt pugna, nã.xx.ſol fauet.xxi.luna:ideo modo in.xx.fit iudicium:modo in.xxi.ratio autem cum ſol ſit luna fortior edocet qđ.xx.pręferatur plerũq;.xxi.nã in ambobus iu-

dicatio esse pôt contingit tñ & in.xxi.aliqñ.⁊ hoc testat Hippoc.& côcedit Galen⁹ cum igitur.xx.præfertur.xxi. necesse est vt.xvii.præferat.xviii. ideo ea rône prætermisso.xviii.Hippoc.secunda aphoꝝ.24.refert.xvii. eadē rône præfertur.xxvii ipsi.xxviii.vbi.xx.præferatur. xxi. quare &.xxiiii. erit indicatiuus non.xxv. & sic.xxxi. & xxxiiii.&.xxxvii.cônumerabuntur ab Hippoc.prętermissis.xxxii.&.xxxv.& xxxviii.nam luna soli paret:non sol lunæ. ideo secunda vigesima dierum eodem modo distinguitur vt prima.sed in prima est solū lunæ vis post secundā solis in secunda mixta,nā termini sunt solis: diuisio aūt ſm lunæ motum.hac rône omnia adeò experimentis rônibus & auctoritatibus antiquorū ad vnguē côueniunt: vt nil amplius iā desideres. ꝑpterea ēt dictū bene est qđ breues morbi regunt motu lunæ:longi aūt motu solis,tertio de diebus iudic.ca.7.Sed hoc solū relinquit indiscussum: qd sol habeat cū vigenariis numeris côstitutū? rñdeo ꝙ vt luna alligat motibus solis sic sol duoꝝ supiorū.cum aūt Saturnus & Iupiter singulis annis.xx.côueniant:nec metā hanc egrediātur nisi post annos.81.sol nām imitat illoꝝ sed nō finē expectat: vbi enim illā ingredit reuolutionē seu diē quæ ipm quasi restituit,totidē ꝯuersionibus côtrario ordine peractis, scilȝ vigesimā diem seu circuitionem: illico nām mouet vľem ac ꝑpriā vt illa mām exsusciret aduersus nām indiuidui: illa vero qđ noxiū est conet expellere: nec sol tñ additiôes illas recipit qꝛ impressiones illæ iā sunt in mā ꝯformes nāę motus sideris: nô reduplicationi.iôq; hęc rô vsqȝ ad annū ꝑuenit,à quo si morbus ēt ꝑducet alius ordo ꝑprij motus solis exoritur : vt morbi tales non iā per vigenarios dierū sed per annos côputentur.

Dies impares an soli Indicatorii. Contradictio. 3.



EBRICITANS nisi diebus imparib' febris eũ reliquerit solet recidiuare quarta aphor.61.cui fermè est simile illud eiusdẽ particulæ.29.febricitantibus si rigores die sexto superueniant difficile iudicium sequi tur.Galenus in.61.cõmento putat per impares dies iudi catorios intelligi debere.nã in eadẽ particula.36.sudo res tertiani, quintani, & qui in septimo, nono, vndeci mo, quartodecimo, decimoseptimo, vigesimo, vigesi mo septimo, trigesimoquartoq; die fiunt boni & mor bos iudicantes:qui vero non ita fiunt,laborem signifi cant & morbi longitudinẽ & recidiuam. Aui.secunda quarti t.2.cap.2.reprehendit Galenũ in duobus: primo ꝙ retulerit cãs dierum iudicatorioꝵ ad astra:nã dicit qđ sufficit medico scire qđ ita sit,⁊ cãm relinquere cum est extra scientiæ pertractationẽ. verum si cã sit quæren da vel ex principijs scientiæ procedere debet,vel ex sen su & experimento. Sed ad hæc dictum est in præcedenti contradictione,nec multũ est insistendũ difficultatibus præter scientiã:quandoquidẽ quæ in scientia continen tur,varię sint ⁊ difficiles.est tñ textus philosophi primo poster.43. vbi edocet quomodo scientia sit vna vel plu res: tum quomodo eadẽ res duobus modis possit de monstrari.sed vt ad propositũ veniam,Princeps denuo ibi contradicit Galeno in cõmento.61.nã cum Galenus dixisset qđ per impares dies intelligebat iudicatorios, vel qđ aphorismus nõ erat Hippoc. Auic. addit qđ Hip poc. nondum perspectos habuit dies iudicatorios. Sed salua authoritate Principis Hippoc. nõ dixit qđ ipse in nuit,scilicet qđ dies impares fortiores sint paribus:hoc enim verũ esset,nec dignum cui à Galeno contradicat, sed qđ nullo modo sint iudicatorii.vnde febres quæ in paribus desinunt,dicebat Hippoc.redire solent.quomõ igitur.xx.xl.lx.c.&.xiiii.ac alij plures iudicatorii erunt.

nam in secunda particula aphoꝛ.23.acutæ ægritudines in quatuordecim diebus iudicantur. porro dictum est quomodo alii dies cōprobentur ab Hippoc. primo Epidem.par.tertia t.14.est aūt series hæc. Est autem primus dies circuituū decretorius, in paribus quartus, sextus, octauus,decimus,decimusquartus, vigesimusoctauus, trigesimus,quadragesimusoctauus, sexagesimus, octogesimus ac cētesimus.in imparibus aūt primus, tertius, quintus,septimus,nonus,vndecimus,decimusseptim⁹, vigesimusprimus,vigesimusseptimus,& trigesimus.sciēdum igitur est si probe iudicētur vltra hoc præscriptos dies significant recidiuas fore: fientq; perniciosæ.hæc ille. Galenus dicit in cōmento variare exēplaria nā inter partes superadditur in aliquibus codicibus vigesimus quartus,ac trigesimusquartus. dicit etiā cum in imparibus satis recte dies numerentur, imparibus male, decimum & vigesimūoctauum additos esse qui nusq; sunt decretorij.Pro hac igitur difficultate primo intelligendum est enarrationē dierum quo ad numerum paruam vim habere:cū soleant Græci numeros nō vt ego feci ꝑ nomina describere sed per notas alphabeti vt δ quartū η octauum κ vigesimū ʒ sic de alijs.vnde factū est expunctis literis aut iunctis aut detractis & adempti aut additi sint vel ꝑmutati decretorii dies.vnde nulla in re maius peccatū,nulla maior varietas.quare ratio potius in his sectanda est quæ quadruplex est:prima qđ à quadragesimo supra numerantur dies per vigenariū vt sexagesimus & octuagesimus vnde etiā ducentesimus iudicatorius est. fiunt & medij vt in imparibus raro tn̄ decretorij:sæpe vero indicātes,& hæc est secūda rotio.tertia ꝙ infra uiginti iudicatorij sunt per septenarium, septimus & quartusdecimus:medij vt dixi indicatiui.à vigesimo ad quadragesimum cōponuntur ex vigesimo parī & septenario impari; vnde vigesimusseptimus ʒ trigesi-

musquartus ⁊ medij horũ vigesimusquartus ac trigesimusprimus indicatiui.quarta ratio(quæ nõ cum aljs supra in præcedenti cõtradictione enarrata est)quòd iudicationes maxime fiunt in accessionibus dum morbus sæuit: & hæ ſm plurimũ tertianæ sunt ac impares vſqꝫ ad vndecimũ.Hippoc.igitur in.61.aphor.quartæ par.vt ex proxime antecedentibus ⁊ sequẽtibus videre licet de acutis morbis loquitur,nõ de diuturnis.at inquam qui intra vigesimum terminantur in quatuordecim diebus iudicantur.vt in.23.secundæ particulæ.aut igitur in accessionis die,& sic.1.3.5.7.9.11. in impari vel in.7.&.14. & sic etiã in impari.est enim.14.dies impar hac rõne qđ est secundi septeni terminus. numerat aũt Hippoc. dies vſqꝫ ad.xx.per septenos secunda aphor.24. ideò dicebat tertio de diebus iudicatorijs cap.1.acutę egritudines in imparibus,diuturnę in paribus iudicãtur. si võ iudicentur.2.4.6.8.10.11.12.13.iudicãtur in paribus:atqꝫ sic mor bi reuertũtur.nam ⁊ hos oẽs præter vndecimum aperte Gal. respuit: vt nõ perfecte iudicãtes nisi qđ quartus ab aliquibus numeratur. verũ Galenus restatur se tantũ semel vidisse crisim in quarta & Archigenem solum bis. quãq; quartã inter iudicatorios & indicatiuos statuat. ex quo patet cur.xi.sit fortior quarto. habet enim periodum ⁊ accessionis ordinẽ. Ex hoc patet qđ Rasis.10.ad Almansorẽ.29. cõcordat cum Galeno in Epidemiis excludendo vigesimũoctauum diem. Sed hunc tñ approbat Galenus primo de diebus decretoriis cap.10.&.2. eiusdẽ cap.6.ex authoritate tñ Hippoc. quã in cõmento refellerat.Sed Hippoc.ipse in.47.libr.qui de decretorijs inscribitur, hæc habet. febres oẽs decernunt quintanę septimanę vndecimanę ac septimædecimæ & vnæ ac vigesimæ. quæ aũt graues sunt & acutæ trigesimæ ac sexagesimæ.sic terminũ icteritiæ quartũdecimumdiem ponit. peripleumoniæ autẽ quartũdecimum aut ad supre-

mum vigesimũprimum:ex quo liquet illũ nondum perfecta rõne iudicatoriorũ dierum dies integris septénarijs numerasse. vnde.21.pro.20.&.28.pro.27. celebrat. propterea bene dixit Galenus primo de diebus iudicatoriis.10.quod quãq; Archigenes.28.iudicatoriũ dixisset:se tñ malle præponere illi.27. perspecta iam rõne qȯ vigenarius numerus maioré haberet vim,quã qui ex tribus septenis conficiebatur.vnde tota ambiguitas ex ista postrema Galeni & Hippoc. consideratione nata est:qȯ vigesimus dies vt primus parium reuolutionum vigesimoprimo præferendus esset:propterea bene dixit excusans Hippoc.Galenus secundo de diebus criticis cap.6. qȯ Hippoc. Epidemia ante Pronostica & Aphorismos scripsit. Assignat aũt rõnem Hippoc. quarto de morbis cur inuasio illoꝝ per dies fiat impares: nã inquit tantũ temporis requiritur vt bonus chimus ex vẽtriculo trahatur ad mébra, non enim hoc minore quã diei spatio fieri põt:quare subiungit, qȯ morbi impares decernunt 3.5.7.9.11.tum.14.&.14. vult esse tertium ab vndecimo sic vt vndecimus dies sint vnus circuitus. nã ea rõne vigesimusprimus erit nonus ab vndecimo. sed hic liber parũ legittimus & est, & à Galeno cẽsetur Hippoc. rõq; hæc nõ satis valida:sed fortior quæ secunda aphor.24. adducitur.Quod aũt addat vt Gal.dicit.31.diem loco trigesimiquarti in expositione trigesimisexti aphorismi quartæ particulæ per absurdũ q̃si est ex principijs quæ ostẽdimus:nisi quis malit vndecimum prę̨ponere quartodecimo.quare indicatiui dies vel ipso teste iudicatorijs sunt valde debiliores.solus.11.habet vt dixi priuilegium propter accessioné tertianam.vnde.12.7 vltimum languentes.in fine primi Epidem.11.die iudicatos scribit.& hæc etiã siquis consideret, videbit cõsentanea his quæ scribuntur primo pronosticoꝝ à primo ad sextum textũ.propter hæc ẽt conatur tertia aphor.28. Hippoc.

deducere morbos puerorum ad septenariũ numerum dicens qđ pueris acciduut decretoria vt plurimum in.xl. diebus, quãdoq; in septe; mẽsibus, alijs in septẽ annis, quam sniam Galenus repetit primo de diebus decretorijs cap.10.vnde iam docuimus rõnem dierum vsq; ad vigesimum per septenos ad quadragesimũ mixtam supra vsq; ad.cc.per vigenarios,post per mensiũ septenarios, post ẽt per eundem annorũ numerum.igit in oibus prę terq; à quadragesimo die vsq; ad.cc.ratio iparis & septenarij obseruatur.numerum tñ hunc dierũ non integrorum esse docet semp Hippoc.tertio pronosticorũ.4.vigesimũoctauum aũt antiquo tempore celebratũ etiam vsq; ad Archigenẽ postmodum succedẽte.27.exclusum. vt recte Zoar tertio the.t.2.cap.2.excluserit vigesimum octauũ diem à iudicatoriis. sic & decimãoctauam recte de vigesimaquarta ẽt bene dictum est qđ indicantia sit: nõ decretoria qđ vero in cap.1.ponat vigesimãquintã diem iudicatoriã dico ꝙ cõparauit vigesimãseptimam septimæ & vigesimãquintam quintæ q; prępsupponit ibi vigesimũ diem indicatiuã:qui error qm̃ dixit disiungẽdo expecta crisim in vigesimaquinta vel vigesimaseptima,paruus est:nã vigesimaseptima fortis est.Et ne terrearis lector ex tanta cõfusione: verũ rõnem positam à nobis diligenter inspice,& ambiguitatem.xx.ac.xxi.diei,ac deriuatorũ:reliqua erroribus transcribentium tribuẽs leuiorem efficies laborẽ.illud semper prę oculis habendo quòd regulæ medicinę non generales sunt sed quasi semper veræ.hoc dixi propter aliqua experimenta quæ tñ rarissima sunt,aliter succedentia: tum etiam propter quosdam languẽtes ab Hippoc.in Epidemijs enarratos, qui à regulis prædictis paululum deuiarunt.

Dies iudicatorii post.xl.an debiles & an.xxx.& centesimus sint indicatorii. Contradictio. 4.


IES iudicatorij post quadragesimũ sunt debiles, quia raro fit crisis fortis post eã diẽ, primo de diebus iudicatoriis ca.10. & hanc sn̄iam Rasis confirmat libro.19. con.c.vnico. vbi totã de diebus iudicatorijs materiã tractat. idem ẽt Zoar tertio The.t.2.ca.1. Sed huic dicto contradicit Princeps secunda quarti t.2. ca.p̊. adducens rõnem: poterit materia esse pauca & virtus fortis ⁊ tunc confortabitur virtus supra materiã & fiet motus fortis. intelligit igitur Princeps quòd fortitudo iudicii sequatur fortitudinẽ motus ac velocitatẽ: sed hęc velocitas fit propter proportionem virtutis ad materiã in salua, cum magna extiterit: vel cõtrario modo in mortali: igitur quãuis debilitetur virtus in diuturno morbo tñ iudicium forte aliqñ apparere põt ⁊ si raro. Causa igitur qđ crises eo fortiores, quo principio morbi propinquiores, est virtutis fortitudo: ⁊ cã quòd in diuturnis post.xl.diem raro accidãt crises manifestę, est debilitas eiusdẽ virtutis. Sed ego duas alias addo rationes cõtra Galeni dictũ. illę crises sunt fortiores quæ minus nutant, sed post.40.diem.60.&.80. & cæteri per vigenariũ firmiores sunt quã iuxta septimam: nam iudicatio teste Galeno primo de diebus iudicatoriis cap.4. &.5. fit in sexta & octaua frequenter nõ sic in.59.vel.61. aut.79.vel.81. ⁊ si quis obijciat qđ aliis ẽt diebus iudicati inueniantur: rñdeo non apud legittimos Hippoc. libros: vt nõ in primo nec in tertio Epidem. Secunda ratio est qđ Hippoc. enarrat in fine primi Epidem. crises validas post diẽ.40. vt in ægro Cleonactide textu.25.& enim octogesimo copiose sudauit, & liberatus est. apparet ẽt quòd multi post 40.diem mortui sunt centesimo vigesimo die, alii octogesimo. Sed cur.100. diẽ primo de diebus criticis prætermittit? trigesimum ẽt iudicatorium esse negat, quẽ Hippoc. supra cõmemorauit in ter-

tia parte primi Epidem.t.14.nec Galenus illũ ibi respuit cum tñ decimũ & vigesimumoctauũ ex hoc numero expungat. ad has tres difficultates rñdeo,quòd cẽtesimus dies,si error nõ est in codice Galeni, nanq; ex Hippoc. prætermissus dicitur, quem constat non centesimũ sed centesimum vigesimum potius prętermisisse,in primo Epidem.sectione tertia t.14.verum meminit vtriusq; tñ in singularibus exẽplis centesimi quidẽ tertio Epidem. sec.tertia t.81.Heropytũ Abderã cõmemorans, tum Galenus secundo de diebus iudicatoriis cap.5.cẽtesimum inter iudicatorios retulit,cẽtesimi aũt vigesimi parium adducens ibidẽ t.73.quẽ ea die mortuũ refert.Ego dicã eandẽ quæ post vigesimũ rõnem seruandam:nam vt trigesimus vix iudicatorius dici põt vt dictũ est, & si medius inter vigesimũ & quadragesimũ:sic ẽt post quadragesimũ fortissimi sunt qui per quadragenarios ĩtegros numerantur:scilicet octuagesimus & centesimus vigesimus:at his inferiores quasi medii erunt sexagesimus ac cẽtesimus.horum aũt fortior sexagesimus qui enim eadem rõne tenẽtur eo sunt fortiores quo principio propinquiores.vt.11.17.&.6.13. & sic de aliis. omisit igitur Galenus in enarratione centesimũ iure vt oĩbus qui ad centesimũ vigesimum cõnumerari possent,debiliorem. & postq̃ illud ex Hippoc.citat pro cẽtesimo apud Hippoc. centesimũ vigesimum legerẽ. si quis tñ nolit,dicat ibi Hippoc.noluisse vltra centesimũ diem loqui:sed rotundo numero rem claudere.est etiã centesimus vigesimus, centesimo fortior:quod quartum mẽsem claudat, qui est medius septimi:sed tñ & centesimus dies in eundem mensem & si imperfectum refert. Sed de trigesimo cadit dubitatio nã illum omnino iudicatorium negat Galenus:quaobrem cũ neminem ea die iudicatum reperiam nec trigesimus primus inter pares possit cõnumerari,nec illũ Galenus arguat:dicerem trigesimum aliqñ

locũ ſubintrare trigeſimiprimi, vt non ſit ſecunda hebdomada ſeu ſeptimana integra. nã trigeſimumquartum pro trigeſimo legere nõ licet: cũ eum Galenus in aliquibus codicibus adiectũ legat. igitur forſan hunc defuiſſe ſcilicet in codice Galeni ſuſpicetur: & merito. cum vero quidã ſm priorem lectionẽ trigeſimum quartũ adijcere voluiſſet ſic λδ expuncta vltima litera, vt ex vetuſtate accidit remãſit nota trigeſimi. vel forſan ibi Hippoc. vt diximus. 30. tanq̃ mediũ inter. 20. & . 40. appoſuit. Galenus aũt ibi dies à vigeſimo ad quadrageſimum ſecundum ſeptimanarũ vim cõſiderat, quo in caſu trigeſimus iudicatorius eſſe non põt. vtcunq; ſit expungendus eſt trigeſimus ex dierũ iudicatoriorũ numero. ex hoc ẽt patet error apud Aetium lib. 5. cap. 25. nã vigeſimãtertiam diem iudicatoriã ponit præter omniũ opinionem lege tu vigeſimãſeptimam nã pro κγ erat κζ. vnde lapſus interpres. Paulus lib. 2. cap. 7. ordinẽ Galeni ſequitur. 18. adijcit quaſi quintũ vt dixi tertiæ ſeptimanæ vigeſimũ ſeptimum aũt poſt. 20. primum in ordine facit. primam vero difficultatẽ ſatis ſoluit hæc differentia: quòd dies qui ſunt à. 40. die debiles ſunt rõne iudicij: nã vt Galenus bene dicebat raro per verã criſim hi morbi qui eũ diem trãſcendunt iudicãtur. ſed vel ſenſim: vel p abſceſſum primo de diebus iudicatoriis cap. 10. at rõne ordinis fortiores ſunt hi qui poſt. 40. eo q̃ rariores, nã difficilis eſt permutatio inter illos ob raritatẽ ac diſtãtiam illorũ. Circa q̃ eſt aduertendũ dies ſalutares difficilius euerti, quã lætales. nam ſi ſalus futura ſit die. 40. aberret aũt quis pauliſper non ſanabitur vſq; ad. 60. vel. 80. qm̃ nã indiuidui vt dicunt nõ mouet niſi in die conuenien te: at ſi moriturus ſit in. 60. die aberrãdo celerius certe morietur. at tam parum poterit aberrare vt quadrageſimum ſuperet. propterea error in ſalubri morbo diẽ iudicatorium & ſi permutet, non tñ effugit: in lætali autẽ

morbo quocunq; die mori cõtingit ob errorem. Est ẽt ex hoc illud pẽdens scilicet qđ errores in acutis minus morbũ producunt:nã fermè ad sequentẽ diem iudicatoriam quę proximior est vt.11.ꝛ.quam in morbis diuturnis. periculosior tñ est error quia materia illa leuis ob motũ occupare põt principale membrum:qđ in diuturno morbo nõ accidit:nisi valde super augeatnr mã. quo in casu in acutis certa fermè mors sequit̃. Illud etiã dignum cõsideratione Hippoc. & Galenum dies diuturnaꝝ considerare quasi ex septimanis cõpsitos:sic ut.20. ex tribus septimanis.40.ex sex:sexagesimus ex nouẽ.80. ex duodecim:cẽtesimus vigesimus ex decẽocto cõstaret. at quia.120.dies vere constat septimanis tantũ.17.ꝛ vna die,par est vt ob hoc vltra.120.nullũ iudicatorium diẽ statuat nisi mensiũ rõne.quare.200.loco.210.idest septẽ mensiũ, non tanq̃ ipsum diem propriũ sed vt terminũ proximũ statuit.nã septem menses lunares dies sunt ducenti sex cũ dimidio. ob hoc nulla est cõtradictio inter Hippoc.dicta,nec cũ Galeno,cũ.200. diebus alias septẽ mẽsibus terminari dicat morbos.Sed tñ si quis veritati cãæ magis studeat priores quidẽ dies statuat. 120. 100. 80.ac tales.hos autem cum in septimanas diuiserit vno sumpto termino inueniet qđ dicit Hippoc. septimanas quidẽ non esse integras. atq; hic est ordo cœlestiũ cursuum vt integri cursus spatium potius ad minima diuidatur quàm ex illis apponi dicatur.

Quartus dies an iudicatorius & añ morbi imparibus diebus exacerbentur. Contradictio.5.



VARTVS dies est iudicatorius Aetius libro.5.cap.25.ꝛ Galenus quarta aphor.36. conatur excusare Hippoc.qui illũ in aphorismo ꝑterierit:dicens quod ideo hoc accidit quia acuti morbi maxime imparibus

diebus exacerbanť: qui vero paribus exacuuntur sunt diuturniores.& primo de diebus decretoriis ca.5.quartum diem.18.&.3. in fortitudine præponit: quoad iudicium:ná de indicatione cóstat qđ tam sexti q; septimi est indicatiuus ibidé.ordinem aút debiliorum recenset octauú decimum duodecimú sextumdecimú decimum nonú mediumq; inter hos oés robore ac securitate tertiumdecimú.ꝛ rursus ca.13.morbi si valde acuti fuerint & primo die signa valde letalia vel concoctionis apparuerint,morbus ille nó vltra quartú diem extendetur: aut enim morieť intra diem illú, aut omnino sanabiť. Hippoc.ét cum.42.ægroꝝ historiam in primo ac tertio Epidem.historiá texuerit:atq; in oibus præter vná quá constat secundo vel tertio obijsse die,diem quoq; mortis adiecerit,in tertio segméto,tertii Epidem. triú ægrotantium perpetuo meminit: scilicet Phrenitici & Calui Larissæ,& Periclis Abderæ.76.77.&.78.textu: qui oés quarto iudicati sunt.priores siquidé duo morte:postremus ad salutem.Verútñ cum hęc ita sint cur dixit Galenus tertio de crisi cap.4.iuxta mediú quod Archigenes sua ætate tantú bis crisim vidit in die quarto,ꝛ ipse tantum semel.contradicit ét in.11.cap. primi de diebus iudicatoriis his quæ dixit quarta aphor.36,cú dixisset ibi quod exacerbationes acutoꝝ fiunt imparibus diebus:si simpliciter intelligit idest semper.1.3.5.7.& sic deinceps tunc:cótradicit ei illud qđ diciť primo de diebus iudicatoriis.11.in fine scilicet qđ vbi morbus acutus sit, & exacerbatio ꝑ pares certe morbus in quarto vel ad plus in sexto finiť. si aút intelligat repugnante litera qđ exacerbationes fiant tantú alternis diebus,tunc nó excusabat Hippoc.cur quartum diem prætermiserit.forsan ad primú dicemus quod róne quidé quartus inter fortes iudicatorios recéseri debet:quia tñ non occurrit imparibus exacerbationibus,ideo raro iudicat,vt dictú est:

qm̃ iudicationes accidũt maxime in exacerbationibus & consistente morbo. Sed rñsio hæc nulla est, q; omnes Medici inter quos Zoar ⁊ Auerrois fermè, confitentur quòd hi dies non rõne sed Hippoc. authoritate & experimento sunt confirmati: & Galenus secundo de diebus iudicatoriis cap. 2. originem ⁊ firmitatem experimento non rõni tradit: vt ille censeat iudicatorius dies fortis, in quo plurimæ crises vel iudicatiões fiunt: debilis vbi nullæ aut admodũ paucæ. hac igitur rõne si verũ est qđ Galenus dixit, quartus dies ẽ iudicatoriis esset expungẽdus. de termino etiam acutoꝝ & exacerbatione in paribus dicebat Galenus prima aphor. 7. qđ terminus ꝑ acuti morbi est quartus dies vel parum vltra: idẽ fermè secundo de diebus iudicatoriis cap. 12. in primis verbis. ⁊ quinta aphor. 6. cum dixisset Hippoc. eos qui distentione neruoꝝ corripiuntur in quatuor diebus perire. dicebat Gal. hunc esse primũ terminum dierũ iudicatoriorum. Hippoc. ẽt in Philisco primo languente primi Epidem. & tertia par. tertii Epidem. 75. in Pythione id diligenter animaduertit qđ paribus diebus exacerbabaẽ, q̃re manifestũ est cum in sexto die mortuus sit acutos ẽt morbos paribus exacui. Sciendũ est ꝙ Hippoc. in libro de decretorio statuit primum circuitum morborum in quinq; diebus salubriũ quidem qui in quinto iudicarẽtur mortaliũ in quarto: præcedentibus cõcordans. scilicet dictis in primo Epidem. qđ morbi qui exacuuntur in paribus sint deteriores. secundum aũt circuitum ad septimũ extendebat diem, tertium vero ad. 11. & quartũ ad. 14. & ita quintũ ad. 17. & sextũ ad. 20. atq; sicp quaternos extendebat ordinẽ vt tertio pronosticoꝝ dictũ est. dies igiẽ numero distinguunẽ in quinq; genera: in fortes, in malos, in mediocres, in indicatiuos, in intercalares. fortes vt. 7. 14. 20. mali vt sextus & octauus. medii vt. 13. qntus. intercalares vt. 15. 22. 23. indicatiui vt quar-

tus &.11. Cum Galenus & Archigenes dixerunt in quarta bis aut semel tantũ vidisse crisim, de bona loquũtur: cui textus cõsentit Hippoc. in quarta aphor. 36. & tertio Epidem. nam ex his duo primi mortui sunt, vltimus tñ sudore liberatus est: quãq; ex ratione dicta raro cõtingat morbos salubres paribus diebus exacerbari. atq; ita prima cõtradictio soluta est, ex qua secunda clarior euadit, quãq; expositio Galeni in. 36. cõmento quarta aphorismorum mãca videaẽ. est igitur Galeni sensus, morbi acuti aut boni sunt aut mali, si boni exacerbanẽ diebus imparibus: quare cũ iudicatio bona fiat in exacerbatione, morbus acutus salubris in quarta finiri nõ poterit. qui vero finietur in quarta, in quarta habebit exacerbationem. sed acuti morbi qui in quarta exacerbantur, in paribus exacerbãtur: quare tales mali moris sunt. horum igitur morboꝝ iudicatio mala est. aliter enim nõ essent dicendi morbi mali, si salubrẽ haberent terminationẽ. igitur quartus dies vel non iudicat aut male decernit. ⁊ ob id iure merito prętermissus ab Hippoc. fuit. & quãq; accidat aliqñ bene terminari morbũ in quarta: hoc est rarum & regulæ Hippoc. sunt de his quæ ẜm plurimũ contingunt quinta aphor. 2. quãobrem etiã in præcedenti cõtradictione argumentũ Auicẽnę periclitaẽ. quandoq; enim contingit fieri fortem iudicationẽ. verũ hoc raro cõtingit: ⁊ semper eadẽ debilior est necessario post diẽ. 40. quã si in primis diebus fiat. ꝓpter hęc igitur & alia crisis in sexta adeo est detestabilis: qa vel non fit in die exacerbationis si morbus imparibus diebus sæuiat: & sic reuersionem morbi minatur, aut fit in die exacerbationis: quare morbi qui parib⁹ diebus exacuitur: & ex cõsequenti qui malũ finem sit cõsecuturus.

Ordo dierum iudicatoriorum an. xvii. iudicatorius an. xii. & xvi. intercalares an sextus

omnino malus. Contradictio. 6.



RDO dierum iudicatoriorum talis fortissimus septimus post.14 inde 9.11.20.inde,17. 5.4.3.18.vltimus.3. post male iudicātes ac quasi ex aduerso positi.6.8.10.12.&.16. & 19.primo de diebus iudicatoriis cap.º5. quãq; nunquã iudicium in.12.vel.16.vidisse se affirmet. primo de diebus iudicatoriis cap.2.7.4. primum igitur illud occurrit cur nõ hos scilicet.12.&.16.inter intercalares potius adnumeret quã inter prauos & minus iudicatorios.15. Aetius etiã libro.5.cap.25. ordinẽ hunc perturbat,nã.17.4.7.3.præponit.20.vero vltimã facit vtiliter decernentiũ.quãobrem in Galeni textu primũ suspicor legendũ cap.5.17.&.20. quomodo enim potuit.17. præterire quẽ secunda aphor.Hippoc.nominauit aphorismo.24.& primo Epidem.sectione tertia t.14. & ibidẽ Herophontem iudicatũ.17. die ac seruatũ narrat. sed & eius in eodẽ cap.5.iuxta finem meminit Galenus,quãq; locũ quo illum collocet nõ ostendat. de hoc igit sic statuendum est vt.17.5.&.4.ac.3.præponatur quinto quasi fortitudine æqualis.20. autẽ non ordine vltimũ posuit Aetius in fortitudine,sed vt intelligeremus eũ esse acutorum terminũ.Sed Princeps secunda quarti t.2.cap.8. expungit è iudicatorijs diebus 1.2.10.12.15.19.litera noua addit.16.vult Princeps primum diem nõ esse iudicatorium:quia non põt grauis morbus tã celeriter finiri. nec valet,moriuntur in primo die plures,igitur fit iudicatio. declarabat Galenus hoc cap.9.tertii libri de crisi imo sm plurimũ in prima die si moriatur,morit absq; crisi vt ibi dicebatur:quod in principio & augumento morbi hoc accidit cũ materia nãm longo superat interuallo.sed & ipse Galenus secũdo de diebus iudicatoriis cap.5. diem primũ à Diocle iter iudicatorios adnume-

ratũ non recipit.de secũdo nulla est difficultas.12.&.16. iure merito quisq; explodat è iudicatoriis. cũ Galenus in eo iudiciũ nunq̃ viderit.15.etiã videtur Galenus intercalarem posuisse: quñquidem nec inter hos nec inter illos numerauerit.differẽtia igitur solũ de.10 &.19.esse videt᷑: in quibus rarissime fiunt iudicationes: sed tamen Hippoc.meminit de Pythione tertia par.tertii Epidem. 75. sed hoc est rarũ & recte à Principe animaduersum. q̃ & in.19.contingit.quare neq; inter bonos nec inter malos iure poterat numerari. Galenus tñ ordinẽ rõnis sequutus est: nã diximus paribus diebus non posse bene decerni.tales igit᷑ cum essent.8.10.12.16.præter sextum, ideo prauis adnumerat hoc sensu: q̃ euentu quidem intercalares sunt vt in quibus vix accidat decretoriũ: si tñ cõtingat praue decernere hos dies.18 tñ quia est ad.21. quandoq; indicatiuus: est aũt.21.quãdoq; decretorius, vt docuimus hac rõne medius.18.bonus, & si debilis sit esse põt. Rasis.19.con.fol.398. fermè cum reliquis concordat in fol.399.est error. nã dicit q̃ Galenus & Ioannitius nno numerauerunt.xi.diem inter iudicatorios. lege.ij.non.xi.nam de.xi.in columna sequente connumerat illũ ex authoritate Galeni & Hippoc. primo Epidem. particula tertia. ex.14.enim ægris quos numerat tres.2 &.12.⁊.14.in vndecima die iudicatos scribit, duobus primis morte: Melidia solũ seruata. Sæpe vero celeritas non solũ scribentium verũ & autorum anteuertit. vt enim hic pro.xi.debuit scribi secundus sic apud Galenum cũ semel tantum crisim in quarta vidisse affirmat bonam adijcere voluit: vix enim de mala quisq; credat cum pestilẽtibus tẽporibus tum ẽt ex doloribus ⁊ attonito morbo laborãtibus vbi primã effugerint diẽ nullam magis quarta obnoxiã morti cõspicies. Sed dices, sexta dies nõ videtur mala nã tertio Epidem.par. tertia tex.84.virgo in Larissa plane à febre & delirio est liberata, per

rata,per ſanguinē ſexta die fluentem è naribus. ſed addi dit duo,alterū huic non repetijt,tanq̃ mirum quod in ſexta liberata fuerit plene: reliquū cām ſolutionis morbi: nā dixit(cū virgo eſſet poſtq̃ iudicata fuit huic primo menſes eruperunt)Princeps etiā ſecunda quarti t.2. cap.6.&.19.con.fatenť criſim bonam poſſe dari in ſexta cum vrina multa.Raſis,& Princeps cū mala vrina: ſed ićteritia vel exitura: ſed talis criſis non dicitur pfećta,& cum hoc eſt ſemper laborioſa. Eſt etiā primo Epidem. par.ſecunda t.83.vbi duoꝝ Epigenis fratrū narrat hiſto riā: nā æque bene iudicatus eſt maior cui decreuit morbus die ſexto: ſicut minor cui ſeptimo: nā vterq̃3.17.eſt iudicatus: obſcuritatē Hippoc. in textu Galenus in commento aperit. dicit eni voluiſſe illū vt natu maior poſt ſex dies minor aūt, poſt quinq̃3 in reuerſionem incurreret: vterq̃3 aūt à ſecunda inuaſione quinto die eſt iudicatus: huius reddit rōnem: q̃ oēs qui ea tempeſtate ſeruabantur per recidiuā ſeruabātur: vt plurimis ſexto die morbus iudicareť reuerteretur ſexto die à iudicatione, & rurſus ſexto die ideſt.18.iudicareť. vnde in textu.85. hæc habet(nonnullis iudicabantur.xi.repetebat morbus.14.exaćte iudicabantur.18.) eſt igitur intelligēdum quòd dies iudicatorii varianť in fortitudine,non tñ ſic vt intercalares decretoriis prępolleāt ſed,vt debiliores aliq̃ñ fortioribus penes anni tempora ac cōſtitutiones vt p̃ Epidem.par.ſecunda iuxta finē & per ætates ſexum temperaturā conſuetudinem libro de decretorio & de diebus decretoriis: variātur ēt ob errores Medici,ægri vel aſtantiū primo de diebus decretoriis cap.xi.declarabat ēt Galenus ſecundo de diebus decretoriis cap.7.qđ vt dićtū eſt tempeſtates variant fortitudinē dierum decretoriorū.quare hic.18. dies qui plerūq̃3 inter debiles numeratur,fortis euaſit iudicauitq̃; multos p̃ Epidem. par.ſecunda t.83.&.85.verba autē Hippoc. ſunt vera ex

maxima parte nō generaliter. Circa hoc est notanda regula generalis quòd dies iudicatorii eo sunt deteriores quo fortioribus proximiores, vt sextus & octauus, nam significant naturā magis aberrantē vbi minime debuit. excipiuntur impares propter accessionis excusationem.

Purgationes an debeant fieri diebus decretoriis. Contradictio.7.



PVRGATIONES debent fieri decretorijs diebus.13.⁊.14.die per superiora quidem paribus diebus, per inferiora in imparibus: loquens enim de eis in libro de humoribus parum ante mediū subiecit. ἀτὰρ καὶ τὰ πρόσω χρόνου προήκοντα ἀνάγκη οὕτως. οἷον τρισκαιδεκαταῖα. τεσσαρεσκαιδεκαταῖα τρισκαιδεκάτη μὲν, κάτω. τεσσαρεσκαιδεκάτη δὲ, ἄνω. πρὸς γὰρ τὸ κρίσιμον, οὕτω ξυμφέρει. καὶ ὁκόσα εἰκοσταῖα. πλὴν ὁκόσα κάτω, πολλὰ δεῖ καθαίρειν. ταῦτα δὲ ἐγγὺς οὕτω κρίσιος, ἀλλὰ προσωτέρω. At contra quarto de morbis & est.34. liber iuxta mediū fermè cum docuisset longa verboꝝ serie, ægros īparibus diebus exacerbari, subijcit: Qui febre continua vexātur, si paribus diebus assumant medicamentū, non purgantur: imparibus vero assumentes purgantur quidē à forti medicamento: multi tn̄ ob nimiā pereunt. purgationē. quare medici supiores dum imparibus diebus purgarēt, hoīes perdebant atq; ideò maxime peccauerunt. nescire enim videbātur quod humidū corporis nostri imparibus diebus valde perturbat̄. Et rursus post principiū libri de aere & aquis: Maxime autē obseruare oportet magnas temporū mutationes, vt neq; medicinas in illis libēter exhibeamus, neq; vramus quæ circa ventrē, neq; secemus donec saltem dies decem neq; pauciores præterierint: Periculosissima etiā sunt ambo solstitia maxime vero æstiuum, Periculosum etiam vtrūq;

æquinoctiũ, maxime vero autũnale. Hippoc ẽt quarta aphor.14.iuxta Galenũ in cõmento.15.vult nos docere quonã pacto motu corporis augeamus opus hellebori: quæ ratio videẽ generalis Galenus in libro cui titulus est quos ⁊ qñ purgare oporteat, tres dat regulas. Prima pertinet ad accessiones in quarũ initio per superiora in fine per inferiora purgare cõuenit. atq; sic non in impari per inferna. Secunda in turgẽtibus dum materia est in motu & sic in die accessionis educẽda est per locũ continentẽ ad quem declinat. Tertia in cæteris in hora motus cũ natura cessat aut nõ perfecte operatur: quare in die accessionis & in imparibus purgandus est æger. Princeps tñ prima quarti t.2.cap.7.post principium.dixit: Et non moueas in die paroxismi aliquid quantũ possibile est tibi: neq; curationẽ facias. Ad hoc vero Gentilis adducit rõnem Tadei quæ est valida: aut enim purganda erit materia cõiuncta seu putrescens, nã de numero causaꝝ alias, vel quæ nondũ putruit? si putrescens illa in accessione ad exteriora moueẽ. igitur non conuenienter medicamento educitur, iuxta Hippoc. regulam, si aũt antecedens cũ illa quiescat tam in die accessionis q̃ quietis, tutius in die quietis erit euacuanda: q; tñ Rasis.16.con. videẽ recte satis Galenũ interpretatus. dicunt quòd materia quę est in motu ad superiores partes leui est educẽda vomitorio, & quę ad inferiores clisteri. Sed non videẽ illud recte adiunctũ: quòd si natura torpeat, debeamus exacta die iudicatoria in ipsa purgare, nõ in ipsa die iudicatoria: sensus enim Galeni & rectus est qđ nãm recte operantẽ iuuare debemus semper si indigeat auxilio: ratio quę solet adduci in cõtrarium est qđ non debemus iungere in eadẽ die duos motus fortes, accessionem, ⁊ purgationẽ: & experimentũ videtur stare pro hac opinione: q; multi adeò grauiter perturbãtur vt de vitæ discrimine cogantur esse soliciti. Aetius libro.3,

cap.125.de veratro agens,cũ regula illa ad oẽs medicinas expurgantes extendat:dicebat:In morbis in quibus sunt interualla dandũ est interualli tempore: in quartanis vero & intestinis fluxione vexatio in ipsa accessione. exquirenda est igitur ratio omnium horum nõ obiter sed diligẽtissima.Hippoc. & Galenus motum humorum optant ad purgationẽ talem tñ,qualis est, quẽ ars imitari vult:sed naturæ vexationem aut debilitatem vitat. in tempoꝝ igitur mutationibus non à natura propria sed generali humores mutantur : & in accessionibus:quare vim natura patitur nec cõuenit purgatio nisi qnatenus motum tentans natura propria,à materiæ malitia vexata,nec potens perficere iuuatur à medico. vt in vomitibus & in secessibus per aluum in quartanis.ex hoc patet quòd in æquinoctijs & solstitijs & temporum mutationibus in congressibus luminarium nullus sanus debet purgari. nam natura vim patitur. in motu autem lunæ cõiunctione vel quadrato aut opposito in morbis purgare possumus:sed minus in nouilunio. est igitur consideratio diligens habenda in omnibus, & iuuamentum motus materię detrimento vexationis comparandum. in motibus autem naturæ propriæ & sunt motus iudicatorii, & luminarium, semper melius est purgare nisi in duobus casibus. vel cum natura complete agit iuxta illud quæ iudicantur & iudicata sunt: & vbi modus euacuationis nostræ à natura dissidet: accessiones igitur mediæ sunt inter temporum mutationes & iudicationes vel luminarium motus, vt enim mouent impediunt,quia sunt motus naturæ vniuersalis non indiuidui.vt autẽ natura propria tentat expellere adiuuari debent: quare leuiter in his & secundum inclinationem procedere debemus. vnde Principis dictum clarum est. Hippoc.autem sententia prima est intelligenda de iudicatoriis vt ipse dicit.

Fœtus decem mensibus in utero manet: septi-
mestris an ante.clxxxii.diem, octimestris an ui-
talis: tempus motus & perfectionis tẽpori for-
mationis an cõueniat: masculus an fœmina ce-
lerius formetur. Contradictio.9.



IRCA præcedẽtia est alia difficultas prę dictis persimilis nã cum dictum sit rõnem dierum iudicatoriorum solum in his esse veram qui in morbo nulla ex parte delinquunt: est tñ difficultas, q: in partu vbi nullus est defectus, variatur tñ terminus eius. Hippoc.nãq; in de natura fœtus hæc iuxta finẽ habet: Cum aũt in vtero puer est, in dies fit validior: simulq; ac decimus mensis iam aduenit, membranas ⁊ inuolucra rumpit, ⁊ tunc pariendi tempus matri iminet. Si vero puer patiat ante statutum tempus, deficiẽte nutrimento, mẽbranas frangit & errũpit, sicq; legitimũ ante tempus partus fit idest ante decimum mẽsem. Post pauca vero causam subijcit huius dicens: Quod aũt non est diutius fœtum in vtero decẽ mensibus continere ostendam. nãq; nutrimentum & quo augetur post decem menses non sufficit: qm̃ partus creuit qui de sanguine qđ est dulcissimũ sibi assumens, lactis etiã aliquantum haurit. cum igit hæc minora fiunt his quæ opus habet, fitq; iam fœtus validus ac robustus: plusq; nutrimenti quàm adsit iam desiderat, seipsum agitans ob id mẽbranas disrumpit. Quod etiã celerius primiparis cõtingit: nam in eis fœtus ante decimum etiã mensem debita nutrimenti quantitate dificit. Hæc ille, deinde subijcit rõnem earum quæ plus aut minus ferunt intra statũ tempus quã breuiter subijcio: Quęcunq; partũ purgantur sicciores sunt: quare celeriter & ante decimum mensem finiunt fœtui alimentũ: quare &

primiparæ generaliter ꝛ multæ aliæ tales existẽtes ante decimũ mensem pariunt. Quæcunq; vero diu mẽsibus expurgantur ꝛ multũ emittunt sanguinis nõ deficiente alimẽto, in decimum mensem quod legitimũ pariendi tempus est partũ differunt. Manifestũ est quòd Hippoc. in hoc libro quẽ Galenus maxime probat & in de natura fœtus, seu formatione eiusdẽ tanq̃; Hippoc. legitimũ citat: tria manifeste nos docet. Primũ quòd legitimum tempus & maxime generale pariendi est mẽsis decimus: non nonus vt cõmuniter creditur. Secundum ꝙ nõ est transgredi mensem decimũ ẜm nãm: quare fieri nequit vt ad vndecimũ vsq; mensem hoc pariendi tẽpus transferatur. Tertium ꝙ ante decimũ mensem sæpenumero quãuis non proprie ẜm naturam parere contingit. cum hęc igitur Hippoc. ꝛ magna cum rõne voluerit, nunc videamus quã difficultatem patiantur. in libro igitur de octimestri partu hęc habet: Qum etiã decimestres vocatos dico in septies quadraginta diebus magis nasci: ꝛ maxime tales cõuenit educari: ꝛ pfectissimus hic partus est. in prioribus autem quadraginta diebus, postq̃; nati sunt, plurimi pereunt. necesse est enim vt quæ in pauco tempore multa accipiunt, multũ laborẽt. inde subijcit: Decimestres autẽ ꝛ vndecimestres ex septẽ quadragenis eodẽ modo fiunt, & ex medio anno septimestres. Plurimis enim mulieribus necesse est in ventre cõcipere post menstrua si fuerint. Solutio igitur tempus dare mulieri mẽsis, in quo ipsa purgatio ex: & tempus hoc quibus minimum fit, tres dies: plurimis etiam multo plures. Sunt etiam multa alia impedimẽta, quibus in mulieribus tardatur cõceptus. Oportet etiam hoc maxime cõsiderare qđ neomenia quæ est vnus dies, mensis vnius quasi trigesima pars est: duo aũt dies quasi quintadecima: ꝛ tres dies quasi eiusdẽ pars decima, & alia ẜm horum rõnem. Neq; cõtingit fieri in minoribus aut maioribus parti-

culis solutioně menstruorum, neq; conceptů infantium. Ex his igitur oibus necesse est circa dimidiů mensis aut vltra plurimas mulieres cőcipere: vt sæpe vndecimum mensem cőprehendant septě quadragentarijs,ideſt diebus ducětis ac octoginta: qm enim vltra dimidiů mensis cőcipit mulier,necesse est vt vndecimo mense pariat, vt in vltima periodo cőstituatur. Non igit̃ vltimus pariendi terminus est mensis decimus sed vndecimus: lex etiã ipsa vt.l.intestato iuxta fině.ff.de suis & legitimis hęc habet post decimů měsem mortis natus nő admittitur ad legitimam hæreditatem: de eo vero qui centesimo octuagesimo secũdo die natus est, Hippocrates scripsit & diuis pőtificibus rescripsit, iusto tempore videri natum. At secus longe Plinius refert libro.7.cap.5.his verbis: Massutius auctor est, Lucium Papiriũ prætorě secundo hærede lege agente, bonorum possessionem contra eũ dedisse: cum mater mensibus quattuordecim partum diceretur tulisse: qm nullum certũ tempus pariědi statutũ videretur. At vero aliter Hippoc. alibi vndecimestres ac duodecimestres viuere non possunt,ět si qui fabulentur de hijs, at contra phs ait pueri nascuntur.9.&.10.&.11.mense quidã etiam.14.& Auicenna nono de aĩalibus. Fidelis quidam mihi retulit mulierũ post.14. měsem peperisse. Sed hæc Conciliator affirmat se fuisse vndecimestrě.pater aũt meus.13.mense natũ se prædicabat.Iuxta hæc alia exoritur nő leuis difficultas qđ nam sit minimũ pariendi tempus legitimũ, vt fœtus viuere possit.Hippocrates nãq; legi iam dictæ suffragari videtur. vt dies sit centesimus octuagesimus secundus: vnde in libro de septimestri partu.Fiunt ět septimestres ex cẽtum diebus & octuaginta duobus, & superãte particula. Nam si primi měsis dies quindecim computauerimus, quinq; autem mensium centum & quadraginta septem ac dimidium diei.(Nam si sexaginta, vno deficiěte die,

proxime duo menses efficiuntur.)Sic igitur his se habētibus ad septimū mensem supersunt dies plusq̄ꝫ viginti, dimidium anni & diei partis,cum quota parte facta.cū ad principiū perfectionis hoc partus. Hic clare initium septimi mēsis diem facit centesimū sexagesimū tertium. quicquid supra est septimo mēsi tribuitur:initium ab ea die sumendo.vt gratia exēpli centesimus septuagesimus dies octauus sit septimi mensis:cum octauus ēt sit à centesimo sexagesimo secundo:qui etiā vltimus est sexti mēsis.At libro de carnibus hæc habet consentanea prioribus:Infans septimestri generatione natus rōne natus est & viuit & rōnem habet talis ac numerum verū in septimanas.octimestris aūt nullus natus viuit vnq̄ꝫ.Nouem mensiū & decem dierū natus fit:ꝛ viuit & habet numerum verū in septimanas. quattuor decades septimanaꝝ sunt ducenti octoginta.per singulā enim decadem septimanarum dies septuaginta. habet & septimestris partus tres decades septimanaꝝ:ꝛ per singulā decadem dies septuaginta:tres igitur decades septimanaꝝ sunt oēs decem ac ducentū.Igitur hac subducta rōne apparet quod dixerat in hoc cōtineri:vt intra tertiā aut quartā decadem numerus dierum contineretur:quare vt nō vitales vltra.ccx.diem:quia non septimani.sed intra sic,nec vltra.cclxxx.quia decimū mensem ad decimū eiusdem mēsis diem terminat.ne quattuor decades superet septimanarum. non igitur totus decimus mensis vitalis erit qđ supra ostenderamus:nec ēt infra.clxxxii. quia minus est hoc tempus tribus septimanaꝝ decadibus & ēt anni dimidio:cum tñ.clxii.finē dixerimus esse sexti mēsis.Rursus secundo Epidem.sec.tertia:Quæ apparēt in quibus mensibus fiunt labores in circuitibus, qm̄ qui in septuaginta mouenť,in triplo perficiūtur,qm̄ post muliebria. Sinistra dextra aūt hians humiditas propter discedētia dictæ siccissimæ:qm̄ citius motū discretum rursus cre-

ſcit & tardius, plurimo tempore. labores circa tertium diem vltra quinquaginta: & ſextũ vltra centũ. menſtrui, ſecundo & quarto. quæ oportet ſcire in ſeptimeſtri vel à muliebribus numerãdi ſunt nouẽ menſes, vel à cõceptione. ꝛ in ſeptuaginta & ducentũ Græci menſes fiunt. & ſi quid adhuc his & ſiue maſculis vel ẽt fœminis. hic vero videtur cõſentanea prioribus de ſeptimeſtri partu proferre: ſcilicet vt. ccx. die naſcatur. porro in nono plurimum diſcordare videtur. nã ſi. cclxx. dies à conceptione numerauerimus. in fine noni menſis exoriri videbit. ſi à menſtrui tempore intra nonum menſem (quæ nunc opinio vulgata eſt) exorietur infans cum tñ nõ niſi nono exacto naſci poſſe videat iuxta authoritatẽ eiuſdem, in libro de formatione fœtus adductã. Rurſus etiam in libro de alimẽtis. Ad formationem quinq; & triginra ſoles: ad motũ ſeptuaginta: ad perfectionem ducenti ac decem. Alij dicunt ad formam quadragintaquinq;, ad motũ ſeptuagintaſex, ad exitum ducenti decẽ. Alij quinquaginta ad ſpẽm, ad ſaltum centum, ad perfectionem trecentũ, ad diſcretionẽ quadraginta, ad tranſitionem octuaginta, ad egreſſum ducenti quadraginta. nõ eſt & eſt. fit aũt in his plus & minus: & totũ & per partem, ſed nõ multo plus aut minus: quæ aũt minora tot & q̃cunq; his ſimilia quare hic ſeptimũ menſem multũ vt prius extẽdit: cum tñ vix etiam ex ſnía ſua. ccvii. diem poſſint ſuperare. at decimum vſq; in finem, ac etiã paulo plus. nam decem mẽſes. cclxxxxv. dies vix excedunt. Galenus autem in libro de fœtus formatione ſic fermè diſtinxit. Tempus primũ diſtinctionis mẽbroꝝ, in ſex diebus fit. Tempus ſcd̃m eſt diſtinctionis cordis cerebri & epatis. Tempus tertiũ eſt diſtinctionis omniũ membroꝝ brachiorum & crurium & formationis eoꝝ. Tempus autẽ quartũ eſt cõplementi eoꝝ. itaq; non eſt auſus Galenus hæc tẽpora numero definire, vnde ẽt manifeſtũ eſt tum

ex aliis cōmentariū de septimestri partu, q̄ illius maie-
statem nec placita, nec dicendi vsum quāuis titulo Gale
ni inscriptus sit, eius non esse. Quáobrem in eodem li
bro de fœtus formatione subiecit: Non mirū si qui ana-
tomia carentes solá rōne innixi, grauiter errauerunt: cū
hi etiā qui incisioné exercuerant non minimos errores
admiserint. Auicenna tñ nono de natura animaliū cap.
vltimo. puerū sexto mése natum bene vixisse refert. quo
fit vt septimus mensis hac rōne non primus vitalis exi-
stat sed ante illū sextus. Plinius aūt non omnes septime-
stres vitales existimat. vnde septimo de naturali histo-
ria cap 5. Ante septimum mensem haud vnq; vitalis est.
Septimo non nisi pridie postero'ue plenilunij die. aut
interlunio cócepti nascunt. Rursus Hippoc. maiorem vr
his addidisse difficultaté, ex his quę in libro de octime-
stri partu quæsiuit: iuxta quæ tertia emergit nobis du-
bitatio: an octimestres vitales esse possint? in quo sniam
Hippoc. in eo libro tum hoꝝ tum cæteroꝝ subiungam.
in initio libri propterea nullus octimestris partus su-
perest ⁊ viuit tñ vt recitaui sæpe, cum etiā Princeps no-
no de natura animaliū cap. 5. censeat nec viuere nec na-
sci posse. vnde male à Conciliatore interpretátur illius
verba. sed mulieres dñt hoc quia accidit eis sanguinis
menstruatio. illud aūt quod dicunt erat qđ natus esset
octauo mense: subiungit tñ & aliqñ parit mulier in fine
octo mensiū: & tunc super caput nati apparét superflui-
tates spermaticæ: vel aliquid simile luto, vel aliqd simi-
le his quæ mater ipsa comedit. & similiter est autoritas
eius vigesimaprima tertij t. 2. cap. 1. quam etiā male citat
Conciliator: ⁊ in contrariā illius sniam: & est: qđ natus
in octauo mense in quibusdā regionibus nullo modo
viuit: & vbi vitalis est: parum vitalis est ac raro. hoc aūt
dixit quia Aristoteles in Aegypto affirmat octauo ge-
nitos pueros mense viuere: vult enim hoc Princeps etiā

rarum esse. Similiter & dictũ philosophi.10.problema-tum.40.homo nascitur septimo octauo & decimo mense legi sic debet: septimo nono & decimo mense: nã prę-terijsse nonũ non potuit octauũ apposuisse: cum dicat septimo de historia animalium cap.4. Itaq; fit ne octa-uo mense nati, non solũ non viuant, sed etiã ipsis emor-tuis periculũ quæ pariunt subeant. Simili modo & qui serius quàm vndecimo mense nascuntur, latere putant. vnde ex his verbis nõ iam amplius decimũ mensem, vt Hippoc. sed vndecimũ pro vltimo statuemus. at quãq; fœtum octimestrẽ sic vitalem esse negauerit: expresse tñ contrariũ fatetur quarto de generatione aĩaliũ cap.4. cũ dixit: Cæteris enim vnũ tempus homini plura fiunt. quippe cũ septimo & decimo mense nascatur. atq; etiam inter septimũ & decimum positis. qui enim mense octa-uo nascunt: & si minus tñ viuere possunt. cuius rei cã ex his q̃ modo explicauimus accipi põt. diximus & de his in ꝓblematibus. Quod tñ non inueniť apud nos æuo nobis quæ tradidit magna ex parte subtrahente. sed & hic vndecimi mensis nullo modo meminit. tanta videť in hac causa autorum varietas & ad semetipsos ne dicã inconstantia, hinc exurgit alia dubitatio.

An scilicet formationis tempus eã subeat rõnem quę iam ab Hippoc. ex secundo morboꝝ vagantiũ tum alibi adducta est tanq̃ præfinitã sortiatur: nã & alias in con-trarium illius sententias adduximus. Conciliator nãq; differ.49. hoc negat dicẽs. Nosce quoq; nõ esse proter-uiendum in huiusmodi terminationibus mensiũ prę̃ci-sis & generaliter cuiuslibet artis mãm sensibilẽ sibi de-terminantis ꝓpter ipsius vagã atq; indeterminatam na-turam. Sed melius tñ est in hoc Aristotelis sñiam tum Principis explorare. ergo septimo de historia animaliũ cap.3. Mares fœtus circiter quadragesimũ diem, fœminę circiter nonagesimũ mouenť. nihil tñ in his certi affir-

mare licet.& ibidē.finditur aūt fœtus hoc eodē tempo-
re ꝛ parum post.effluxiones ante septimū,abortus iuxta
quadragesimū.ea die mas concrescit in aqua frigida.ap-
parentq́; genitalia ꝛ oculi. fœmina aūt quæ intra quar-
tum mensem eruperit indistincta est. quæ aūt quartum
mensem adepta est,finditur, ꝛ reliquā distinctionis effi-
giem breui tempore accipit. cū itaqꝫ fœtus in vtero for
matur,fœmina tardius quàm mas perficitur, in quibus-
cunqꝫ partibus. & plerūqꝫ in decem menses protrahiť.
Et cap.4.cū semen vterus cōceperit statim multis se con
trahit:donec ad septimum peruenerit mensem: octauo
adaperiť atqꝫ dehiscit,& partus si viuit descendit mense
octauo.& rursus ibidē.sed cum cætera animalia omnia
singulari ac simplici modo partū suum perficiāt:homi
ni vni multiplex datum est:septimo octauo & nono ac
decimo mense parere:nōnullę etiā vndecimumt angūt.
Fœtus aūt qui ante septimū mensem prodeat nullo pa-
cto vitalis est. Qui septimo vitalis hic quidem exit pri
mus:sed magna ex parte infirmior.quāobrem cunnabu
lis ex lana inuoluunt,& fascijs alligant:& pleriq; de his
quoqꝫ septimo mēse natis viuere possunt. Quomodo
autē septimum mēsem intelligat quarto de generatione
aialium his verbis ostendit: Ratione aūt optima tempo
ra omniū & grauiditatum ꝛ generationū ꝛ vitarum di
mēsionem circuitibus sibi exposcunt recipere. Circuitū
appello,diem,noctē,mensem,annū,& tempora quæ his
describunť atqꝫ etiā lunæ traiectiones. sunt enim lunæ
circuitus cōplementa ꝛ silentia & interpositoꝝ tempo-
rum sectiones.ita enim coit cū sole. Mensis nāqꝫ ambo-
rum circuitus est.luna aūt principiū est,ob solis societa
tem receptumq́; lucis. fit eni quasi alter sol minor. post
pauca vero.cōuersionis aūt horum sydérū alia fortassis
principia sunt. natura igitur ita sibi vult:vt eoꝝ nume-
ris generationes & obitus numeret. Sed iam ex his alia

insurgit difficultas, an masculoꝝ ꝛ fœminarum diuersa sint tempora,hæc nāq; quinta est dubitatio Auicennę. igitur sñia in his ambabus dubitationibus sic se habet vigesimaprima tertij t.p̄ cap.2.Spumę spatium dierū est sex ex principio.deinde post dies tres in nono scilicet,li neatur embryo:ꝛ quādoq; antecedit vel postponit̃ die vno.deinde post dies sex ꝛ sunt quindecim à conceptio ne, penetrat sanguineitas in toto & fit illud vnde creat̃. ꝛ quandoq; antecedit die vno vel duobus.ꝛ post duo- decim dies fit humiditas & caro,& discernunt̃ tria mē- bra manifeste.& antecedit quādoq; duobus aut tribus diebus.ꝛ post nouē dies separatur caput ab humeris:ꝛ à lateribus,& post quattuor dies sentit,& hoc spatium est quadraginta dierū & quandoq; antecedit vt sentiat in trigintaquinq; diebus. & aliqñ in triginta,& masculus in illo toto velocior est quàm fœmina. videtur enī spa- tium minus formationis masculoꝝ dies triginta:& par tus medietas anni,ꝛ q̄ dicemus in proximo.iuxta vero sñiam Principis ꝛ Haliabbatis fœtus qui format̃ in.xxx. diebus,mouet̃ in.lx.verū perfectionis tempus est triplū motus tēpori:idest dieꝝ.clxxx.licet tertio Theoricę.34. ille dixerit q̄ perfectio est dies ducenti decem. Sed cur tñ dixit Princeps in vigesimaprima tertij t.primo ca.2. Facientes experimenta ꝛ ꝓbationes in hoc,nō iudicant nisi sup illud q̄ præterijt res ꝯm experientiam eius. & nō est impossibile q̄ sit istud quod expertum est in fine cadens ꝯm illud q̄ diuersificatur:in toto enim illo est, plurimū proculdubio.ꝛ plurimū est in eo ꝙ plus gene- ratur.quonā pacto igitur si hoc adeò dubiū est,quispiā tam exacte vt ipse facit enarrare historiā queat? habet ꝛ dubitationem q̄ subiungit ibidem,cum dixit:Determi natio autem masculi ꝛ fœminę in distinctione spatij est res quam quædam pars medicorum iudicat audacter ꝛ stulte.Hic quis non videt illum non solum Hippocrati,

Aristoteliq;,sed ēt superioribus verbis contradicere?
His tot tātisq; difficultatibus expositis: si quis cupiat euadere: primū illud statuat ne miracula in exemplum aut rōnem adducat. vt enim recte dicebat Auerroes in oībus artibus solent monstra quædā accidere.nā quod aliquis supuixerit natus.vj.vel.xiiii.mense:illud in experimentū adduci non debet quod semel tantum ab Auicenna auditum narratur.nam & ego antequam ad rem veniam quædam admiranda exempla subiungam.
Vxor magistri Petri Sormani,venditoris maluatici: (vt sic creticum vinum appellare liceat)in via vexillo℞ Mediolani:ostēdit mihi filiam, nomine Claram quam diebus.clxviii. post abortum masculi fœtus quadrimestris Venetijs peperit:& in puerperio lac apparuit: ipsa autem puella exilis pallida ꝛ macilenta est annos agens xviii.Mater Augustini Abduę patricij inclyti:narrauit vidisse puerū natum.vj.mense filiū Thomæ Suighi,qui supuixit.cum primis diebus lac nō sugeret sed immitteretur infundibulo:ꝛ tñ peruenit ad ætatē perfectam cū nec digiti manuū,nec palpebræ essent separatæ dum natus est.hic puellus,nepos erat mulieris famosæ de via lata,medicā artem exercētis.Eufragia virgo deo dicata in æde B.Rodogōdę:cū mater eius abortisset puerū.v.nonas Iulij:ꝑfecta vero ad coniugē.x.cal'as Augusti:ipsaꝫ Eufragiā peperit,vij.Idus Ianuarij sequentis anni. quare.clxx.die nata est.morbo perpetuo nataliū iactura attestāte, ne quis ad superfœtationem refugiat:quāq; nec hæc minus intempestiuo partu miraculum afferat.
Comitissa etiam de Triultijs iuuenculam retulit esse in domo comitis Sancti Secundi:capite admodum paruo insanamq; natam,vt palam fertur quinto mense.
Talia singulis diebus accidunt experimēta. qđ si diffidētia vitæ horum fœtuum vel negligentia multos ſup futuros nō occideret, longe frequentiora huius rei ap-

parerent exépla: quæ tñ vt ostendã non miracula sunt, sed quãq; rara naturæ tñ legibus continentur.

Alterum vero in his est aiaduertendum ne ambiguitas vocis nos fallat: velut cũ Nicolaus affirmat natũ.vj. mense posse supuiuere: mensem triginta dieꝝ intelligit: infantemq;.clxxx.dies moræ in vtero materno traxisse. q̃re hic septimo lunari mense natus dici debet. cum aũt multiplices sint hi menses: tantã varietatem pariunt vt plerũq; inter cõcordes authores, contradictionem ferere videãtur. ob quæ diebus ratio ineunda est.

Est & illud considerandũ ne vt frequenter accidit vitiosa lectio sit, velut cũ diximus octimestrem nullo modo ex Principis snía posse viuere: verba tñ illa Principis nono de natura animaliũ cap.5. ⁊ aliqñ parit mulier in fine octo mensiũ difficultatem & ambiguitatẽ non leuẽ pariunt: cum vitiosa sit lectio. verba enim sunt phi.7. de historia aialium cap.4. in fine quæ sic iacent: Plurimis si concubuerint mense octauo infans mucore oppletus exit: esculẽtorumq; quæ mater comederit sæpe gerulus venit in lucem. sic cum phs de concubitu dixerit, errore interpretũ Princeps locutus videtur de ortu. Sic & illa verba ex secũdo Epidem. Quæ apparent in quibus mẽsibus fiunt. sic ex sexto libro emendari debent: quẽ collectũm ab Hippocrate Galenus fateť non secundũ. Quæ apparent in quibus mensibus fiunt suspiciones in circuitibus. qm̃ in septem mouentur, in triplo perficiuntur. & q̃ post muliebria dextra, sinistra autẽ hians humiditas propter discedentia. dictæ siccæ qm̃ citius discretũ, motum, rursus crescit tardius plurimo tẽpore. labores tertio quinto septimo nono mẽse secundo quarto sexto ex parua tabella cõsideranda. Galenus & si octo libros in sextum Epidemiorũ condiderit nihil tñ de hoc scripsit. Sententia igitur est q̃ quæ in.lxx. mouenť in triplo perficiuntur. non aũt in septem fœtus si moueantur, perfici

in.ccx.diebus affirmat. nā quomodo in septem moueri possunt diebus? ob id iuxta priorē literam legenda sunt verba sexti Epidemiorum, quod & Fucsius facit.

Sed neq3 omnibus fides tribuēda æqualis est: sed his qui ex alijs desumpserunt: quātum authores primi sentiunt tantū recitatoribus condonandū. velut cū Polybius apud Plutarchū quinto de placitis philosophorū cām assignare nititur dimidij anni: idest dierū.clxxxii. solis motū à tropico ad tropicum. nam hoc est falsum cū ex tertio magnę cōpositionis Ptolemæi sol inæqualiter per absidem moueat̄ & absidis oppositum. at tunc absis fuerat in Geminis, non in Cancri initio. nec Hippocrates etiā hoc dixerit. Simile est illud Auli Gelij dum exponit verba Hippocratis illa parum ante aut post fœtum edi posse ex libro περὶ τροφῆς illius. is nāq3 libro tertio capite.16. copiose hāc rem tractat: ac ex aliorum sentētia quasi nullū sit iuxta Hippoc. tempus præfinitū: sed liceat excedere paululū, vel etiam antecedere. sic & Sabini medici authoritas cū Hippoc. præcepta transgrediatur, octauū mensem illic non excludit: sed alibi senis dicta perquirenda. Varro aūt decimestres oīno exclusit ab hæreditate, in satyra: cum eodem iure illos recipiat quo & vndecimestres: Aristotelē subsanans. qui non solum decimestres, sed & vndecimestres recipiat. nam igitur deserendus est tantus philosophus ob iurgium Grāmatici. Simili in causa habenda sunt quæ à Macrobio scribūtur, in primo de somnio Scipionis. Nunqd enim ob id in dubiū reuocāda erunt phi verba atq3 Hippoc. & Galeni? ꝙ Macrobius dicat ex Coristij ⁊ Dioclis sententia, masculū in septem perfici septimanis, fœminam autem in sex? sed tantum habeat hoc dictum authoritatis aduersus Principes philosophorum & medicorum, q̄tum ēt Diocles atq3 Caristius, nō q̄tum Macrobius.

Sed & illud diligenter cōsiderandum: ordinē esse in

rebus;

rebus: vt quędã rariora: alia aũt frequentiora sint. nam plures morbi sanant̃ in quatuordecim diebus quàm in quatuor, vel quã in quadraginta. media enim extremis frequẽtius contingunt. ob id igitur quod vt Gelius refert D. Adrianus decretũ ediderit in quo testaret̃ se veterum phõꝝ ac medicoꝝ sententijs vndecimestrem partum esse legalẽ: mulieremq; honestã quæ post obitum cõiugis filium pepererat infamia liberauerit hæreditate filio permissa: num ob id, cum decemuiri decimũ mensem præfinierint edẽdo fœtui, vndecimestris partus naturalissimus vt ita dicam, censeri debet? nempe non. sed vt rarior velut ⁊ septimestris. qui vero decimo ⁊ nono maxime ꝟm consuetudinem: & minima naturæ violentia prodire creduntur. At septimestres solum ob id frequentiores, ac magis naturales vndecimestribus existimantur. ꝙ septimestribus indicia imaturi fœtus adsunt: vndecimestribus autẽ diuturnioris moræ quàm in vtero contraxerint nulla omnino signa adhærent.

Est etiam quod alias retulimus fides libri spectanda, quo ad materiam: nam quæ obiter tractantur nõ adeò firma sunt vt quæ ex composito. tum vbi de re ipsa agitur principaliter ibi summa authoritas. vt in libris de septimestri ac octimestri partu apud Hippoc. tum de historia & generatione animalium apud Aristotelem.

Vltimo etiã diligenter aduertendũ quinam sint veri ac certi autorum libri. nã nec liber de alimentis, nec secundus Epidemioꝝ, nec liber de carnibus Hippoc. sunt: sñia Galeni. quaobrem à nobis recte scripta est vita Galenĩ: vt Hippocratis non solum & Galeni, sed & Aristotelis Platonisq; tũ Ciceronis libri genuini ac veri ab apocriphis dignoscerẽtur. His ergo intellectis ad conciliandũ hæc dicta veniamus. ratio temporis fœtus ex tribus sumitur ex natura, ex astris, ex pythagorica cõputatione numerorũ. hæc omnia attigit Hippocrates: in libro de

fœtus formatione primú. in libro de ſeptimeſtri partu ſecuudú.in libro de octimeſtri partu tertiú. Quod ad nãm attinet: fœtus vt fortior fuerit & mater debilior, celerius perficitur vt Hippoc. & ratio ipſa docet. vnde decimeſtres oẽs inualidi ſunt: qm̃ non celeriter mouentur ad exitum,tardeq; perficiuntur. hac etiã ratione maſculi fœminis ſunt celerioris perfectionis: q̃q; accidat aliqñ oppoſitú. vnde Galenus aphor. quinta. 42. contingit enim aliqñ, licet ſit rarú, quòd concepta fœmina ſit mare robuſtior: & multis ac validis motibus moueaẽ. itaq; Hippoc. ex hac ꝓportione fœtus ad alimentú ſumpſit rónem tarditatis & celeritatis exitus fœtus. mulieres igitur quæ multú ſanguinis menſtrui reijciunt hora purgationis, diutius gerunt fœtú. alia vero etiam his ſunt ſigna cóſentanea tardius ire, tardius loqui, tardius etiã dentes producere, laxo corpore eſſe & imbelli. Sed Princeps adducit alias cãs vteri paruitatem. nã cum vterus talis fuerit, & fœtus fortis prodibit in. 7. menſe abſolutus: vel ad plus in nono. hæ cauſæ ſi vere ſunt gemini nunq̃. x. menſem attingent, alia ratio quæ ab ipſo adducitur vigeſimaprima tertij t. 2. cap. 1. in fine eſt: quòd qui mouetur in ſeptimo ad exitú, in nono naſcitur: & qui in octauo moueẽ naſcitur in decimo. ob id ẽt decimeſtres inualidi erunt, q: motú ex malo ſumpſerunt initio ſcilz menſis octaui, qui minime vitalis eſt. Auerroes auté in paraphraſi quarti libri de generatione aĩalium inquit. Natus in ſeptimo menſe eſt multæ caliditatis & humiditatis: & perficitur eius figura naſciturq; in hoc tempore qđ eſt minus tempus in quo poſſit perfici figura hominis. Sed qui naſcitur in nono minoré habet caliditatem & humiditaté quàm qui naſciẽ in ſeptimo: & ideo perficitur eius creatio in tempore longiori. hæ cauſę in vnú coincidunt: nã calido & humido accidit vt cito creſcat & ꝑficiatur & vt cito ei deſit alimétum. igitur Hippoc.

exprimit cām quæ est finis; Princeps propriam quæ forma est. Auerroes efficientē ꝛ mālem, hæc intelligunt de nāli partu. nam dantur septimestres violentia excussi: & hoc plerūq; frequentius est: de quibus dicebat philosophus ꝙ aliqñ deficiūt foramina illis narium, vel auriū, & experientia docet ꝙ quādoq; carent vnguibus & capillis. Sed quomodo hoc cū Hippocrates libro de natura fœtus dicat: Quando autem sumitates pueri ramos emiserint extra, & vngues & capilli radices fecerint, tūc iam mouentur: & tempus ad hoc est puero tres menses: puellæ aūt quatuor. sic enim plerūq; accidit. Sunt autē infantes qui ante hoc tempus mouenť. mouetur autem prius masculus eo ꝙ sit fortior fœmina; & primo quidem solidatur masculus eo qđ ex robustiore generatione fiat. qñ aūt mouetur infans tunc etiā lac matri apparet. Quare quomodo exire imperfectus potest septimo mense: non nisi q: hæc quāq; tertio vel quarto sumant gñationis initiū, non tñ nisi nono perficiunť. Causæ igitur celeris exitus fœtus sunt fortitudo eius: magnitudo in cōparatione ad vterū: paucitas alimēti: & humiditas cum caliditate. nam calor multus refrigeratione multa indiget: quam dum est in vtero assequi nequit. hæ sunt causæ gñales celeris exitus. terminum aūt singularē ex his nō licet præfigere in paruitate tñ est mensiū septem. vnde Princeps vigesimaprima tertij t.2. cap.1. & scias ꝙ mensis septimus est primus mensis In quo parit ipsum: & est fœtus fortis creationis, & cōplexionis: cuius creatio velox fit: & cuius petitio ad exitum velocior fuit. & multotiēs moritur natus infra hoc spatium: q: tolerat motus vehemētes cum debilitate creationis. Nāq; licet sit fortis in radice, est tñ proximi spatij cū creatione. ex hoc igiť conciliatur dictum philosophi ꝛ Principis qđ septimestres sint fortes rōne radicis: ꝛ debiles rōne spatij gestationis in vtero. Est aūt omnium natura cōstan-

tium certus terminus augumenti,& decrementi vt inqt phs:quare septimus mensis primus est, vltimus vndecimus,quo mulier vitalē fœtū edere possit.at cū hoc certū sit de magnitudine hoꝝ mēsium prius est disputādū.

Mensis quadrifariam dicitur, lunaris, & est spatium æquale illi quod inter duas coniunctiones solis ac lunæ intercipitur:eas quas astrologi vocant medias: de quibus Galenus tertio de diebus iudicatorijs.& primo Epidemiorū super verba illa(in Thaso)dixit ꝙ multis Græciæ ciuitatibus hic mensis est solēnis.& qđ Palęstini (antiquissima hæc gens est quam nos Iudęos à Iuda vocamus)hoc genere mensis vtuntur.& Censorinus de die natali narrat apud Græcos annum.355.diebus constare. Alphonsus etiā illum agnouit. constat igiť quòd si annus cōprehendit dies.ccclv.& menses.xii.qđ mensis est paulo maior diebus.xxix.cū dimidio.hoc genere mensis vtitur Hippoc. libro de partu septimestri sed nō cōputat menses integros vt videbimus.

Mēsis aliud genus est qđ solare dř.30 diebus cōstans. hic vulgatus est apud nos: de quo ēt Macrobius in saturnalib⁹.hic aūt multiplex ęqualis ꝯstans triginta diebus:quinq; recipiens intercalares in vltimo: vt anni reuolutio tota expleatur. aliqñ autem inæqualiter distributus est:vt qui in vno dies.28.in alio.30.in alio.31.recipiat.cuiusmodi est apud Romanos ⁊ apud nos ⁊ post Platonem ac Berosum apud aliquot Græciæ populos. hoc genere vsus est quicunq; dixit septem menses, dies continere.210. vulgi consuetudini potius quā exacte cōputationi subscribens. cum vt dictum est.7.menses sint dies.206.cum dimidio: nō.210.nā in fœtuum gestatione nunq̄ mensibus solaribus vsus est Hippocrates.

Mensis tertiū genus est à lunæ reuolutione, quæ in diebus.27.horisq; octo perficitur.hic quod sciam apud nullas gentes in vsu est.quod celerius gens quęlibet re-

ditum lunæ post solis coniunctionem dignoscat, quæ solo visu percipitur: quàm ad stellam aliquam vel punctum signiferi constitutum.

Mensis quartum genus est medicinale: de quo superius in hoc tractatu diximus. quã q; ne somniasse illum Hippoc. aut Aristotelem in hac causa constet. cum nec illius meminerint sed lunaris, menses ⁊iuxta lunarium magnitudinem computauerint.

Quomodo igitur hi menses, si septem fuerint, numerum.182.dierum perficiant, idest medietatis anni, sic intellige. sex menses vt dictum est dies.162. explent eo quòd mensis dicitur quotiens luna cogreditur soli: & illi etiã opponitur. hoc autẽ in.15.diebus accidere pót. reliqui aũt quinq; mẽses requirunt dies.29.& medium. quare in.162. diebus erunt sex coniunctiones, & totidẽ oppositiones luminariũ.quare erunt sex menses.qcquid igiť superest ad dimidiũ anni & est tẽpus dierũ.20.cum dimidio,& tribus horis,totũ illud de septimo mẽse est.

Tertia cõsideratio est ex numeris Pythagoricis. ⁊ est qđ hoĩs partus absoluiť quattuor decadibus septimanarũ. idest diebus.280.nã decem septimanæ sunt dies.70. ⁊ hoc q: hic numerus cõstat ex quaternario, septenario, & denario: qui oẽs sunt pfecti apud Pythagorã.licet diuersa rõne. ex his aũt inuicem ductis producuntur.280. & sunt menses solares æquales nouem & dies decem.

Considerat igitur Hippoc. tria genera temporũ partus: minimum maximum & medium. & in his perfectionem vltimam. vult autem quod in minimo consideremus menses, & astrorum rõnem: in maximo rationem Pythagoricam: in medijs autem vtrãq;.ratio autem naturalis oĩbus cõmunis est: quare vbi vna ratio concurrit tantũ tunc vitalis est: vbi duæ longe plus: vbi autem omnes hic absolutus est,& maxime vitalis.

His cognitis septimestres vitales sunt rõne mensium

à.163.die supra.patet q: sex exegerunt lunares mneses,& septimũ sunt ingressi:qđ si voluisset tantum natos.182. die esse septimestres,& vitales: debuerat computare sex menses lunares cópletos qui sunt.177.dies solum:& sic ad dimidiũ anni supererant etiam dies quinq3. ⁊ ita natus in dimidio anni dicetur septimestris tá hoc modo quam primo.igitur vult clare qđ natus.163.die sit septimestris.nec potes dicere qđ velit vt expleuerit dimidiũ anni & sex menses:ná sic poterat cóputare menses integros.ná vt dictum est vtroq3 modo æqualiter natus in dimidio anni septimestris est.Nec potes dicere quod ex hac cóputatione prima dando dimidium primi mensis pro mense,in viginti diebus reliquis qui supsunt ad anni dimidium, necessario cadat cóiunctio vel oppositio alia solis ⁊ lunæ vt sic sint septé menses cópleti.qui non essent cópleti ex secunda cóputatione dando sex mensibus dies.177. ná posset accidere quod in quinq3 succedentibus diebus nulla fieret cóiunctio,vel oppositio solis & lunæ:⁊ sic non cópleretur vel saltē non adderetur dimidiũ septimi mensis, quod necessario euenit in prima supputatione.162.dierum. Nam si propter hoc dixisset erat initium perfectionis.178.dies non.182. quia dando.162.diebus sex cóiunctiones & totidem oppositiones,in.16.diebus sequentibus quomodocunq3 acceptis necessario est vna coniunctio,vel oppositio:igitur in.178. erit absolutus septimus mensis: non in.182. solum fecisset etiá Hippoc. mentioné perfectionis septimi mensis,cuius non meminit.imo videt vti mensibus incópletis:⁊ qđ plus est nó adducit aliquid quo possimus coniectari illũ considerasse quod dies.20.qui supersunt ex septimo sint plus dimidio mensis lunaris.

Quđ si dicas cur igitur si.163.dies vitalis est, quia septimi mēsis initiũ,qui meminit dimidij anni ? ad hoc respódi quod vt.163. dies est primus vitalis in septime-

ftri: sic centesimus octuagesimus secundus est perfectissimi spatij septimestris terminus, illius nati qui in primis quindecim diebus suę generationis coniunctionē luminarium & oppositionem habuit. Ex hoc patet qd̄ verba Plinij corrupta sunt: & sic debēt legi. ante septimū mensem haud vnq̃ vitalis est: in dimidio aūt anni non nisi pridie postero'ue plenilunij die, aut interlunij cōcepti nascuntur. quis non videt hanc esse exquisitam Hippoc. sniam s̄m illos qui mensis septimi dimidiū vltra sex integros requiri volunt, ad hoc vt vitales sint? cum nos hoc tamen reprobauerimus. nam ad perfectionem talis numerus est necessarius, non ad vitam. quāuis vt diximus nati. 163. debilissimi: eo autem fortiores quo magis ad. 182. propinquius accesserint.

Lex autem. 182. diem pro initio termini vitaliū sumpsit eorum quos Plinius secutus est interpretatione decepta. vel dic ꝙ verius est legem semper esse de his quæ frequentius accidunt. at eorū qui ante. 182. diem & post clxiii. nascuntur, & si vitales existant, maior tñ pars moritur. ea causa qd̄ vix vllis accidit illoꝝ vt plenilunio, vel interlunio cōcepti sint. quare cum in. xv. diebus quatuor tantū sint vitales ⁊ qui perfectionē septimi mensis præstare possint: vndecim aūt non vitales, & in quibus non cōtingit sextum mensem totū expleri: ob id lex sic sanxit, vt. n. recte Tacitus sub Cassij ꝑsona dicit in omni lege necessariū est, vt aliquibus iniuria fiat: & insontes pro sontibus habeanť: sed legi ipsi sufficit vt multitudini bene cōsulatur. si quis tñ natus intra. 182. diem sex plenilunia, & totidem nouilunia obtinuerit, qd̄ in. 163. diebus ēt accidere potest, hic septimestris est, ac vitam licet non facile assequi poterit. Ex hoc patet quòd mensis septimi spatium est à. 163. die vsq; ad. 207. & sunt. 44. dies: & hoc accidit ex diuersitate cōgressus luminariū. nam potest & intra. 207. diem nasci octimestris, scili-

cet post.192.sed non ante: quia in.192.possunt compleri septem nouilunia, & totidem plenilunia & non ante, sed bene possunt etiam differri vsq; ad.207.diem. & ideo septimestres vsq; ad id temporis nasci possunt. qui vero.210.diem pro.207.scripserunt Hippoc. subtilitatē in hoc, vt nec in alijs plerisq; sunt assecuti.

Ex his patet ratio spatij cæterorum mensium: nam octauus potest incipere à.192. die, & finē habere in.236. verum vt solum à.177.ad.192.necessario septimestri nō alij mensi adnumerari pōt: sic à.207.ad.222. necessario octauo mensi spatium ascribitur: nam à.192.ad.207.cōmune esse pōt septimo & octauo mensi: & à.222.ad.236. cōmune esse potest octauo & nono mensi: sic vt modo quandoq; vnius sit, quādoq; alterius: non qđ vnq̄ possit spatium hoc simul duobus esse cōmune. nonus igiẗ mensis cū singuli dies.44.fermè cōprehendere possint, deducta horarum rōne, quas nunc in cōsideratione nō habemus, initiū habet à.222.& extēditur ad.266.verum vt in cæteris solū qui à.236.die nascitur, vsq; ad.251.nono mēse necessario natus est, eadem rōne dicimus mensis initiū habet die 252.& finem.295.solum vero natus à.266.ad.280.vere decimo mense natus necessario dicitur. nam & à.280.ad.295.natus vndecimo mēse dici potest. ex hoc patet quonā pacto decē menses dies.280.impleant ad vnguē: idest septem quadragentarias seu quatuor decadas septimanarum. Vltra tñ si nascatur à.280. die ad.295. decimestris est: modo non in plenilunio aut nouilunio pridiē ue aut postero cōceptus die sit: quare Hippoc. recte dixit decimestres & vndecimestres, eodem modo, ex septē quadragētarijs fieri. Sed & hoc alia rōne si quidē pridie vel ante parum quā menses sint defluxuri cōcipiat mulier natus.11.mense creditur: qui tñ nascitur intra.280.dies. cū enim adieceris dies.25.prioris mē sis, ad.280.fient dies.305.in quibus mulier non purgaẗ,

hi aūt sunt menses decē & dies decem: loquendo de lunaribus mensibus. solares etiā erunt decē ⁊ insuper dies quinq;: quare vtroq; modo vndecimo mense natus existimabit. Censorinus aūt putat decimū mensem initium habere die. 274. nam hic est primus dies quadragesimæ septimanæ & in totidem diebus sol partes. 270. signiferi peragrat verum hoc esse non potest: cum summa perfectio in fine habeatur. 40. septimanæ. hoc autem tempus decimi mensis postmodum ante, & post extēditur. ideo melius est dicere quòd decimestris perfectio est in diebus. 280. quia hoc tempus vt dixi est finis decimi mensis, & complementum septies quadraginta dierum.

Sed videntur quædā dictis obstare: primum ꝙ cum dicat Hippoc. in libro de natura fœtus: Hæc intuli hac de causa, vt declarem quod infantiū sit discrimen membrorum maximum quidē in puella dierum quadraginta duorum, in puero autem triginta: si igitur formatio est semper proportionata motui, & perfectioni: igitur hæc ratio mensium generalis esse non potest tā masculis quàm fœminis: videretur autem ex hoc cum tempus perfectionis sexcuplum tempori formationis sit, & minimum formationis sit dies. 30. igitur perfectionis minimum tempus erit. 180. dierum.

Propositiones etiam vniuersales ex sensu suscipiunt: sed hoc non constat quòd ante dies. 180. infans natus viuat: igitur non est statuendum quòd natus ante. 180. diem sit septimestris.

Philosophus etiam secundo de generatione & corruptione cap. 10. ⁊ omne tempus ac vita circuitu mensuratur: sed non omnis. nam alia maiori alia minori: quare non poterunt sex menses lunares si à circuitu sumātur, comprehendere pauciores dies quàm. 177. & ita extendetur terminus initij vltra. 163.

Ad hæc propositio illa tēpus motus duplum est tem-

pori formationis: primo nō est generaliter vera: nā nec est philosophi, nec Hippoc. nec Galeni. Princeps aūt qui eam dixit vt supra retuli: fatetur illá non esse generalē. Ideo ét Hippoc. 6. Epidem. videns quòd masculus citius formatur, nec tñ celerius fœmina nascitur: subiecit illa verba: (Quoniá citius discretum, motum, tardius crescit rursus) idest quātum acquisiuit masculus crementi in formatione, tantú post motum amittit tardius crescēs. Ad aliud constat quidem septimestres viuere: hos semp in plures dies mulieres referunt ob mēsium numerum: qui plerúq; addunt in opinione: si qua enim mulier pariat. 190. die, conceperit aūt. 20. die post menses, opinionem suscipit qō. 200. dies fermè infantem in vtero tulerit. Sed sufficit ad veritaté ostendendam exēplum vnum affirmatiuū: in negatiua autē non est possibile ostēdere nisi assumptis oībus exemplis. sicut sufficeret ostendere vnam aiam mortui, ad probandum φ anima superfit, nec negatiuā probare possumus, ex hoc φ nullā ostendere posse nobis liceat. igiť cum cōstet de aliqbus ratio Hippoc. potius spectāda fuit. Ad vltimum dicimus circuitus esse spectādos, vel etiam partes circuituum. nam non solum nouilunia sed etiam plenilunia magnā vim habent. in causis autem generationis & corruptionis plus facit vis syderis, quàm circuitus: in causa autem vitæ ac permanendi circuitus spectandi sunt.

Superest difficultas ex autoritatibus libro de carnibus: dicitur qō fœtus septimo die habet loca oculorū, nasum, nares, manus, digitos, pudēda, num hic liber potest dignus Hippoc. grauitate videri? repugnat etiá his quæ ille in libro de natura fœtus scripsit: dum ancillæ abortientis narraret exemplum. librum aūt de alimētis Galenus negat esse Hippocratis: similiter & secundum Epidemiorum vt in illorum expositionibus apparet.

Est etiá considerādum quòd menses cōsiderantur vt à

mulieribus cognoscútur: ideſt à purgationibus. videnť aűt hi conformes lunaribus, cű dicat Phs.7.de historia aialium cap.2. Profluuium aűt mulierum decreſcēte luna cõtingit: quáobrem nõnulli cauillo ſexum fœmineű lunæ tribuunt: qm̃ ſimul vt illa decreſcat & mulier purgetur: moxq; ambæ repleantur. & Princeps.9.de natura aialium cap.6. Mulieri accidunt mẽſtrua in initio menſis, vel in medio: & forte hoc eſt qꝛ luna qñ mutatur; ideo menſtrua lunã ſequuntur ex toto: & idem erit menſis lunaris ⁊ purgationis muliebris: & ideo vnius rõnẽ explicata cognoſciť & reliqua. Sed ſi obijcias qꝺ Auerroes.3.collectaneoꝝ.29. dixit. ꝙ minimum tempus interpolationis eſt dierũ.21. & maximum.30. qũo igitur purgationis tẽpus poterit cũ lunari menſe concordare, qui ſemper eſt dierũ. 29? rñdeo ꝙ concordia clara eſt: nam minimũ tempus eſt ſm ipſum quo purgať mulier dies vnus: maximum autẽ nouem. quãq̃ in textu dicať ſeptẽ, ſed eſt error: quod & Volateranus libro.24. ſenſit aperte, cũ dixit & extenditur tẽpus muliebris purgationis, ad dies octo, & quãdoq; qꝺ tñ rariſſimũ eſt ad dies nouẽ. ſi igitur maximũ purgationis tẽpus qꝺ eſt nouem dierum ad minimã interpollationem, vel minimũ purgationis tẽpus quod eſt vnius diei, ſuperaddať tempori maxime interpollationis, cõſurgent vtrinq; dies.30. quare cum Auerroes vt clarũ eſt exactam rõnem numeroꝝ nõ curauerit, manifeſtum eundẽ eſſe lunarẽ ⁊ purgationis muliebris menſem: ſi mulier ipſa nõ male affecta ſit. His viſis ratio eadẽ quæ ex luna ẽt in menſiũ purgationibus habetur. nã decimeſtres vocant mulieres cũ nouem mẽſtruis purgationibus caruerint: nouimeſtres autem cũ octo. ⁊ ſeptimeſtres cum ſex. ſi igiť mulier conci piat in medio menſis: iuxta lunæ plenitudinem: habebiť in.163. diebus ſex retentiones menſtruoꝝ: quare natus tunc mulieri videbiť ſeptimeſtris. ſi autẽ concipiat poſt

medium mēsis, videbitur ēt septimestris ante.163 diem: sed non erit vitalis: quia non est assecutus perfectionem plenilunioꝝ, aut nouilunioꝝ nisi edatur fœtus post dimidium mensis, in quo solebat purgationes mulier habere iuxta initiũ. quare breuissimũ spatium erit cum cōceptus fuerit in fine mensis ante purgationē. nam editus post dimidium mensis sextæ purgationis, viuere poterit: eritq; septimestris.163.dierum: idem si fuerit conceptus ante medium mensis parum, & editus post initiũ sexti mensis, summam tamē perfectionem assequitur in dimidio anni: quāq; prius sit septimestris etiā, & quod dico de septimestri dictum velim de alijs.

Ex hoc patet qđ si quis vellet tueri Polybiũ: posset dicere: qđ septimestris sit quotiens sol ex signo signiferi in illius oppositũ, qđ est à primo septimum transierit. hoc aũt in diebus.152. fermè contingere pōt: q̄; q̄; talis septimestris nō possit viuere, nisi cum habuerit firmitatē in vtroq;: idest disteterit aliquot partibus ab initio septimi, & à fine primi: velut si puer cōcipiatur sole existente in.13. parte Scorpij, & oriat̃ sole existēte in.3. parte Tauri, tunc natus erit.7. mense & tamen in diebus.170.

Eadem ratio tenet in decimestri qui in.280. diebus nascit̃, quemadmodum dictũ est: qđ potest videri ēt vndecimestris non tantũ iuxta.295. nã ponamus quod vigesima die à purgatione sit cōceptus puer: infra decē dies numerabitur mensis à muliere: cum videat se non pati purgationes: inde in.266. diebus præterit tempus nouē purgationum cōpletarum. igitur.275. videbitur explesse decem menses. si itaq; pariat.280. die, videbitur peperisse quinta die vndecimi mensis.

Quod aũt conceptiones fiant post purgationē multis diebus, declarat hoc modo: quæ debent concipere oportet vt vterus habeat sanguinē: quæ igitur copiose purgant̃ quanto copiosius, eo diutius: & quāto diutius

purgationẽ patiuntur, eo celerius vterus ſanguine replentur: quę igitur purganť tribus diebus tantũ concipiunt ſanguinis in decẽ diebus, & eſt menſis tertia pars, quod poſſunt cõcipere. requiruncť tñ dies decem anteq̃ꝫ poſſit cõcipere: & quæ purganť quinqꝫ diebus, requirunt ſaltẽ ſex dies, anteq̃ꝫ cõcipiant. oẽs igitur mulieres q̃ purgantur in vno die, vel duobus, aut tribus, cõcipiunt in fine mẽſis, vel in medio, vel ſaltẽ poſt decẽ dies. igitur oĩbus his longius tẽpus geſtationis in vtero ꝓgredi videť. & hęc interpretatio ꝓpior eſt veritati: alia aũt qđ vni diei tribuanť. x. dies, duobus aũt dimidiũ menſis, tribus duę tertiæ eius, eſt ꝓpinquior verboꝝ ſenſui textus Hippoc.

Verum ſi qs dicat qđ inconuenit vt mẽſes habeãt. 44 dies: rñdeo qđ menſis in nulla muliere põt cõprehendere pluſq̃ꝫ. 30. dies: ſuſcipit tñ variationem reſpectu diuerſarum, quæ quidẽ extẽditur ad. 44. ſicut ſignum cœleſte exoriť in diuerſis partibus anni, in omni parte diei: puta Aries nec tñ ſequitur quod Arietis ortus poſſit perdurare per totam vnam diem: cum nõ attingat ad duas horas in medietate noſtra habitabilis terræ.

Eſt ẽt cõſiderãdum ꝙ Ariſtoteles cũ dixit ſeptimeſtrẽ fœtũ eſſe magna ex parte infirmiorẽ: intelligit qꝛ maior illoꝝ pars violẽter, & caſu naſcitur: nã ſpõtaneus ſeptimeſtris vt diximus, fortior eſt nouimeſtri, ⁊ decimeſtri: ſed hic rariſſimus eſt, vt docuimus rõnibus ſupioribus.

Eſt autem differentia inter ſeptimeſtrem violẽter natum, & abortiuum: nam abortiuus dicitur qui natus eſt eo tẽpore quo nullo modo viuere poteſt, vt trimeſtris: & quadrimeſtris. & talis habetur à lege ac ſi nõ naſceretur: natus autẽ violenter ſeptimo menſe, & ſi parum viuat, abortus dici nequit: qꝛ tẽpore ſuo natus eſt. in quo ſi ſponte natus eſſet, aut minore cũ violentia ſaltẽ, viuere potuiſſet: talesq; mutãt inſtituta ſucceſſionũ plerũqꝫ.

Circa qđ ſciendũ eſt: ꝙ temporis prolixitas nunq̃ꝫ per

ſe eſt impedimento vitæ: ſed natura eã non patitur, breuitatem aũt natura fert, ſed illa vitæ obeſt: vnde quantũ ſit rõne temporis octimeſtris eſt vitalior ſeptimeſtri: & nouimeſtris octimeſtri: ⁊ decimeſtris nouimeſtri: & vndecimeſtris decimeſtri. Cauſa aũt quæ facit vt decimeſtres videãtur minus vitales, quàm nouimeſtres: eſt corporis magnitudo quæ laborem in naſcendo præſtat: ex quo affligitur fœtus. alteraq; tales vt oſtenſum eſt concepti ſunt plerũq; per paucos dies ante purgationẽ: vnde primã formationem impurã ſortiuntur. eſt & in his qui excedunt dies.280.ratio quadragentariaꝝ. octimeſtres igitur quãq; careant & rõne menſiũ, & quadragentariarũ, moram tñ diuturnam traxerunt in vtero: & ob id plerũq; etiam viuunt. & quidã nobilis habens duos filios eos habet ambos octimeſtres: & ambo in infantia vſq; ad extremũ vitę diſcrimen puenere. Si igiť ſit lex vt apud Armenios ꝙ maritus poſſit dimittere vxorẽ impudicã: ⁊ aliquis reuertens ex lõginqua regione cũ vxore cõcumbat per duos aut tres dies poſt iterũ habeat & reuertať, inueniens vxorẽ peperiſſe filiũ ſub certo tempore octaui menſis ſoſpitẽ, & iam tempore validiorem factũ, vxorem non põt vocare in ius. ob hoc ⁊ ſimiliter ſi vt contigit Romæ Gelio autore priuilegiũ ſit trium natorum (qđ nunc ſolũ in duodecim obſeruať) habeat aũt aliquis vndecim filios, & ex certa cõputatione exoriatur illi octimeſtris, duodecimus gaudebit hic priuilegio: ⁊ ſi protinus moriatur: & eodẽ modo mater enixa poſthumũ octimeſtrem viuum, illo paulo poſt mortuo, excludet agnatos ab hæreditate mariti; vbi ſeruatur lex vt mater filio ſuccedat. & cauſa in his eſt, quòd ratio naturalis præponi debet, cauſis ſumptis ex ſyderibus, & numerorum obſeruatione.

Et ſi quis dicat quis magis vitalis eſt, ſeptimeſtris, an octimeſtris: dico ꝙ ſeptimeſtris; q: habet rõnem nume-

ri, & morę, & si in mora vincać ab octimestri,natus aút intra.182.diem & supra.163.parú differt ab octimestri.

Ad id Phi quod fœmina tardius formatur,ac mouetur:ipse met rńdet per sequentia verba:& reliquá distinctionis effigiē breui tempore accipit: qđ etiá post ortú obseruat:celerius enim masculis fœminę adolescunt.vnde in totú Hippoc.Phs cósentire videtur.fuerunt quidá qui se explicuerunt ab his difficultatibus dicētes medicas ꝓpositiones esse tantú veras vt plurimú:non necessarias.Si per hoc intelligunt vt plurimú idest maiori ex parte tm̄,tunc medicina nó plus erit scientia quá ludus aleę:in quo cótingit vt plm recte agere:& nulla est tam fortuita res in qua si mentē adhibeas, nó liceat maiore ex parte diuinare.si aút per vt plm,velint tantú excludere illá exactam veritatē,ac necessitatem, quę habetur in mathematicis quo ad nos,& in sempiternis quo ad naturá:nemo hoc iure negare debet.verú in his non miracula sed regulæ pro lege habendæ sunt: neqʒ enim & si contingere possit quisquá filium post.14.à discessu suo natum mense,pro suo habebit:Vnde recte dixit Euangelista quòd Ioseph voluit dimittere Mariam, cum esset pręgnans,absqʒ suo congressu.stultum enim fuisset miraculum pręsupponere. Sed retinuit quia occultum miraculum,apertissimú ex angeli monitu confirmauit.

Argentum uiuum si in aurem cadat an plumbo extrahendum. Contradictio.9.



RGENTVM viuum si in aurem cadat debet extrahi plúbeo stilo dicebat Rasis,8.ad Almansorem cap.42.sed Princeps sexta quarti t.1.quinta prima cap.2.dánat hanc curá: hac rōne vel argentum viuum est in profundo & ad ipsum radius peruenire non pót: vel est insummo, & tunc salui & cócussione super partē

auris eijcit. Græci nõ loquuntur de hoc. verũtñ Paulus lib.3.cap.23.& Aetius lib.6.cap.75.de aqua medicata loquuntur: quæ cotto vel lana extrahi debet iuxta illorũ sententiam: quare ratio Principis posset debilitari. Sed tñ longe diuersa est ratio argenti viui, & aquæ: hos nullus concordet cum Princeps dicat & ille.

Acetum scylliticum an leniat asperam arteriam. Contradictio. 10.


SCYLLITICVM acetum iuuat asperam arteriã.2.can.ca.597.at cap.652.dicit qđ eam asperiorẽ reddit: cum ẽt prius dixisset quod confert vocis asperitati: verũ addit cũ melle sumptũ. at vero qđ iuuet declarat in secunda autoritate cũ dixit exasperat guttur, & duriorẽ illius reddit carnẽ. forsitan qs quærat iure cur duo capita fecerit Princeps imitaturus vt existimo Dioscoridẽ, qui lib.2. duo capita facit.159. quidẽ de scylla.160. de Pancratio, qđ est scyllę genus debilius. ob id scylliticũ etiam acetũ qđ maiore scylla cõstat iuuare poterit arteriã asperam, vincente vi scyllę acetũ. at qđ minore constat scyllã, potius exaspera bit, qñ in eo vincat vis aceti: porro qđ scylla raucedinẽ tollat Paulus declarauit in.3.lib. qđ acetũ excitet diffuse Gal. in libris de simplic. medicamẽtis. coniunctis igit̃ gñibus diuersis maioris minorisq; scyllę clara est oñia.

Lactuca an calefaciat an sanguinis & lactis copiam generet. Contradictio. 11.


LACTVCA cum in sanguinẽ conuertit̃ plurimũ operationis eius est calefacere secunda primi doc. secunda summa prima cap.15. oppos.2.can.t.2.cap.449. vbi reprehendens eũ qui dixit qđ est frigida in tertio tãdem statuit eam frigidã in secundo quibusdã videntur

detur hę dubitationes leues:cū ipse Princeps eas dissol uere videatur. Sed tñ non sunt cõtemnendæ cū facilius sit inuenire,quàm diluere:ergo quibusdá satisfactū videtur cū dixerit qȭ calefacit: qm̃ plurimum generant sanguinē:est aūt sanguis natura calidus ob id augumentum nāli calori præstare videtur.ad hoc facit ꝙ Dioscorides libro.2.dicat,eá generare lactis multitudinē.quare ēt sanguinis:siquidē lac est sanguis ad albedinē commutatus Plinius ēt lib.20. sanguinē plurimū generare credit.sed hác responsionē Galenus.2.de alimentis euertit, negás eam sanguinem multū producere. forsitan in hoc Dioscoridē defendemus,dicentes illá lac generare, non sanguinem:sed rñsioni obstat Gal.5.de simplicibus medicamentis cap.21. qui lac generantia ēt in calida & sicca mala intemperie,calida vult esse,et humida.Sed ad primá reuertamur contradictionem: nã & Dioscoridi Plinius aliqñ subscripsit, ratus eam herbam nutricibus cõmodissimam, qȭ multū ac boni alimenti lac illis suggeret.cõstat itaq; non sic lactucá calefacere: alij dicunt qȭ calefacit q: ⁊ si sanguinis parum generet, illud tñ parum augumentū facit in nāli calore.at vero num intelligunt de sanguine temperato? hoc non: nam Princeps subijcit qȭ talis sanguis per tēpus declinat ad frigidū,⁊ humidū: vel igitur auget calorē in sanguine,vel in toto: nó in sanguine cū sanguis ille sit frigidior temperato: nec in toto,cū plus generet de humoribus frigidis, quàm de sanguine, aliter vt Galenus vult.2.de alimētis esset alimentū absolute bonū non in cõparatione tantū ad olera. Dicetur:qȭ auget calorem naturalem extendēdo ipsum ad maiorē materiá,& non augēdo illius qualitatē,vt fiat intensior:⁊ hoc modo calefacere dici poterit: ex hoc sequitur qȭ ímoderatus eius vsus nocere nó poterit:q: semper augebiť calor,vbi concoquatur. si dicas quod nimiū refrigerabitur sanguis, igiť talis auctio

nihil prodeſt poſtquã minus de calore adeſt. reſpõdeo quòd calor eſt minor in cõparatione ad materiã:in capite.249.Serapionis ex Galeno corrige:vbi dicit lactuca & ſi generet ſanguinem multum,non tamen malum: lactuca & ſi non multum ſanguinem generet.

Mala granata an uẽtriculo noxia.Cõtradict.12.


ALA granata nocẽt ventriculo.2.can.capi.320.& cũ hoc grana granati nocẽt ventriculo dicebat ille:& tñ prius laudauerat illa:dicens quod dulcia conferunt ventriculo, ꝑpter leuem vim quã habent aſtringendi:& cũ hoc cum videat̃ damnare acetoſa in vtroq; caſu, ibi dat tamen illa.16.tertij trac.p̃ cap.4.in fine, in cura fluxus cum cotoneis tanquam aſtringentia. Raſis tertio ad Almanſorẽ.20.Granata remouent vomitum. & Auer.quinto collectaneoꝝ.40.Mala granata habent mirabilem proprietatem in prohibẽdo putredinem in ventriculo,ſed hæc nihil ad rhombum.nã dictum Principis videtur eſſe de ventriculi ſubſtantia.Galenus.2.de alimẽtis recitat Hippoc.dictũ.2.epidem. poſt initium de Charionis vxore, quæ liberata eſt à cordis dolore, ac vomitu. illud adijcere videt̃ Princeps ꝙ acetoſa ventriculo noceant:nam Galenus ea non ſic exprobrat: quin laudet quæ ſint guſtu iucunda:grana tñ nocent ventriculo nõ q; ſubſtantia praua : nãq; Dioſcorides cap.127. primi libri hanc diluit difficultatem:omnia enim punica mala ventriculum iuuant, pręſertim dulcia:acida vero ęſtuanti ventriculo magis conferunt: ob id leuitati inteſtinorũ proſunt, Principis autoritate. acini autem in ſole ſiccati ac in puluerẽ redacti diſtillationibus in ventriculum auxilio ſunt. nihil igitur aliud Princeps voluit niſi vt ab acinis recentibus, & à ſucco vehemẽter acidorum abſtineremus.

Mala punica an uētriculo noxia. Cōtradict.13.



ALENVS primo de alimentis cap.1.iuxta initiū: Semel dūtaxat de quaq; re scribere soleo,non eadem in multis commentarijs passim:inculcans.at prima aphor.12. vt pro infinitorū exemplo vnū adducam: repetit dicta.atq; idē quotiens? nā in libro de proprijs libris, recitat quotiens de eadē re tractauerit:præcipue de dissectione:prima igitur autoritas intelligēda est,de modo tractationis. cūq; assecutus fuerit perfectionem.

Lilium an uētriculo inimicū.Contradictio.14.




ILIVM nocet ventriculo & ꝓprie oleum eius.2.can.cap.444.at.13.tertij trac.5. cap.3.laudat oleum de lilio in ventriculi inflatione.quidam emendauit de nigella: & est Melanthium. Galenus autē octauo de medicamentis secundum locos dum composita Andromachi refert penultimum auxiliū ad ventriculi dolores,ex Nicostrato habere Iridem:⁊ in Asclepiadis auxilijs quę exterius applicantur,medicamentum Poliarchi iuxta finem eandem recipit.data etiā est regula à Galeno.7.artis curatiuę,cap.4.quòd odorata omnia vidētur auxiliari uentriculo, vt talia sunt non repugnante qualitate. respōdeo Nigella pro lilio legēda primo est: exterius aūt nihil prohibet lilij radicem prodesse,iuxta Galeni generale præceptum. est enim non parum odorata. immixta etiam alijs dolorem leuare potest. vnde etiā chrisobalanum & mandragorā huius causa odoratis admiscemus:quæ tñ quantum possumus iuxta Galeni præceptū vitare debemus.porro inter stomatica medicamenta,Galenus Iridis radicē refert,vt pote aromatis vim habentem.7.artis curatiuæ si exterius adhibeaē.

Lens an frigida. Contradictio. 15.



ENS calida est & sicca, Galenus libro de regimine victus priuato℞ com.2.at in octauo de simplicibus medicamentis cōnumerat eã inter temperata simplicia. Serapio ex autoritate Hippoc.6.epidem. dixit eam esse temperatã in caliditate: si modo declinat, ad calidũ declinat: de siccitate nõ est ambiguitas. ve℞ Hippoc. verba aliud sonãt: inquit enim paulo ante medium eius libri ψυχρότατον βρῶμα, φακοὶ, κεγχροὶ, κολοκύνθαι. Galenus cõmento.33. quintæ sectionis exponens: negat lentem frigidam esse. quonã igitur pacto frigidissimo esse poterit: imo ad calidũ declinare lentẽ existimat. quo fit vt apud Serapionẽ legi debeat. Et dixit Galenus.6.epidem. cum cortice igitur calida est, excorticata temperata.

Coriandrum an frigidum. Contradictio.16.



ORIANDRVM ex terrea parte ac tenui tum aquea tepente substãtia cõpositũ est: inquit Galenus.7.de simplicibus medicamentis cap. proprio de corianno. Princeps.2.can.cap.144. reprehẽdit Galenũ dicens: quòd aquea substãtia frigida est de se: quòd si tepida sit, erit hoc propter substantiã subtilem quę celeriter separatur. Secundo reprehẽdit eum q̃ dixerit contradicens Dioscoridi ipsum nõ esse frigidum: nam illius frigiditatem cõprobauit etiam Ruffus, & Archigenes clarĩ medici. adducit aũt rõnem, succus eius interficit infrigidando, igit̃ non põt esse absolute calidũ: sicut ipsum posuit Galenus. q̃obrem statuit ipsum calidũ modice: sic tñ vt caliditas illa esset ex partibus subtilibus facillime & celerrime euanescentibus: siccũ vero in secundo. cum vero dixit natura frigidũ est in fine primi, vsq; ad secun

dum,loquitur de mente alioꝝ. Quia tñ Galenus adducebat contra Dioscoridem argumẽtum, dissoluit dura apostemata & non conuenit herisiipelati,nisi permixto ex materia frigida, aut iam in declinatione existenti:respondet ꝙ hoc est à proprietate.& ꝙ frigiditas eius cõiuncta parti calidiori, ad profundũ penetrat.hoc etiam secundũ argumẽtum aduersus Galenũ adducit Serapio capite.34.& quãq; videatur validũ,non tñ viderũt Arabes, quod eadẽ solutio stat pro Galeno,quæ adducitur pro Principe ⁊ Dioscoride:dicet enim Galeno ꝙ interficit,non quia frigidũ in vltimo, sed q: corruptiuũ humani spiritus. caliditate enim penetrare facit malã quã habet qualitatẽ.ideo hæc rñsio magis militat pro Galeno,quã pro Dioscoride.neq; vero existimandũ est Galenum latuisse hanc letalẽ coriandri vim,quã non solum libro.6.cap.9.enarrat Dioscorides,vbi de venenis agit: sed etiã in capite proprio vbi à Gal.reprehendit̃.turbat autẽ sensum admodũ ebrietatis cuiusdã vt fatetur Dioscorides.quare nõ frigidum hoc dicemus venenum,sed potius occulta qualitate homini infensum.iusteq; ⁊ audacter Galenũ ab infamia liberabimus. nã qꝺ ad aqueã substantiã tepentem attinet,nemo ignorat illã non simplicem esse sed mixtã:nam talem acribus medicamentis inesse necesse est, vt habet̃.4.de simplic. medica.cap.19. At dicet quispiã,Princeps ipse frigidũ fatetur in secundo,siccum in tertio:tractatu secũdo de viribus cordis. ego hanc autoritatẽ nulli facio:qñquidem tractatus ille potius esse videatur filij Viregi:inuẽtus inter libros Principis,vt solent aliqñ libri sine titulo inueniri.phrasim enim nõ redolet Principis:quicquid sit,si modo liber ille apocriphus nõ est, ab Auicẽna ante canonis librum cõpositus esse videtur.Sed mirum est de Rasi qui tertio ad Almansorẽ.17.ponit illud frigidũ.&.23. continẽtis cap.651.ponit calidum. & rñdet pro Galeno Dio-

ſcoridis rõnibus,recitatq; Ioannitium dicentem,q̃d eſt calidũ,Hippocratis autoritate quæ habetur 2.de victus rõne verba aũt ſunt:coriandrũ calidum eſt,ſiſtit,cruditatẽ diſcutit,ſomnum facit,poſt reliqua cibaria ſumptũ. Auerroes etiã ipſe.5.collectaneoꝝ.in dictione cusbera, calidum ipſum ſtatuit.differentiam tamen habere oportet ſucci, & ſubſtantiæ viridis & ſicci.

Coriandrum an comitiali morbo conueniat. Contradictio.17.



IVXTA illud quęri ſolet an coriãdrum comitiali morbo cõferat, vt.2.canonis capite ꝓprio. at prima.3.trac.5.cap.11. iuxta principium & ego vitupero coriandrũ,& eius multiplicationem niſi in ſanguinea & billioſa epilepſia:quare non videtur eſſe calidũ, ſed frigidum:nec cõuenire rõne morbi, ſed vapoꝝ aſcendentiũ. Sed q̃uo hoc cum ſomnũ prouocet?& noceat oculis,& inebriet ſuccus eius? propterea videant qui eo vtuntur ad cõprimendos vapores: vt in traʒea appellata Mediolani:in qua ingredit̃ cinamomũ, coriandrum, citraria, adeò vulgata. conſtat enim q̃d addit in cãm replendo cerebrũ.Sed hoc trãſeat,cum inter multos error ſit minimus:volui tñ monuiſſe. ſi aũt in parua quãtitate pro vehiculo bonũ. Sed dicent quidam Serapio autoritate Alexandri dicit quòd confert morbo comitiali à ventriculo, prohibendo vapores. ego Apud Alexandrum Trallianum nihil tale inueni: verum cum ſexcẽta habeamus quæ vapores haud dubie,& abſq; noxa, & abſq; periculo comprimant: cur in tam euidenti dubitatione, ac periculo,coriandro vtemur? quod conſtat vſu diuturno cerebrum non mediocriter offendere.

Atra bilis an ſanguinis fex. Contradictio. 18.


VMORES quatuor ſunt bilis,ſanguis, pituita, melancholia.prima primi doc.4. cap.1.vnde poſt mediũ,ponam autẽ verba propria:Cholerę aũt nigræ alia nãlis,alia non nãlis ſuperfluitas. Naturalis eſt boni ſanguinis fex,& ipſius reſidentia, cuius ſapor inter dulcedinẽ ⁊ ponticitatem exiſtit:ita q̃ quatuor humorum primus eſt ſanguis,ſecundus bilis,& in his nõ eſt dubitatio,tertius eſt pituita,quartus aũt melãcholia ſiue niger humor, de pituita eſt difficultas in generatione, ſed in melãcholia difficultas eſt de ſubſtãtia. Rurſus igitur in eodem capitulo inferius loquens de melãcholia præter nãli dicit.alia aũt eſt cinis melancholiæ nãlis:& rurſus capite.2.eiuſdem melancholię aũt hypoſtaſiuę cauſa efficiens eſt calor tẽperatus.2.aũt primi doc.3.cap.7.dũ ponit ſigna quatuor humoꝝ abundantium cholerã nigrã vocat:quã ſi exiſtimat atram bilẽ cum ſupponaẽ quartus humor,iam contradicit ſupioribus. ſi aũt fecem ſanguinis,oſtendemus dicta Galeni de hoc.item quarta primi cap.4.exemplificans de medicina purgãte dicit de illa quæ purgat melancholiã ſolam,relinquẽdo alios humores. Idem prima.3.trac.1.cap.29.cum mãm euacuare volueris:iuxta mediũ.declarat ea quæ purgant caput laborans bilẽ:inde ex pituita:⁊ poſtmodũ ex melãcholia: ⁊ generaliter oĩa Principis dicta ad hoc tendunt. vnde primo canticæ.67.⁊ ſequentibus ſitus cholerę nigræ eſt in ſplene,nec eſt falſa opinio iſta.turbulentia aũt ſanguinis nãlis eſt:quælibet aũt ab iſta præternãlis. quæ proculdubio generaẽ ex aduſtione ⁊ cõmixtione aliorũ humorum. Auerroes in cõmento cõfirmat dictum & dat rõnem:ſicut enim bilis flaua trahiẽ à poliſeli,ſic quæ eſt vt fex ſanguinis à ſplene. iam vero declarauerat in verbo.56.q̃ corpus noſtrũ quatuor conſtat humoribus: ſanguine,bile flaua,pituita,⁊ melãcholia:hic aũt decla-

rat quænā ſit melācholia quæ eſt quartus humor: cum iam de alijs dixiſſet idē confirmauit: Auerroes.2.colle-ctaneo℞.1.iuxta finem ⁊ Haliabbas.1.theoricæ.25.ponit nigrā choleram nālem frigidam & ſiccā, ſic ſe habētem ad ſanguinē vt fex ad vinū. At vero aliter videt ſenſiſſe Galenus qui non fecem ſanguinis, ſed atram bilem facit quartum humorem: vnde.2.de alimentis Hippoc.verba recitans dicit, πρὸς δὲ τῷ, διττὰς μὲν χολὰς ἀναμεμίχθαι τῷ αἵματι διὰ παντὸς ὠχρὰν καὶ μέλαιναν. ideſt duas quidem biles per totū ſanguinem immiſceri flauā & nigrā. & rurſus ὁπόταν γὰρ πίνη τις φάρμακον ὅ, τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χολὴν ἀμέει, ἔπειτα δὲ φλέγμα, ἔπειτα δὲ ἐπὶ τούτοις χολὴν ἐμέουσι μέλαιναν. ideſt ſi qn̄ quis biberit medicamentū qd̄ bilem ducat: primo quidem bilem euomit, poſt pituitā, poſt hæc aūt nigram educit bilem. Inferius vero dicti rōnem reddens inquit βαρυτάτη γὰρ αὕτη καὶ παχεῖα καὶ δυσκίνητος. Quod eſt, grauiſſimus enim hic eſt denſusq; ac motu difficilis. in his omnibus obſeruare decet quod χολὴν hunc humorē ideſt bilem vocat: nō ſimpliciter humorē nigrum, ſed bilem nigrā. fateturq; eū toti immixtū eſſe ſanguini: tum vero qd̄ hī verterunt interpretes modo atram, modo nigrā bilem nihil afferre differentię. quādoquidē apud Cræcos hoc vno nomine conſtet qd̄ eſt μέλαινα ideſt nigra. ſola igit̄ dr̄ia videtur ex hoc qd̄ eſt humorē eſſe nigrū aut bilem nigrā. iam enim hic ſole clarius liquet quartū humorē atram eſſe bilem. modo audi quæ dicat tertio de locis cap.7. Sed ea quā feci craſſæ ſimilem eſſe dixi, in terram effuſa non inducit feruorem, niſi forte in ardente febre ipſam præaſſari cōtingat. neq3 vlla etiā acida qualitate participat. tūq; ipſam nominare cōſueui melancholicū ſuccū: aut melancholicū ſanguinē. Hęc enim meo quidē iudicio nō recte atra bilis appellari pōt: &.4.aphor.21. ſup illud deiectiones nigræ qualis eſt ſanguis. cū inquit

περὶ τῶν διαχωρημάτων αὐτῶν νῦν ὁ λόγος ἐστὶν, ἅπερ ὀνομάζεται μὲν ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν μέλαινα, μέλαινα δ' ἀκριβῶς οὐκ ἔστι χολὴ, τὸ γὰρ δριμὺ καὶ διαβρωτικὸν, καὶ ὀξῶδες οὐκ ἔχει. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον οὐδὲ ζυμοῖ τὴν γῆν ἐγχεόμενα κατ' αὐτῆς, ἀλλ' ἔστιν ὥσπερ ἂν εἴ τις εἰκάζων εἴποι σαφῶς, οἷον ἰλύς τις αἵματος οἵα καὶ τοῖς παχέσιν οἴνοις καθισταμένοις ὑφίστασθαι πέφυκεν ἣν ὀνομάζουσι τρύγα.

Quod est, de deiectionibus nunc ipsi est sermo, quæ à priscis quidem medicis nigræ vocanť, bilis vero nigra exquisite nó est. nā acre ⁊ corrodens ⁊ acidū non habét multo vero magis neq; in terrā effusæ bulliunt: veꝝ est sicut si quis eius describēs imaginem manifeste, diceret veluti sanguinis limus, qualis & vinis crassioribus iam consistentibus solet subsidere quē fecem nominant. His nō obscurū est ipsum sentire aliam esse sanguinis fecem alium aūt humorem atram bilem nā fex sanguinis tum cętere superfluitates humores non sunt sicut nec aquositas. vnde prima aphor.2. cónumerans humores & quæ continentur in venis enumerat primo pituitam,& post vtráq; bilem, post sanguinē, & serosam superfluitatem. inquit enim καὶ δὴ καὶ ὀῤῥὸς αἵματος, ἐκείνου. & si serosa sanguinis,ipsa.adijcitur superfluitatibus & excrementis suum quasi substantiuū:non aūt humoribus. neq; enim cóuenit dicere bilis sanguinis,aut pituita sanguinis,sed serosa sanguinis pars.fex sanguinis,& similia.differt igitur nigra bilis à sanguinis fece. est etiā nigra bilis frigida & sicca,sanguinis fex humida ⁊ calida:sicut & fex vini,& olei suoꝝ humorum nām agnoscunt. nō est igitur fex sanguinis atra bilis. humores ēt actu distinguuntur apud Galenum qūo igitur atra bilis,pars sinceri sanguinis esse potest? nec daretur quartū genus febris quia fex non separatur à sanguine. Sed argumētationibus omissis,seriē Galeni inspiciamus, vbi rem ipsam vt alias diximus accuratissime pertractat.cum itaq; in libro de atra

bile,cap.2.descripsisset sanguinẽ quòd sit ruber colore, ac concrescat: Mox serosam superfluitatẽ quæ illi innatans inuisit,post subiungit: Porro similis crasso atroq; sanguini humor cõspicitur alius,quẽ vomentes & deijcientes sæpe excernunt: nec tñ quãuis multo tẽpore sub dio habeat gelascit. atq; huius quidẽ ipsius interdũ sensus vomentibus prouenit acidi simul atq; acerbi : qñq; vero nullã quæ percipi queat qualitatem habentis. post in tertio capite digressione peracta inquit qm̃ igit non cõcrescit ab atro quidem sanguine distincta est : non tñ & ab his quæ proprie nigra nominãtur: nã & talia sępe numero vomunt & deijciunt,quæ ab atra bile quãplurimum non solũ facultate,sed ẽt qualitatibus quoq; sensibilibus differãt: quippe hæc neq; accerbitate,neq; acore,manifeste participãt: cum bilis atra tum gustu ipsam vomentibus, tum olfactu non illis solũ sed alijs quoq; innotescat.quin ne terrã quidem vt illa fermentant.Sed quãuis in hoc quoq; aceto similis acerrimo sit crassis tñ substantiæ partibus,pugnãtissime disposita est.Ergo ꝙ atra bilis alia sit à sanguine satis clarũ est:tñ eius fece. nã sanguinis fex concrescit,non solũ sanguis: cęteri humores nõ concrescunt: nã & phs cum cãm redderet cur sanguis coeat.3.de natura animalium.19.&.2. de partibus.4.dixit.q; fibras habet.ob hoc detractis fibris, non amplius coit sanguis : neq; igitur humores alij coeunt à sanguine,neq; atra bilis cũ sit humor : nõ est igit atra bilis sanguinis fex.Auerrois etiã sententia humores potentia tantũ in sanguine sunt, cum corrumpuntur: at vt vas fellis bilem flauã continet.3.collectaneoꝶ.4.sic lienis atram : ob id igitur iuxta Auerrois sñiam atra bilis quæ actu in nostro est corpore,nullo modo in sanguine continet. at quæ potentia est quis dubitat, magis ex crassiore sanguinis parte cõstare illam quã ex alia? Galenus ẽt reddens rõnem cur natura nullũ vas peculiare

pituitæ cōstituerit.2.de nālibus facultatibus cap.9.dicit qm̄ sanguini pituita immiscet. at si eodē modo atra bilis sanguini cōmiscenda fuit,nō opus fuit liene, vt ab ea sanguis expurgaret. si enim bilis flaua sanguini imixta illum reddit impurum,quonā pacto atra quæ flaua longe deterior est sanguini pōt immixta esse? Sed iam clare loquentem Galenū audiamus.2.de nālibus facultatibus cap.9. iuxta medium:In sanguine generando quicquid abunde crassum ac terreū ex cibo ꝑ natura in nutrimento fertur nec cōmode à nāli calore alteratur, id lien ad se trahit: Quod vero assum vt sic dicam vsumq; nutrimenti est,fuerit sanè hoc calidissimū, in eo atq; dulcissimum,qualia sunt tum mel tum adeps id cum flaua bilis factū est,per vasa vocata fellis expurgatur.inde sequentibus verbis paulo post. Pari modo & id nigri succi qđ nondum illā velut ebullitionē fermentationemq; terrę efficit est nāle:quod aūt in talem mutatū est vim,ac speciem,id iam præter nām est:ceu qđ ex vstione non naturalis caloris acrimoniā adsciuerit:ac veluti cinis quidā euaserit:sic quodāmodo fex vsta à non vsta dissidet.illa nāq; admodū calida est, adeo vt carnē vrat liquefaciat ac corrūpat: altera quæ nondum exusta est vim habeat refrigerandi siccandiq;.demū post pauca verū seri genera quæ in succis habentur, omnia sunt excrementa, purumq; ab his postulat esse corpus animalis:ea vero quę prædicta sunt vsum aliquē naturæ conferunt: & qđ crassum est, & qđ tenue purgaturq; ab ijs sanguis, tum per lienem tum per eā quæ iecinori subest vesicā.Seponitur vero tanta talisq; portio vtriusq;, quanta qualisq; si in totū ferretur animalis corpus,noxam aliquam inferret. Quod enim est crassum ac terreū ac prorsus eam quæ fit in iecinore mutationem subterfugit,lien ad se trahit: Quod vero mediocri est crassitudine idq; absolutum iam est, id in totū corpus fertur; requirit enim sanguis

in nō paucis animalis particulis crassitudinē quādam: æque vt arbitror & quæ in ipso ferunt̄ fibras. His explo ratis & quæ in. 4. capite libri de atra bile subijciunt̄: q̄ ipsa cum in corpore fuerit vehemētissimos excitat mor bos, cancrum, lepram, ac talia: vt ēt difficultas intestino rum si ab atra incipiat bile letalis fit: intelligendum est iuxta Galeni sn̄iam, nomen atrę bilis tria significare: hu morem simul cū sanguine genitum qui in venis cōtine- tur: & de hoc non verum est ꝙ incipientibus morbis si appareat, fit letalis: nec difficultas intestinoꝝ ab ea inci- piens mortē affert. rarissime tn̄ accidit hoc q: vix à san- guine pōt separari. ideoq; sine violentia nō excernitur: apud Auerroem tn̄ hic humor nō est, sed sanguis niger tantum & in hoc sensu veteres post Hippoc. tn̄ intellexe runt atram bilem. ideō Gal. 3. de locis hanc significatio nem ⁊ nominū institutionem ad Hippoc. consuetudinē restituit. est & atra bilis quę à liene secernit̄: quam haud dubie Auerroes ⁊ Galenus humorem actu esse volunt. sed & his vt nālis sæpe expellit̄. & in difficultate intesti- norum, & in initijs morboꝝ: & tn̄ sine noxa: melius tn̄ ab Hippocrate dicitur nigrū sine bilis adiectione, vt in aphor. 21. par. 4. deiectiones nigrę: & ibi, infra aūt nigra deiecta bonū est. ⁊ ego sum expertus hoc anno difficul- tatem intestinoꝝ adolescētulo sic exortā, nullum timo rem attulisse: quāuis copiosum ēt emitteret sanguinem. quia atra bilis hæc nālis est, & de hac loquitur Galenus & Auerroes cū quatuor humores enumerāt. sed in hoc differunt ꝙ Galenus primā exquisitius humorē esse pu- tat, secundam aūt Auerroes: qui primā, humorem esse alium neget à sanguine. Tertiū genus atræ bilis est q̄ exustione vel putredine corruptū est. ⁊ de hoc loquitur in aphorismis, vbi eā letalem semp pronuntiat. de hac etiam Galenus sola, diserit in libro de atra bile. hic autē non est quartus humor: nisi humoris nomen extenden-

do ad prẹternaturalem: cuiusmodi etiã vitream pituitã humorẽ dicere possumus. Ad argumẽta dicimus atram bilem per se siccam & frigidam: nec sic omnino est sanguinis fex, sed vt cinis quidam: sanguis aũt ater ac niger fex est reliqui sanguinis: sed hic calidus ac humidus mo dice est, velut ⁊ vini fex anteq̃ exiccetur: & olei amurca dum humida est. humores aũt in sanguine distinguunt͂, & sic vt vnus est spuma, sic alter fex, vt. 2. nãlium faculta tum cap. 9. reliqui extra venas etiam distinguuntur: qui autem est in splene, nõ est amplius fex sanguinis, sed pro priam nigram substãtiam habet. ex hoc patet quod dan tur quatuor genera febriũ tam in venis q̃ extra. ad Galeni autoritatẽ nõ vt immisceretur sanguini caruit vase proprio pituita, sed vt per vlteriorẽ coctionem trãsiret in sanguinem. ob id atra bilis cum esset sanguini permi scenda, nec posset coctione melior effici, indiguit ꝓprio vase: vt quod feculentũ esset expurgaretur. nec bilis san guinẽ vitiat: imo & ipsa illi est necessaria: quare atra bilis nisi exuperet nimia quãtitate sanguinẽ non corrum pit: imo illi est necessaria: vt ex vltimis Galeni verbis de duximus: apud Auerroem tñ est alia ratio cum vt diximus fex sanguinis nõ sit humor actu, sed atra bilis tota in liene cõtinetur. ad id philosophi ꝙ solus sanguis cõcrescat, dico ꝙ per sanguinẽ intelligit aggregatũ ex humoribus quatuor, in potentia, vt vult Auerroes: aut in actu vt Gal. & ita fex sanguinis concrescit, vel q꞉ est atra bilis solũ in potentia, vel quia vt in venis continet͂ non dum peculiare nomẽ humoris sortita est: si igitur expo nas Philosophi dictũ mutatis verbis, non sñia, oĩs tolli tur difficultas: hoc modo: solũ qđ in venis continetur, effusum concrescit: nã hoc apud oẽs verũ est, seu dicas humores in venis contineri, seu solum sanguinem. Sed atra bilis quæ in splene cõtinetur est humor alius oĩno à sanguine, ideo non cõcrescit nec est de eo difficultas.

Atra bilis an à calore tẽperato. Contradictio. 19.



X his emergit dubium qm̃ Gal.3.pronosticoꝝ.28. reddens rõnem cur post ætatem consistentiæ aduenient quartanæ: dicit.q: in ætate cõsistẽtiæ à calore generatur atra bilis: quæ anteq̃ euanescat, longo indiget tempore. vel igitur loquitur de genita in iecore quæ est quartus humor, & sic non erit hæc atra bilis, fex sanguinis, loquendo de ea quæ est etiã naturalis. vel loquitur de præternaturali, & sic nõ est verũ quod non possit cõsistere in corpore humano sano quin erodat membra ob suã acredinem, vt dicebatur de atra bile à Gal.c.4. propterea dico quod atra bilis ẽt naturalis fit à calore vehementiore dum agit in mãm crassiorẽ. ⁊ ideo nõ est verũ quod omnis atra bilis nãlis, fiat à calore temperato. Sed ad dictũ Principis rñdetur quod per calorẽ temperatũ oportet intelligere mediocrẽ: qui rõne siccitatis tñ operatur atrã bilem. Sed hæc nõ videtur mens Galeni q: fieret magis in ætate decrescẽte. Cõciliator autem dĩa.32.⁊ si nõ viderit locũ vidit tñ difficultatem ipsam ex.2.crisiũ cap.12.cum dixit. Sanguis ex moderato calore generatur, flaua bilis ex maiore, atra vero ex sufficienter immodico. Quicquid igit̃ in sanguine pingue est ⁊ tenue, fit flaua bilis: crassum vero ac veluti fex qñ immodice calefactũ exaruerit atra. Respondet igitur qđ extrema frigiditas parit pituitã, extrema caliditas flauam bilem, mediocris sanguinẽ: inter mediocrem caliditatẽ & extrema duo alia duo media locat: à media caliditate, inquit generari sangninẽ biliosum, à media frigiditate atrã bilem. in qua rñsione non videt quod tres vno verbo intolerabiles facit errores. Primum ꝙ statuit quintum humorẽ biliosum sanguinem: patet cum cõstituat quinq; etiã caloris genera. Secundum ꝙ vult atram bi-

lem generari à remissiore calore, quàm flauã: cuius oppositũ Galenus in loco ab eo recitato declarat, cum dixit: ab imodico. Tertium q vult atrã bilem fieri à calore temperato remissiore: cũ Galenus dicat ἡ ἀμέτρως ἰκανῶς. Satis immodice. Nec est vt dicat illũ de præternaturali loqui, cum sanguini, pituitæ, & flauæ bili illius generationem cõparet. nã & flaua ipsa s̃m nãm est. ipse ẽt in.2.artis medicinalis in capite de signis calidi ac sicci iecoris inquit: Quibus iecur calidũ est, & siccũ, his flaua bilis plurima est. consistente aũt ætate & atra, sed est difficultas quoniam.3.de locis cap.7.ponitur atra bilis frigida, ac sicca. rñdeo q non inconuenit intelligendo de ea quæ iam ad formã cineris redacta est. nã exurens talis esse non potest. nec inconueniens est qd à calidissimo agente, fiat frigida materia: vt de igne & cinere. pro quo intelligendũ est qd.14.artis curatiuæ cap.9.scribit. vnũ esse genus melãcholici humoris seu nigræ bilis qd vt nãle est quotidie gignitur: putredine vero correptũ, vel calore superassatũ, prauas efficit ęgritudines: & calidum euadit ac corrodens. tu tñ hoc tantũ intelliges cũ collectũ fuerit extra venas: nã vt dixi sanguinis fex frigida esse non põt, donec sanguinis substãtia tota exoluta nõ fuerit. Gentilis post sex modos exponẽdi quos oppugnat, tãdem ad hoc venit: qd dicitur calor temperatus non rõne hominis sani: q; alij etiam generantur humores in sano: nec rõne qualitatis, q; productũ esset temperatum cum sit frigidũ & siccum: sed dicitur ad differentiam superabundãtis à quo bilis generatur, & diminuti à quo pituita. ita qd non est vera hæc oratio calor atrã bilem generãs superflue decoquit aut diminute: & ideo per abnegationem dicemus qd temperate. Sed ista rñsio non tollit difficultatẽ verborum Galeni: & ẽt Princeps subiungit qd caliditas iecoris facit ad multiplicationẽ atrę bilis: qd verũ non esset vbi illa fieret à calore tem-

perato.ad hoc dicerent quod ibi loquit de præternatu rali atra bile,vt tñ diximus ex Galeni verbis ét in.2.par uę artis,hoc est falsum:& experientia hoc ostendit.nam multi tales tñ sani pmánent qđ esse non pót, vbi atra bi lis præter naturalis existat. ista tñ responsio fuit etiá Iacobi.q.44.super primá canonis. Vgo exponit dictú Galeni de calore immoderato,róne producti,non aút cau sę efficientis: sic ꝙ solus sanguis à calore fit moderato: q: solus est temperatus ex humoribus.si sic,fieret atra bi lis ex calore diminuto, qđ iam demóstrauimus falsum: & hæ imaginationes cótingunt eis propter ignorantiá Græcaꝝ literarum & malá conuersionem:& q: paruifaciebant ét Galeni autoritaté. Propter hæc dico ꝙ loco temperati debet iacere in litera Principis intéperati: vt legatur sic(melácholiæ aút hypostasiuæ cá est calor intemperatus)hoc primo cósentit cum verbis Galeni dicentis, qđ fit à calore satis immodico:cósentit cum ratione:nam omne terrestre fit per vlterioré coctioné: vt declarat Philosophus de mari:neqꝫ enim aliter pót fieri aliquid humidú,terreú nisi superassetur.Consentit ét dictis Principis sequétibus cú inter primas causas generationis atræ bilis multæ.ponat primá caloris multitudinem in iecore.manifestum est aút qđ dictum illud est cómune ad oém atræ bilis generationé:fuisset enim insufficiens adducédo cás præternaturalis, ⁊ nó nális,maxime nó addendo nomen distinguens.apparet etiam ex contextu:ná cum sanguiné dixisset fieri à calore temperato,dixit atram bilem à calore intemperato:opposuit enim atrá bilem sanguini:velut bilem flauá, pituitæ:cú dicat alterá à superfluo, alterá à diminuto calore fieri: sic etiá atram bilem opposuit sanguini, in generatione cum essent humores hi oppositi in temperatura.Quid autem melius dicere potuit,quá calorem intemperatú, idest inæqualé:nam ad hoc proprie fit atra bilis:sicut ét

autúni

autũni ſtatum Galenus dicebat primo de temperamentis.4.inæqualē, non temperatũ: vt antiqui quidam dicebant: cuius natura eſt ſimilis atræ bili: & in quo maxime tempore talis humor generatur.3.aphor.22.

Medicina an ars cõiecturalis. Contradictio.20.

NON recte videretur Hippoc.dixiſſe quòd medicina ſit ars coniecturalis: & qđ Medicus ſuo fine qñq; fruſtreť prima aphor.1. circa initium: ideſt paulopoſt: cum primo pronoſticoꝝ cõmento.3.& in libro de venæ ſectione, dicat: eã coniecturalem. rñſio haud eſt difficilis: nõ redarguit illos Galenus in aphoriſmis qui dicunt Hippoc.dicere medicinam coniecturalem eſſe, qm̃ falſum dicant: ſed q: nõ fuiſſet ad propoſitũ Hippoc. in procemio artis maledicere de arte ipſa. Sed cõtra quia Hippoc.in libro de priſca medicina hoc fatetur: dicens nõ eſſe reijciendã medicinam eo quòd non ſemper nec exacte verũ contineat, ſed magis amplexãdam, laudeq; dignã, qđ proxime ad ipſam veritatem accedat. Dico ꝙ propoſitum Hippoc. ibi eſt medicinã à calũnia vindicare. Circa qđ etiam ſciendũ quòd propoſitio hæc eſt falſa medicina eſt cõiecturalis: ſeu pro arte, ſeu pro ſcientia accipiatur: patet q: eſt habitus recta rõne directus: repugnat igitur aliquid eſſe coniecturale, & ſcientificum: vel artificioſum. opus tñ eius ſeu exercitatio, eſt coniecturalis. ꝛ hoc eſt qđ dixit Princeps, quòd eſt aliquid qđ nec dici, nec calamo ſcribi põt. ſunt aũt tria genera artium: quædã certa per ſe, & in exercitatione, vt Arithmetica: quædam certa per ſe, coniecturalia in exercitatione: vt medicina: & agricultura: quædam coniecturalia & per ſe, & in exercitatione, vt diuinatoriæ: quare nõ ſunt artes vere ſed ſolo nomine: ꝛ ideo medicina, agricultura, & nauigandi peritia, & militaris, & Iuriſprudentia vt

versantur circa diuinationem, sunt cõiecturales: & medio modo artes: ob id solum Galenus in libris pronosticorum medicum vati comparauit.

Medicus an debeat imitari naturam recte operantem. Contradictio. 21.



HIPPOCRATES semper nos adhortatur vt quæ recte à natura fiunt medicus imitetur. prima aphor. 2. in initio cõmenti, dicebat Galenus: Verũ istud multas patitur difficultates. nã quarta aphor. 22. natura recte operans nihil ab initio crudum expellit. & in primo epidemiorũ sectione. 2. com. 46. cruda vero, & incocta & ad malos abscessus conuersa, iudicationis carentiá, vel dolores, vel longitudiné, vel mortes, vel reuersiones. At medico tñ non licet imitari nãm quarta aphor. 10. medicari in valde acutis si mã turget eadem die. tardare enim in talibus malũ est. & prima aphor. 24. in acutis passionib⁹ raro & in principijs medicinis purgantibus vti. tñ in. 22. aphor. modo nõ turgeant: excipit quæ sint purganda. & secunda aphor. 29. cum morbi inchoant si quid videtur mouendũ moue: medicus igiẽ nõ imitabitur nãm, recte operãtem: itẽ in deiectionibus 2. pnosticorũ, versicolor quidẽ diuturniorem morbum prænũtiat: sed tñ exitialis est. cum tñ dicat quarta aphorismorũ. 21. & quãto colores plures nõ praui in deiectionibus cum medicamento apparuerint eo melius. igitur hæc directe opposita: quin etiã in eo aphor. continetur manifesta contrarietas in operationibus medicaméti & naturæ sponte operantis. Rñdeo operantem nãm recte debemus imitari, non tñ quiescẽte natura semper medicus debet quiescere. istud tñ argumentum valet, natura recte operans sic agit, igiẽ & medicus agere debet idem. & natura nunc non põt aliquid excernere vtiliter, igiẽ

nec medicus.cũ vero dicis & tñ vtiliter medicus purgat varios humores,& in principio turgentẽ mãm, & natura non pȏt:dico ꝙ natura tunc etiã vtiliter excernit in omni casu in quo medicus:sed tñ refugimus opus naturæ tanꝗ malũ signum,non tanꝗ inutilẽ operationem. sed medici operatio cũ ab exteriore principio proficiscatur,non pȏt esse malũ signum. ideo diuersitas nõ est ex parte operationis,sed signi.& ideo cõuertuntur vtilitatis tempora medici,& naturæ; qȏ si dicas qũo potest naturæ operatio esse vtilis,ęgro tendente ad mortẽ? dico ꝙ vocatur vtilis respectu operationis tantũ:non ad bonũ finem assequendũ.celerius enim moreref sine tali euacuatione. sic dicimus medicũ qui produxit tabifici vitã,vtilem fuisse illi:cum tñ tandẽ sit mortuus. & si dicas nã non reponit luxatos artus,igif nec medicus:dico qȏ tm̃ natura non recte operatur:q: non potest.

Si qualia oportet purgari purgentur an conferant & an bene ferant. Contradictio.22.



INANITIO si qualis oportet fieri fiat confert, & bene ferunt prima aphor.2. & si qualia oportet purgari purgentur confert & bene ferũt aphor.vltimo.& in primo loquif vt vult Galenus de operatione naturę.in secundo loco Hippoc de operatione medici.ita vt hoc dictũ sit generale.& tñ dixit quarta aphorismo 22.qȏ inchoantibus morbis si atra bilis vel supra vel infra exierit letale est.& in sequẽte aphor.Quibuscunq; à morbis acutis vel diuturnis vel vulneribus seu quouis alio modo extenuatis,nigra bilis seu vti sanguis niger effluxerit desubter,postridie moriũtur:cũ tñ aliter dici nequeat, nisi quòd qualia oportet purgari, purgentur. pessima enim vt dicit Galenus in cõmento. eadẽ difficultas in sequente aphor.24.Difficultas intesti

hoꝝ si ab atra bile inceperit letalis est.& tñ mali humores excernunt.nam per qualia oportet purgari.Galenus prima aphor.2.humoré exponit molestiam inferentem, seu qualitate seu quãtitate solis,siue vtrisq3.item in suppuratis & aqua intercute laborãtibus sexta aphor.27. si vniuersim aut pus aut aqua effluxerit omnes moriunt. quãq3 educatur qđ noxium est.Galenus etiã.12.artis curatiuæ cap.3.dicit in febre ex crudis humoribus eos qui laborãt indigere purgatione:& sanguinis missione:abstinendum tñ ab vtroq3,cum neutrũ ferant.non igit ad euacuationé molestantis humoris illico sequit alleuiatio,& tolerantia bona. Quinimo videtur magis cõtrarium.nam quanto deteriores excernuntur humores,eo acrius infestãt vt.12.artis curatiuę cap.8.& quinta aphorismoꝝ.1.de iuuene qui cũ ęruginosam bilé euomeret, conuulsione & syncope & sudore frigido correptus est. quæ adeò praua symptomata ne vel minima ex parte eueniunt, minus molestos euacuantibus humores. Pro hac difficultate sciendũ est ꝙ Galenus soluit eã pro parte quarta aphor.23.cum dixit qđ natura vi morbi ⁊ magnitudine vexata,hęc qñq3 expellit,illico succedéte exitio.& hoc pro duobus aphorismis.23.&.22. & ratio est q: talis expulsio nó est quanta, pro rõne humoris peccãtis:& quãuis sit vtilis rõne effectus,est tñ letalis rõne signi: quia significat expulsioné rei prauæ cuius maxima pars in corpore relinquit.vel dic qđ non tota expellit: si non recipiat responsum, inhærens nimis vi verborũ Hippoc. prima auté rñsio est magis syncera ad mentem autoꝝ.ad aphor.24.dico ꝙ nó est rõne humoris peccãtis,sed modi.ꝑpterea adiectũ est si inceperit,non si fiat: non est eni cocta materia:corpus ét merito expulsionis alleuiari videt,cum tñ vlceris causa tendat ad mortem. aut dicendũ in oĩbus his qđ per qualia intelligit humorem iam separatum à iuuatiuo:& coctum vt in cómen-

to.22.non aũt ſolum moleſtum.& hoc modo poſſemus dicere qꝺ talis expulſio eſt mala ẽt rõne cauſæ,non ſolũ ſigni.ad id de ſuppuratis dico qꝺ hoc eſt rõne modi, & per accidẽs, nam per ſe ſemper iuuanť. per accidens aũt dicebat Galenus in cõmento duo ſequũtur inconueniẽtia.caſus virtutis, ꝛ attractio ſepti tranſuerſi ob viſcerũ grauitatẽ:quæ ab aqua prius ſuſtinebãtur:& hoc maxime cõtingit vbi iecur lien'ue aut aliud viſcerũ ſcyrrho qꝺ plerũq; contigit,laboret. in puris aũt eductione ſola prima cauſa offendit, ſcilicet diflatio caloris naturalis: vbi adnotãda eſt Græca lectio quæ ſic ſe habet: ἔοικεν οὖν ἐπὶ μὲν τῶν τοιούτων ἐκ τῆς ἐπιπολὺ τῶν σωμάτων διαστάσεως. Quod eſt: videtur igitur in his ex magna corporũ diſtantia.intelligit corporum diſtantiam non vulnus ipſum, ſed partes quæ iam prius à pure obtinebanť.nam ille neceſſario in magna ſuppuratione cũ vniuerſum eduxeris pus multũ diſtabunt. vulneris autẽ labia minime vbi inciſio parua extiterit:qꝺ ẽt iuuat tñ ad continendũ magis calorem:& ſi concauitas loci inanis magna ſit. Ad id qꝺ de febre dicitur aliud eſt non ferre poſſe, aliã ob cauſam,aliud iuuare vel nocere: nã tales iuuabuntur purgatione ꝛ venæ ſectione.nec tñ alias ob cauſas alterũ illorum ferre poterunt. ſunt aũt cauſæ ſtrictu ræ venarũ, debilitas iam caloris cõtracta, & motus materiæ quæ tñ euacuationi non cedit. Sed tñ Galenus id ſignificare voluit qꝺ tales indigent,nõ quod iuuarẽtur:q: nondũ præparata eſt materia ſaltem rõne purgationis.ad vltimũ dicendum eſt qꝺ talis tolerãtia ꝛ iuuamentũ non illico ſequitur:imo plerũq; defatigatur virtus,& lęditur ęger. ſed poſt ſomnũ apparet iuuamentũ. Sed eſt difficultas magis manifeſta. nã aphor.23.primæ particulæ dixit.Deiectiones non multitudine ſunt æſtimandæ:ſed ſi talia dejjciãtur qualia oportet,& ęgri facile ferunt.ſi igitur ſecundũ ſequebatur ad primum,cur

adiecit. est eñi nugatio vt primo topicoꝝ cap.2. inquit enim Phs,incõmodum est sæpe idẽ de re aliqua dicere: quod Xenocrati vsu venit:qui sapientiã ait esse cõstitutionem ⁊ cognitionẽ naturaꝝ. Quippe cum cõstitutio quædã sit cognitio.ita bis idem dixit adiecto verbo cognitionis.In eodẽ errore versanť ijs qui refrigerationẽ caloris nãlis, priuationem esse definiunt:nã quum eius qð insitum est oĩs sit priuatio, superuacaneũ est nomen nãlis addere.rñdeo,nondũ constabat artificiosam purgationẽ,si sit qualiũ oportet,iuuatiuã existere.nã in.25. hoc docet.at vero hic loquitur de artificiosa purgatione.Indicio sunt aphorismi extrema verba, ⁊ vbi ad animi defectionẽ ducere expedit, quare necessario additũ est ei qð dixit(vt qualium esset)vt ægri facile ferant.

Dolor iuncturarum an à mala intemperie. Contradictio. 23.



OLOR iuncturarum fit propter tẽperaturas,⁊ materias malas.22.tertij trac.2. c.5.& rursus c.7. cum cognoscitur qð cã est tẽperatura simplex,facile est eius regimen.Idem Alexander lib.4.cap.1. Aetius vero lib.12.cap.1.inqť, Cõis igiť Ischiadicis podagræ & articulari morbo est valida alicuius humoris vbertas, quę affectum articuloꝝ nexum occupat.Deinde subdit. cęterũ ad affligentis humoris cognitionẽ itaq; nullum in articulis morbũ à tẽperatura notat. & rursus cap.7. In vniuersum aũt amplius humoꝝ crudorum omnium affectionis causa existit, quod humoꝝ multitudo affectionem inducat.cum igiť ibi nullã malæ temperaturæ rõnem ineat:manifestũ est quod diciť aduersari principi:tum ẽt Galeno.qui in libro de differentijs morboꝝ singulas malas intemperaturas, cuilibet parti corporis cõtingere posse affirmat.Sed tñ de compositis medica-

mentis ꝼm locos libro.10. ſub initio eius capitis qđ de iuncturis inſcribitur hæc habet de podagra arthritide & iſchiade loquens. Cõmunem habent hi tres affectus humoris redundantiã quæ affectã occupat coarticulationem: qua expleta in omnẽ partem circũſitæ particulæ neruoſæ tendunť & ex his dolor oritur. Manifeſtum eſt non ſolũ ex verbis, ſed etiã ex cauſæ traditione, tẽperaturæ malæ nullũ in hoc morbo relinqui locum. Forſitan quis conabitur hanc ſedare diſcordiã ꝙ Princeps dicat in eo loco cap.6. quòd raro hic morbus ſine materia accidat: vnde illud prætermiſſum qđ rarũ eſt, à Galeno & Aetio, Principem tñ generaliter loquentẽ conſideraſſe. Sed hæc rñſio vana eſt, cum curã generalem præcipiat. Maxime Aetius à ſanguinis miſſione ortum habẽtem: quæ nullo modo tunc cõueniat: quarę dicemus Principem aliud ab his tractare, ille enim de dolore loquitur, qui etiam à mala temperatura prouenire poteſt: Galenus & Aetius de fluxione, quæ abſque humoribus fieri nequit. liquet ſolutio ex ſexta aphoꝝ.29.

Dolor iuncturaꝝ an ſemper à ſanguinis miſſione initiũ curationis ſuſcipiat. Contradictio.24.



IVXTA hæc eſt dubitatio nã Galenus & Princeps locis ex citatis initiũ curæ à purgatione humoris peccantis exordiuntur. Aetius autem à venæ ſectione: & ratio eſt pro Aetio qm̃ phlegmon eſt in articulis: & quãq; humores exuberent in ſanguine tum continentur: nec ſunt omnino humores in actu ꝼm Auerroẽ, aut ſaltẽ non ſeparati ꝼm Galenum. excitant ẽt validos dolores, igitur ex Galeno prima aphor.23. cõcurrunt duæ cõditiones: quarũ quælibet facit miſſionẽ ſanguinis neceſſariam. Alexander lib.4. cap.1. cum Principe cõſentit dicens ſi bilis abũdauerit nullo modo curationis exor

dium à ſanguinis miſſione inchoabis: ſed à purgatione: quam tñ humectantium exhibitio & vt ſic dicam pręparatio pręcedat cui Paulus lib.3.capite.78.cōſentit. Galenus ſexta aphor.49.declarat podagricoꝝ inflāmationes fluxione fieri ad articulos decūbēte: inquit.n.in initio: Αἱ κατὰ τοὺς ποδαγρικοὺς φλεγμοναὶ, ῥεύματος εἰς τὰ τῶν ποδῶν ἄρθρα κατασκήπτοντες γίνονται. qđ eſt, phlegmones quæ in podagricis, fiunt fluxione ad articulos decumbente: at phlegmonis cura propria ſanguinis miſſione indiget. neq; dicere poſſumus vniuerſam podagricorum varietatē à Gal. ibi non cōprehendi: cum de lentis ſeorſum, ac craſſis, tum ēt ſubtilibus, ac craſſis ſimul & lentis, mentionē in cōmento faciat. Quin ēt Galenus ipſe in.10.de medicamentis ſm locos purgatoriū nullū deſcripſit: ſed potius variā mittendi ſanguinis rōnē deriuatiuā, & auerſiuā, quāuis vt diximus purgandū cenſeret humorē. Sic igitur conciliabiť diſcordia ſi humor ſit ſanguis, aut multitudo reliquoꝝ humoꝝ æqualiter aucta, aut phlegmone ingens ſanguinis miſſionē iuxta Galeni pręceptū vt diximus exhibebimus. atq; ſic Aetio cōcordes erimus. confert & ſemꝑ ſanguinis miſſio tum maxime nōdum cōfecto phlegmone: vt pote qđ fluxionem reuocet. igiť veriſſima ſunt Aetij dicta. ſi vero mā ſit humor vnus, nec admodū abundās, & iā fluxerit humor, melius fuerit omiſſa ſectione venę purgare: nō qđ ex ſectione venę nō iuuetur ſemꝑ ęger: ſed qđ vel omittere cogimur humoris ſupabundātis neceſſariā purgationem, aut nimiū ægrotantē afficere ob leuem cauſam. porro dāna miſſionis ſanguinis frequētis apud Galenū videre licet, libro de ſanguinis miſſione. at podagra reuerti ſolet, ⁊ frequēs eſt, ſubditis morbus: ob id in poſterum ēt tum Gal. tum Paulus, & Alexander, & Auicēna ꝓſpicere cōſuluerunt: cū vel merito morbi, vel ęgrotātis in ea acceſſione ſemꝑ vtilis ſectio venæ habenda ſit.

Iſchiadicis an reprimentia medicamenta conueniant. Contradictio.25.



ROPTER dicta etiam emergit difficultas nã reprimentia medicamenta in Iſchiade ex toto refugit Aetius: nõ in podagra. Auicẽna in iſchiade ſolũ conſulit partius vrendũ. Ratio quæ ſolet adduci, eſt, quòd talia mãm in profundum compellunt: quę videtur in oĩbus vigere articulis: verũ dilucidius in iſchia, ob magnitudinẽ. dicendum eſt igitur Principem intelligere, cum nondum mã influxerit. Aetium cũ cœperit deriuari. aliqui volunt vt non ſup locum iuncturę applicent.

Hyperici ſemen an per aluum expurget. Contradictio.26.



YPERICI ſemẽ educit ex dragma vna ſtercus & pituitam: Aetius lib.12.cap.4. Idẽ vero lib.1.cap.proprio: dicit, ꝙ ſemen eius tum etiã folium vrinã & menſes ςit: nulla alui habita mentione. Princeps.2.can.capi.363. ambobus locis cõtradicit in hoc: qđ dicit ipſum purgare bilem, quare virtutem ei largitur medicamẽti, nõ vt Aetius. in primo deinde, loco ſtercoris & pituitę, dicit bilẽ: nulla illoꝝ mentione habita. Dioſcorides cũ dicat finire tertianas, & quartanas, & coxendicũ dolores: videtur innuere qđ omnes humores expurget: ſed tñ per vrinã tantum: nõ per aluũ. verum quatuor fermẽ illius facit genera. Hypericon de quo lib.3.cap.161. Aſcyron, Androſæmon, corim. quãuis diſcrimen inter illa eſſe velit. Plin.lib.26.cap.8. Hypericon cum cori cõiungit: duoq; facit genera. verum vt ad Dioſcor. reuertar. Aſcyronilioſa multa excremẽta educere fatetur: verboq; cum Principe cõcordat, re aũt cum Aetio potius,

à seipso diffidens: nã sic coxendicis dolores finire illũ affirmat, qui plerunq; à pituita fiunt, raro aũt à bile, vt oẽs testãtur. Androsæmon vero quẽ vocãt sanguinem humanũ, biliosa & alui excremẽta educere affirmat: de quo Aetium intellexisse puto, quãq; Aetius pituitã legat, & cõuenientius pro bile: eadẽ qua dictũ est ratione. Quáobrẽ illud primo dictũ sit non Hypericonem: verum aut corim ventrẽ purgare. & Ascyron bilem, Androsæmõ autem etiã excremẽta quæ ambo Hypericoni sine discrimine, vterq; illorum commiscuit: qđ ex Galeno apparet: qui Ascyron & Androsæmon in.6.libro vt laxantia scripsit: non tñ adiecto quid purgarent. Hypericon in.8.libro de simplicibus medicamentis tanq; solũ vrinã, & mẽses cieret, reposuit. ergo qđ verisimile est in hoc dicã. Dioscorides de Hyperico modũ videt docuisse, qũo non expurgando per aluum, sanaret tertianas, & quartanas. Declarauit enim qđ vrinã & menses prouocaret. in Ascyro & Androsæmo colorẽ exeuntiũ obseruauit, qui vel ex medicamẽto, vel ex caliditate extenuantis medicamenti, vel materiei putredine, biliosus extat. quẽ secutus est Auicẽna illa sub Hypericonis nomine reponens, tanq; notioris. Aetius autẽ & ipse hæc ambo sub illo collocat. verum materiæ naturam ex morbi potius qualitate, quam ex colore venatus est, qđ medicũ decet.


Sanguinis missio an post ieiunium conueniat. Contradictio. 27.



PRINCEPS in cura sciaticæ seu ischię vigesimasecunda tertij tractatu.2.cap.25. dixit. Et bonũ est vt patiens ieiunet duobus diebus, deinde secetur illi vena. & iam dixerat in quarta primi cap.20. ante mediũ qđ ieiunus magis lædit. sed clarius secunda aphorum.21. super illud, vbi fames laborãdũ non est. dicebat Galenus

ęgris cum inedia nullus est fortis motus adhibēdus: nō sanguinis missio, nō alui purgatio, non vomitus excitatio, non frictio multa. mirum aūt est qđ cum Princeps fuerit adeò diligēs in suis exceptionibus, inediā tñ absolutam non cōnumerauerit, nisi adiecto ventriculi affectu. qđ si dicatur per ieiunium vt quidā volunt transire māā pituitosam in sanguinē, ideoq; tale ieiunium non obesse sectioni venæ, patet ꝙ Galenus loquit̃ non de ieiunio debilitante, sed quacūq; cibi abstinentia: vt patet etiā. 5. artis medendi, de muliere Romana cui noluit secare venā, ob cibi abstinentiam. dicit enim Galenus in quacūq; cibi abstinentia, formidolosum esse fortē motum: qđ si dicatur Galenum loqui de ęgris febriētibus, nō ischiade: dico ꝙ fundamentū Galeni stat in siccitate, & debilitate virtutis: nō in vno tantū: & qđ dato etiam qđ merito materiei cōiunctę, vel antecedētis, inedia iuuet, non tñ securi sumus qđ materia illa, etiā sit in ventriculo, vel iecore quod requiritur ad hoc ne ęger debilitetur. dic igit̃ quòd duo sunt modi loquēdi apud Auicennā ieiunare, ⁊ abstinere à cibo: primo vtit̃ cum intelligit vt modicū cibum assumamus, secūdo cum nullū.

Ischiæ dolor & coxendicis an unus. Contradictio. 28.


CIATICA est dolor qui incipit à iunctura anchæ & descendit retro ad coxā, & qñq; extenditur vsq; ad genu, & ad calcaneū: dolor vero anchæ est illę in quo est fixus dolor in ancha, qui nō descendit nisi qñ permutatur ad sciaticam. 22. tertij trac. 2. cap. 5. post mediū. sic differentiā facit Princeps inter hos duos dolores non leuē: tum per opposita distinguat sciaticā: eodem modo diffinit Rasis. 9. ad Almansorē cap. 90. eandem ōriam ponit in lib. diuisionū cap. 103. quam Princeps adduxit. Aetius tamē

nullam dīam facere videt lib.12.cap.1.in initio.sed nec Paulus lib.3.cap.77.imo generaliter dolorem coxæ ad partē gibam eius extendi:& etiā descendere vsq; ad genua,& sæpenumero ad pedes:quin etiam nec Rasis nec Princeps ipse nec Serapio in cura dīam vllā attulerunt si recte intelligantur verba Principis.cap.27.nam qđ dicat si dolor fixus maneat in ancha,intelligit, quòd non recedat,non quòd non cōmunicetur,cruri vel pedi:nā & Aetius inquit in cap.1.libri.12.multis etiā circa inguina dolor figitur,ꝛ tum sanè vesica ipsa molestiam recipiens,ęgre lotium reddit:& tunc maxime crus totum à coxendice ad calcaneum vsq; dolorem patitur : igitur cura eadem est:propter tantam tñ diuersitatem non est visum Principi,illoꝝ dolorum differentiam præterire: tametsi nulla eius vtilitas ad hanc vsq; diem appareat.

Iberida an ischiadicis summo sit præsidio. Contradictio. 29.



IBERIDA laudat summis encomijs Paulus ad ischiadicis dicēs libro.3.cap.77.In totū vero hos sanitati restituit iberidis herbæ vsus aquam lepidion alij, alij siluestre nasturtiū vocant:quæ vero apud nos fruticosa nascitur similibus lauri folijs,& multo amplioribus,respondere multa experimenta testātur:non solum in coxarum,sed in alijs quoq; diuturnis affectibus:per æstatem vero longe sunt efficaciora. Atqui si folia tunc nō produxerit, cortex ipsius radicis cū adipe suillo cōtundi cur vt emplastri faciem representet. Aetius autem lib.12.cap.2.sic inquit. Quod si vestigium aliquod relinquatur herbæ iberidis quæ & cardamine vocatur, radix sumenda est:etenim figuram saporem & odorem cardami habet,hoc est nasturcij:multa autem vbiq; nascitur sed maxime circa muros, vias, incultis locis, ac

vetera monumenta: folia autem habet nasturtij: vere quidem virentia, & nasturtio multo maiora: longitudo vero caulis cubiti est parui, aut paulo amplior: æstate fert lacteum florem, quo tempore est efficacissima: semen habet quam minimum, quod per totum enascitur caulem: radix vero acerrimum habet odorem, & maxime omnium nasturtio similem. Hanc æstate recentem effodito: arida enim vires omittit: & diligenter tundito: tundit autẽ difficulter: ⁊ axungia veteri modica excipito. Aliam igitur herbã Paulus describit, aliam Aetius. ille eam quæ nomine caret, hic autem iberida: sed posteriorẽ Serapio describit cap.339. quam thapsiam vocat: tum qȏ notam illã ait Dioscoridi, Galenoq; qui hiberida describũt: nihil aũt refert aspirationẽ vt video addideris, detraxeris'ue. tum quod dicat eam folia feniculo similia habere, quæ proxima sunt nasturtio, non lauro. Princeps similiter eandẽ sub seitaragi noĩe posuit: cum eã folia nasturtij habere dicat. verũ lachrimam ruthę ẽt agrestis sub noĩe thesisiæ in medium adduxit: non minimam partẽ virium thapsiæ adijciens. Thapsiæ vero nõ meminit in descriptione singulariũ medicamentorum: adeȯ vt eã ignorasse credatur. Gal.8. de simplicibus medicamẽtis: lepidium tanq̃ iberida describit: quam Princeps vt dixi seitaragi vocat: ergo iberida seorsum à lepidio distinguit Dioscorides, cũ capite.162. de lepidio in secundo libro, de iberide autẽ in primo libro cap. vltimo tractet. tam parua cura fuit simplicium medicamentorum egregijs olim medicis: cum illoꝝ vsus nõ fit ferme necessarius: nisi vbi ex errore deterior, ac penè insanabilis factus fuerit morbus. qua rõne ẽt medicamentorum trãsmutationẽ scripsit Gal. nunc satis esse pluribus videt̃, multa in his nugari recta medendi rõne prætermissa. Auicẽnamq; accusare de his in quibus & ipse Galenus minore cum excusatione negligentior fuit.

TRACTATVS HIERONYMI CARDANI Contradicentium medicorum Libri Primi tractatus Quartus.

Medicina an cũ cibo ſumenda. Contradictio. 1.



XPEDIT ei qui vult ſumere medicinam vt ſummo mane ſumat: & tardet cibum: deinde ſumat poſt tres horas. 20. aureos panis cum vino & aqua pauca: & poſt. 6. horas ingrediatur balneum. 22. tertij tractatu. 2. cap. 7. iuxta medium. hic videntur tres apparentes contradictiones quarum prima eſt qđ cum loquatur de forti medicina tum qđ nullus eſſet verborũ ſenſus, vt in antiqua lectione, tum qđ eſſet præter rónem q: ſæpe illa tráſiret in alimẽtum ſi eſſet vt caſſia fiſtula, vel ſacharũ violatũ: tum qđ vt dicit moueret nec euacuaret quarta primi cap. 5. dicitur. oportet aũt ne medicinæ potator comedat aut bibat, donec medicina ſuã perfecerit operationem. quare ante terminũ operationis exhibet medicinã: & pro hoc etiã ſunt rónes ſex quas Vgo Seneſis adducit prima qđ cibus obtundit medicinã. ſecunda q: inclinat ventriculum ad retinendũ quod in illo continetur. tertia qđ medicina poterit impedire cócoctioné. quarta qđ humores attracti cibũ corrumpunt. quinta q: periculũ eſt ne aliquid ex medicina cũ cibo ad venas attrahatur. ſexta q: medicina erit cã eiectionis cibi ad inteſtina. addo ſeptimam q: motus motũ impediet: nã medicina humores trahit ad vẽtriculum ab hepate, in cibo epar trahit à vẽtriculo: q duo ſunt motus manifeſte oppoſiti. Sed quædam ex his conditionibus non videntur veræ: nãq; in medicina debili iſtud eſt falſum: vt de caſſia quã Meſue

ſuadet dari ante cibũ vt iam dixi, ne in alimentum tranſeat.de forti aũt dicebat Hippoc.2.regim.acuto℞.12.vbi aũt quis medicamentũ ebiberit,ptiſanam protinus ſorbendam dato:neq; inſigniter minore quã conſuetũ eſt quãtitate. Galenus aũt aſſignat duplicem cibi aſſumpti cum medicamento vtilitatẽ: nempe retundere malitiã illius,& detergere reliquias:impedimentũ igitur operationis eſt pro iuuamento apud Galenũ, non pro iactura.cum impedimentũ eſt diminutionis cauſa, nõ autem iam operante medicamento:nã ſic eſſet pugna:circa qđ obſeruãdum eſt pro canone maximo, quãq; hic obiter adijciatur,poſt medicamenti cõpletam operationem ſolum eſſe dandum cibum: vt in.13.textu iubet Hippocra. atq; eum perexiguũ vt Galenus conſulit in commento. quãq; ſecus nunc faciant medici noſtri temporis. verũ ad propoſitum reuertẽdo huic ſententiæ denuo obſtat autoritas & ratio Pauli Aeginetę. is nãq; capite.4.libri ſeptimi inqt. Aloes drachma cũ aqua mulſa mane dať: qui veſperi eam exhibent,aut ſecundũ cibum,noxã inferunt:quippe alimentũ in mẽbra digerit:& rurſus cap.6. ſummatim in omni purgatione efficaci, medicamẽtum homini ieiuno & concoctione obita trades:non igitur vllo modo medicamentũ cibo miſcendum erit.Deinde paulo poſt ex Philagrio Hippoc.verba iam inducta aliter videtur interpretari. inquit enim at ſi inediam non tulerit,aut ventriculi os ad bilem contrahendã ex longa penuria vel alia cauſa paratum habuerit,dabitur ipſi panis ex vino aquoſo,ptiſanæ ue cremor, aut chondri: nondũ incepta vacuatiõne, vt ne cibus corrũpatur:ſed protinus vbi medicamentũ fuerit epotũ. ſic enim nonnunq; ad celerem medicaminis motionẽ pondere ſuo opitulatur.igiť ſingulare facit dictũ Hippoc.ꝙ Galenus expoſuit tanq; generale:additq; cãm celeritatem operationis:cum Gal.potius tarditatẽ adducat,& vim deter-

gendi:sed nõ laborabimus vt modo philagriũ Gal. cõcordemus:sed aĩaduertendũ ex Hippoc.& Gal.& Principis sñia:cibum subtilẽ qualis est ptisanę cremor,vel alius et longe tenuior cũ medicaméto sumptũ,prius concoqui quã medicamentũ moueat:cum tñ aliter Paulus ipse sentiat:nec nisi Vgonis tertiã rónem amplectit.forsan qs dicat Hippoc.ibi consulere hoc de medicamento pernicioso ac puro:cum Gal.subijciat odorata vtiliter misceri ad cõprimendã illius malitiã:quare tunc cũ vẽtriculũ nõ offendat,minime cibo ꝑmiscendũ erit: cum tñ constet Gal.in libro quas & qñ quomodoq; purgare oporteat scripsisse eadẽ quæ in illo cõmento tradiderat ad verbũ:cum ibi gñaliter hoiem quæ facienda sint doceat.quare leuissimũ cibum cũ medicina quãuis vsus exoleuerit ꝑpinabimus:tum maxime cũ pillulis seu catapotijs.Pauli rõ & autoritas nos monet vt id caute faciamus.sc; ne vllo modo cibi concoctionẽ opus medicamenti præueniat.Principis autoritas singularis est in eo casu,cõsulens ne medicamentũ nimis sæuiat.at dices nõne poterat iuxta Hippoc.præceptũ cibo & ipm miscceri:rñdeo oportebat illud ad iuncturas vsq; penetrare: quare cibo opus non fuit:in quo diligentiam Principis animaduertere decet:cum igitur perficere debeat operationẽ medicamentũ:manifestũ est quãtum aberrent qui absq; leui detergẽte prius intra paucas horas exhibent cibũ.Hoc tñ melius à Tralliano declarat lib.4.cap.2.

Articulari morbo an uinum competat. Contradictio.2.



LTERA contradictio est qđ iubet dari vinum in sciatica.& Aetius in podagra libro.12.cap.33.si pituitosa fuerit suadet vinum dari flauum,antiquum,subtile:sed tñ interualli tempore. at vero Princeps iam

dixerat

dixerat in fine cap.7.Et oportet vt dimittat vinũ omnino, vsqȝquo sanetur ex eo sanatione integra:& veniant super ipsum quatuor tempora. Et oportet vt hoc paulatim fiat:& hic loquitur de omni dolore articulorũ.Trallianus etiã libro.4 cap.3.ab initio vix ex toto vino interdicit in podagra sanguinea: quare cũ id non agat in pituitosa, manifestum est vinum in ea posse adhiberi. Haliabbas octauo prac.cap.33.vinum dat cum melle cõpositum, quod melicratũ dicitur:permixtum aqua decoctionis cumini.Paulus vero libro.3.cap.78.in fine curationis biliosæ fluxionis quo etiam pituitosa continetur:vinum haud denegat:concedit vero manifeste in regimine præseruatiuo.facile fuerit hãc discordiam sedare si illud proposuerimus:vinum primo secũdum Arabes noxium esse podagrę & alijs iuncturatum morbis: quãq; Rasis libro,9.cap.70.dicat quòd in tempore incolumitatis debeãt bibere vinum antiquum,& purum: vtiqȝ vrinam prouocantibus in cura frigidæ podagrę: nec vinum videatur negare in sciatica: intelligit cõparationem illius ad aquã puram.Græci vero ⁊ cum illis Haliabbas: qui Arabs Græcus dici põt:vinum dant & pręcipue in interuallo accessionũ:⁊ in declinationibus materierũ frigidarum:sed in calidis denegant:ita iuuamẽta vini sunt concoquere crassos humores:digerere, ⁊ per vrinã prouocare:augere colorẽ innatũ:detrimenta moderari sunt spargere,⁊ calefacere:quare neqȝ in calidis, nec dum mã cruda est cõpetit:flauũ eligit Aetius, antiquũ, subtile:vnde error vtentiũ albo pro flauo:aut admiscentiũ aquę partẽ.Principis pceptũ intelligit̃ obseruandũ ad tollẽdum medicamẽti iacturã:q̃ in casu ẽt medicata ppinamus vina:ceu melicratũ:nõ q̃ tunc cõueniat,sed q̃ laborãtibus nõ tm̃ potus sit sȝ medicina.

Articulari morbo an balneũ cõpetat. Cõtrad.3.


EINDE iubet vt balneum ingrediatur: dicebat Galenus.11.artis curatiuæ cap.20. Balneũ duobus modis podagrá excitat: primo ꝙ humores colliquat: secundo ꝙ venas aperit: hocq; modo dum podagræ nocet febrẽ iuuat: iuuat aũt duobus modis dicit & qđ humores digerit,& quòd calorẽ febrilem remittit: hæc sunt generalia iuuamenta,nã tertium illud solis conuenit patientibus defluxũ humorum in articulos: & hanc sñiam idẽ ipse scripsit Princeps.22.tertij tract.2.cap.24. dicens.& minorentur in balneationibus qm̃ ipse liquefaciunt humores: ⁊ faciũt ipsos currere ad iuncturas: ex quo patet qđ conuenit cũ Galeno in sñia: sed nõ in reddendo cãm: cum sint duę: & nota qđ concedit in hora resolutionis effusionẽ aquæ frigidæ & aquas thermaꝝ. verum primũ horum paruipendunt medici nostri temporis,vt pleraq; alia optima auxilia: sed vt ad rẽ reuertar Alexãder balneũ aquæ dulcis suadet: ita tñ vt illius effusionis solũ meminerit,quę per frigidam fit libro.4. cap.1. vbi de lauacris agit: verum illud mirum qđ thermas omnino prohibeat Principe eas admodũ laudãte. Secundo ꝙ à cibo in calida intemperie balneum exhibeat. verũ in hoc,errorẽ suspicor esse: quis enim nescit illico crudis humoribus distracta concoctione, artus implendos esse? At Paulus lib.3.cap.78.Balnea laudat: & in affectus tẽpore ⁊ in interualli ex aqua dulci prohibet. in humida podagra thermas cõcedit. at Alexãder in frigida aut pituitosa admittit balnea dulcis aquę: volens ea dolorẽ ipsum lenire. quinimo cõsulit vtendum esse illis. existimo balneũ omne ex aqua calida noxium esse propter rõnem vltimam Gal. aperit enim ac dilatat vias si solũ admittatur: verum superfusione aquæ frigidę addita iuuabit. cauendũ tñ à frigida ex toto vbi iam tumor in articulis fuerit excitatus vt Aetius dicebat ca

pi.48. Principis textus sic interpretandus est. Thermarũ aquæ vi iuuant: calore nocent: ob id pensanda est vtilitas: nam cõmodæ sunt interdũ quæ ferri plurimũ continent: conueniunt interdũ etiam balnea dulcis ac tepidę aquæ cũ adeò dolor extinguitur vt fluxũ materiæ ꝓhibeat: quo casu detrimentũ iuuamento pensatur.

Articulari morbo an coitus competat. Contradictio. 4.



VXTA id accidit dubitatio, nam Princeps cap. 24. iam exposito in præseruatione coitum ex toto remouet. Serapio libro. 4. cap. 30. videt admittere in corpore temperato, sed humoribus pleno: cum dicat nõ nocet detrimento magno. Aetius lib. 12. cap. 1. dicebat generãt hunc morbũ immoderatus venereorum vsus, quare moderatum admittere videt: sed non valet, nã loquitur in sanis, non iam affectis. Paulus in biliosa tantũ interdicit veneri: vbi ẽt humores nõ excreuerint, abstinendũ puto: aut si humores praui ẽt abundent: q̃d ergo est frequentissimũ Auicẽna tanq̃ generale proposuit: cũ raro, & tunc ẽt paruus error accidat. nã multos nec malos humores abũdare oportet: nec in affectu esse, vbi nulla ex parte coitus nocere debeat.

Humores an actu sint in uenis. Cõtradictio. 5.



EDICAMENTVM expurgat humores iam actu existẽtes, nõ in illos facit Gal. in libello de purgantium medicamentoꝝ facultate: ⁊ exẽplum dat de aqua hydropicorum quã constat actu in aqualiculo cõtineri: tum ẽt de arquatis. dicebat enim si humor ipse ꝑ medicamentũ gignitur, tantũ in illis proderit sanguinẽ mittere quãtum expurgare. quæ ratio nulla esset pror-

ſus: ſi ex mente Galeni humor actu non contineretur in ſanguine: ná ſi illi dicant nó bilem trahit ſcamoniú, ſed quæ erat potentia bilis in ſanguine actu fit talis: nó eſt aút aqua Hydropicoꝝ in potentia in ſanguine: igiť nec humores reliqui: item in ſectione venę iuuaretur arquatus: ná bilis educeretur. eádem plane ſñiam exprimit in libro aduerſus Iulianú: dicebat Iulianus ſi humores in hoie eſſent expurgato athleta optime habitudinis medicaméto violentiſſimo nihil educeretur ex humoribus: ſed ſola fex, aut cum illa ſanguis: ſed non ſic eſt, imo in omnibus educitur bilis, ac atra bilis & pituita: igitur in ſanguine illi nó ſunt: ſed fiunt. poterat rñdere Galenus & dicere humores ſunt ibi in potétia, & per medicamétum ad actum reducunť: ſed non ſic: negat igitur experimentú: nam in exquiſite ſano nihil horú apparebit: igiť humores qui educuntur ex corpore actu in illo ſunt. eſt etiá ratio pro Galeno in interpolatis febribus humor expellitur ab ore venaꝝ ad concauitates: ſed hic humor nondú eſt putridus, ná ſic faceret febré continuam: vel eſt in potentia in ſanguine: ⁊ ſic oés homines febré paterentur: eſſet enim ſemp expellendus: vel qꝫ eſt actu & ſic habereť intétum. cúm enim eſt actu in venis vel qꝫ actu in illis eſt, vel qꝫ pręparatur ad putredinem expellitur à natura: qũo enim ſi eſſet in potentia tantú, ſolo naturæ opere poſſet expelli? Hippoc. aút libro. 1. de natura humana dilucide à textu. 20. ad. 23. hoc declarat dicés. Corpus aút humanú continet ſanguiné pituitam bilem geminam flauá, & atram: & hæc illi ſunt natura corporis: & propter hæc ægrotat & valet. Valet aút præcipue cú ea inter ſe virtuté ⁊ copiam mediocriter temperatas habuerint: & potiſſimú ſi permixta ſint: cótra laborant cú eoꝝ quicq́ fuerit, amplius' ue. aut in corpore ſecretum fuerit, neqꝫ amplius cóſuſum. neceſſe eſt enim cum hoꝝ quid ſeparatú ſit, & per ſe ſtet, non ſolú ex quo exceſſit,

locum morbo affici: sed etiã illum vbi iã subftiterit & influxerit nimiũ affluentem dolorẽ & laborem parere. Vbi Galenus exponens declarat quonã pacto cum humor à sanguine secernitur, duplici modo afficitur corpus: & ꝙ sanguis ipse non amplius est temperatus: & ꝙ pars in quã influit humor, læditur. cum igitur sanguis actu sit, & eodẽ modo velit alios humores esse: miscentur enim illi & inter se: cõstat humores actu esse. Mixtio enim est miscibilium alteratorũ vnio primo de generatione & corruptione textu cõmenti vltimi. Istud vero esse videt̃ demonstratiuum argumẽtum quod saltẽ ſm Galenum humores in actu sint in ipso sanguine: ꝙ cum vtraq; bilis & sanguis in iecore generẽtur, pituita tñ in ventriculo fit secundo virtutũ naturalium cap. 9. iuxta finẽ. & libro de atra bile cap. 3. in initio. cũ dixit. porro demonstratũ est à nobis pituitosum humorẽ ex pituitosis cibis in prima hoc est ventriculi concoctione generari. At vero in oppositũ est autoritas Galeni. 2. de diff. feb. cap. 9. inquit enim (postq̃ superius declarauerat tria esse genera intermittẽtium febrium, quia tres humores extra venas vnum aũt continuarũ, cum sanguis putrescit) cum sanguis putrescit qd̃ subtile eius est trãsit in flauam bilẽ: quod crassum in atrã: si igitur humores actu in sanguine essent, nõ fieret noua illorũ generatio. Secũdo fierẽt quatuor genera continuarũ febrium sicut tria interpolatarũ: & non vnũ: quam sñiam repetit. 2. crisium cap. 12. Auerroes ẽt. 2. collectaneorũ cap. 1. existimat qd̃ solus sanguis sit proprie intentus à natura: & hoc quia mẽbra ex illo solo generantur ⁊ nutriuntur: ⁊ hoc modo humores sunt tantũ in eo in potentia: alio modo vt sunt illius superfluitates in generatione eius necessariæ sunt in actu est ẽt ratio ad partẽ non ex pluribus in actu non fit vnũ. 7. primæ phię t. 49. sed sanguis est vnũ per se tum q: habet vnũ finem, ⁊ distinguitur ab alijs humo

ribus,& sapor eius est vnus sc; dulcis:nã si esset mixtum in sputo sanguinis appareret acidus sapor necessario ꝓpter bilem atram & amarulentia ꝓpter flauam.4.de simplic.medic.cap.16. Sed nõ sic est imo cum apparet talis. iudicamus sanguinẽ vitiosum:hoc inq; experimento in cæteris mixtis manifestum est.lactis ẽt partes, qui fit ex sanguine,sunt in eo diuersę substantia,non autẽ actu.& dato q̃ actu essent tales,cum oẽs separatæ dulces sint; manifestum est nihil esse ꝓportionatum bili flauæ, vel atræ:est etiã necessarium sic dicẽtibus:cõfiteri ꝙ Thurisanus dicit sanguinẽ esse mixtum quoddã ex tribus humoribus tantũ:& ita sanguinẽ nullum esse: haberent ẽt humores duo vasa sicut bilis flaua venas, & vesicã quæ sub iecore est,& atra venas & lienẽ: vt libro de atra bile cap.8.hoc aũt non est veꝝ cum singulis humoribus singula vasa natura decreuerit,ſm nãm existentibus.Conciliator vidit hanc difficultatẽ dif.30.sed non est ausus eam declarare. R ñdeo igitur quòd natura nõ intendit apud Aristotelẽ neq; apud Galenũ nisi generationẽ sanguinis,in secunda cõcoctione principaliter:sed generat vtrãq; bilem ex necessitate:sub forma excrementi:& excrementum in actu est.sed tunc non proprie dicitur humor,sed superfluitas:q: non habet saporem in actu, nec prauã qualitatem.superfluitas ẽt non intelligiť separata in actu ab eo cuius est supfluitas,quare non generat febrem aliã nisi cum separať:& tunc fit humor in actu:& accidit alterũ ex duobus,vel enim retineť & putrescit faciens febrẽ sui generis: vel expellitur sine ꝑparatione ad putredinẽ & sic retinetur à vasis ad hoc ordinatis:quia secum trahit aliquid vtilis donec illo separato excernatur vel extrudiť à venis cũ præparatione ad putredinẽ: & sic facit febrem periodicam.Cum vero Galenus dixit generari flauã bilem & atram ex sanguine supcalefacto secundo regim.acuto.31.intellige generationẽ humorũ

actu existentium qui amplius sanguini nō vere miscentur: vnde vterq; morbus regius exoritur: quod si humores actu in venis essent oēs regio morbo laborarēt. at si dicas in morbo regio superaugetur: rñdeo valde sapiēs esset medicina illa quæ superfluū tantū concoqueret: & quę rursus educeret. color ēt in sanis quāq; croceus nō foret, aliquātulum tñ eo particeps esset. Quinetiā Galenus ⁊ Princeps sæpe repetunt sanguinē mittendum esse cū vel ipse abundauerit, vel humores oēs ex ęquo aucti fuerint: quæ diuisio nulla esset si humoribus excrescentibus necessario & ipse sanguis excresceret. Rabi Moyses. 2. particula aphor. suoꝝ in principio sñiam Galeni recitat ex quarto sup secundum epidem. quæ talis est, sanguis est cōpositum ex quatuor humoribus: ⁊ cum vnus superabundat dicit̄ sanguis ab illo humore denominatus. vt biliosus, vel pituitosus: sanguis autē qui vnus est ex illis quatuor, est secundū imaginationem ab alijs separatus. hæc authoritas est satis expressa: verum forsan deceptus est in translatione vt etiā in plerisq; alijs cum expositio libri epidemiorū ad nos non peruenerit. humores igitur in actu nō sunt nisi corpus ægrum fuerit: humorum tamen materia semper adest.

Agaricus an purget materiam in pectore existentem. Contradictio. 6.



AGARICVS purgat materias existētes in pulmone & pectore tenaces ac putrescētes. Mesue capite de agarico. At Galenus dicebat quinto de locis cap. 3. post mediū eorū quæ continentur in pectore vel pulmone nullū descendit inferius. intelligit autē per secessum, nā per vrinam modū declarat. rñdetur ex eodem libro. 6. de locis cap. 3. in fine. dum dixit. Itaq; quam ob causam pus in pulmone genitū cum vrinis (licet raro)

excernatur iam dictũ est: id vero q̃ per ventrem purgatur aliã licet raram quæ in corporũ dissectione apparet causam habuit: quippe concaua vena medio quodã vase stelechieæ videtur interdum adaptari: proinde nihil mirũ aut impossibile est & ex partibus septo trasuerso superioribus pus in ventrẽ defluere: nam corporũ ratos habitus, par est ẽt vt rari sequãtur euentus. Ergo iã superius eodẽ cap.3 declarauerat q̃ pus per vrinam ex pulmone excernendũ primo in cor per leuẽ arteriã ad sinistrum ventriculũ fertur: q̃ inde in magnã incidẽs arteriam quæ spinæ substrata est, ad renes primo, deinde ad vesicã fertur: at vero in qbusdã cum pus ẽt p venas pectoris si morbus sit lateralis, trãsfundatur ad extremũ: vena ẽ stelechieę similis arborũ caudici, quæ illas pectoris perbreues iungit, his quæ ad intestina feruñt: nã sine illo vase haud hoc fieri pt cum pectoris venæ vt Galenus dicebat.5.de locis cap.3 iuxta exortũ septi trãsuersi finiañt: quare inferius sanies nisi hoc auxilio in paucis inuẽto, defluere non põt. Mesuen tñ haud tã longe prospexisse puto sed potius ẽ vicinis regionibus existimasse agaricum aliquid trahere: q̃ cum Dioscorides & Princeps alijq; classici viri dicant illud conferre tabidis, purulentos ipse credidit: cumq; simul purgare glutinosos humores affirment, ille hæc duo iunxit in vnum: existimans agaricum glutinosos humores, ac purulentos posse ex pectore & pulmone detrahere: quod cum nullus alius dicat, neq; ipse Serapio, causam dedit vt medici recentiores hoc etiam calamitatis miseris purulentis adijciant: quo ego consilio iam ab hinc quindecim fermẽ annis ab egregio quodam medico consultore penẽ occisus sum.

Hepialæ febres an simul calorem & frigus habeant ex eadem parte. Contradictio.7.




EPIALAE febres dicuntur à Græcis in quibus ab interna parte secundum minutissimas partes sentitur quãuis diuersas calor simul & frigus per totũ corpus: vt non sit ad sensum inuenire particulã in qua nõ vtrũq; simul sentiatur. cum vero interius calor sentit, exterius aũt frigus, aut lipiriæ sunt, aut febrium ardentium genus perniciosum libro de inæquali intemperie cap.8. at etiam.2. de diff. feb. cap.6. declarat quonam pacto, illa sit admodum quotidianæ in periodis: longissima etiam & quæ fiat à vitreo modice putrescente humore: nam vix putrescere potest. quodq; eius sint duæ differentiæ: altera in quã etiam si quiescat æger frigus sentitur: altera in qua dum mouetur solum. meminit & harum febrium quasi communi quodam symptomate tertio de simplicibus medicamẽtis. cap.16. in eadem igitur sententia fermè Aetius libro.5. cap.87. scripsit vitreum humorẽ & acidam pituitã cum non putruerint rigorẽ inducunt: cum putrescunt mediocriter epialam quæ ab ἠπιάω qđ est mitigo dicta est. lenis eni febris est ἠπίαλον etiã Græci dicunt algorẽ illum qui febrẽ præcedit: cũ igitur ex toto cõputruerit, febrẽ in qua frigus præcedit calorẽ, generat. Verũ hæc non videt esse Arabum sñia: nã Princeps prima quarti trac.2. cap.49. Empialam vocat in qua calor est manifestus: frigus autẽ in profundo latet: de Epiala vero Græcoꝝ in cap.61. loquitur nullũ ei imponens nomen. Rasis.18. cõtinentis cap.3. Empialã appellat febrẽ ex autoritate propria, illã quam et Princeps: sed ante ex autoritate Mesue dixit eã esse in qua calor interius, & frigus exterius appareret: & in hoc mihi nil aliud dicendum videtur nisi quòd mala translatione decepti sint Arabes. error vero nullius momenti sit, cum Princeps omnium febrium ex pituita consistentiũ, vnum tantum faciat capitulum generale.

Lateralis morbus an in senibus perniciosior quàm in iuuenibus. Contradictio.8.



ATERALI morbo laborátes iuuenes ex maiori parte seruantur,ꝛ senes moriuntur.4.contin.cap.3.fol.88.col.prima ex sententia Aaron. & adducit̃ ratio q: natura senum est debilis ad expuendũ materias cõtentas in phlegmone.oppositum ibidem fol.92.col.3. & adducitur ratio q: senibus non æque grauia adueniunt symptomata. Hippoc. prima aphor.14.dicebat ꝙ senes acutas febres nõ adeò incurrũt. dicebat Galenus in fine cõmenti qđ si incurrant moriũt̃:quare ex hoc ẽt vide tur prima sñia verior, cui exitus seu rei experimentũ accedit. igitur si dictum intelligatur in decrepitis quáq; symptomata sint leuiora, cõparatione tñ ad virtuté nõ possunt talia esse leuiora ei:quare iuxta aphor.34.parti cu.2.& rõne virtutis letalior fit omnino:si vero de medijs senibus intelligat̃,tunc raro incurrunt vehementes phlegmones laterũ: quòd si par sit morbus proculdubio in illis est perniciosa:si aũt morbus ad vires ꝓportionem habeat celerius etiá senex moritur:accidit autẽ frequéter vt in senibus leuissimi fiant morbi,quare diuites senex minus iuuenibus periclitant̃,qm̃ cãis fortibus nõ se exponunt:pauperes aũt cõtrario modo se habent.

Phthisicis an competat uinum? Cõtradictio.9.



HTHISICIS vinũ exhibet Princeps 10.tertij trac.5.cap. vlti.oppos.4.contin. cap.2. Aetius libro.8.cap.67.inquit vinũ aũt theræum & scybelites præbeatur mediocri tñ mensura dicta hęc à locis vinaná Thera insula est enata in mari iuxta cicladas: cuius meminit Plinius libro.2.cap.87. ꝛ tñ Paulus dixit lib.3.

cap.32.de tabidis ex vlcere pulmonis loquẽs. Potus autem eorũ aqua cœlestis erit: atq; inde mulsa ex illa confecta. Idem aũt Rasis cap.60. noni ad Almansorẽ vbi ex mente propria loquitur: dixit. insistendum esse potui lactis: vinum tamen subtile & temperatum aliquãdo esse tribuẽdum. Dico breuiter phthisis proprie dicta quæ à Galeno vocatur phthoe: libro de diffinitionibus iuxta medium: cum sit vlceris pulmonis morbus, vinum autẽ per se repurget vlcera & materiam in eis contentã maxime flauum, crassum, dulce libro de attenuante victu cap.12. ideo quantum est sui merito conuenit: nocet autẽ in tribus casibus vbi vlcus ex errosione fuerit: acres enim auget humores: quamuis etiam eos expurget teste Galeno in fortibus hoc tantũ intelligitur. Secundo nocet putrida vehementi febre adiuncta. Tertio vbi ex sanguinis sputo spontaneo ortum phthisis habuerit, raro aũt cum accidat vt ab his tribus cõditionibus phthisis absoluatur: ideo non dare vinum tutius est. erit & id obseruandum quòd in iuuenibus calidisq; temperamẽtis, noxium est: atq; ideo tales arcet etiam sanos à vini potu Gal.5. de tuenda sanitate in fine. dicebat enim ille si cui ergo intemperie quæ intra sanitatem existat, calidissimum temperamentum contingat, huic ex toto vinum circũcidisse prodest. Quanto ergo magis vbi tabe laboret calida: atq; eo maxime etiam si putrida febris adiungatur. Sed nec prætereundus error est Arabum qui subtile vinũ collaudant: at contra Aetius Theręum ac scybelliticum quæ vina vt inquit Galenus lib. de cibis boni & mali succi cap.8. dulcia sunt, & crassissima: quinetiam id laudis genus expurgandi pulmonem, talibus vinis ascripsit in libro de attenuante victu: verum cum ille dixisset adiungenda ea cibis subtilis alimenti, Arabes perperã intellexerũt vina subtilia phthisicis conuenire.

Hippocrates an pulsum agnouerit. Contradictio. 10.



X pulsibus signa sumpta prętermisit Hippoc. vel quia nõ cognouit, vel qa minimi ea momenti existimauit. 3. de crisi cap. vltimo post medium: attamen in libro de humoribus inquit post initium. Venarũ pulsus, caliditas, frigiditas ue medico sunt consideranda. Idem libro de alimentis iuxta finẽ qui. 27. est in ordine. Venarum pulsus & spiratio ſm nãm indicant hominẽ recte habere. &. 7. Epidemioꝝ ante medium σφυγμὸς ἐν κροτάφοισιν, ὡς λήπτῆς θέρμης. idest pulsus in temporibus, vt in calore suaui. rñdent quidã agnouisse Hippoc. vt signũ robustę, aut debilis virtutis: non aũt vt letale, vel salutiferũ. Sed hi non ad mentem Galeni. 2. de prę sagio ex pulsibus cap. 4. vbi docet mortẽ etiam inter loquendũ ex pulsu imminẽtem cognoscere: ꝓpterea dico vt sæpius alias Hippoc. non fuisse autorẽ libri de alimẽtis, iuxta Galeni sñiam. nec. 7. Epidem. verũ cognouisse tñ pulsum venarũ: sed cum nõ adeò illius doctrina perfecta foret quippe quam ẽt Erasistratus longe posterior ignorauit, alijs signis contentum fuisse.

Intentiones curatiuæ an à tribus sumantur. Contradictio. 11.



NTENTIONES curatiuæ sumuntur à tribus à virtute morbo & aere nos ambiente. 9. artis curatiuæ capi. 14. at prima aphoꝝ. 2. ponuntur quatuor regio, tempus, ætas, & morbus. vbi præter morbum nihil est cõmune cum priore. Rursus quarta aphoꝝ. 2. addunt̃ præter hæc constitutio, natura ægri, industria, ꝛ victus: eruntq; sic octo. at quarta primi cap. 3. ponun-

tur duodecim, quæ ſolent his verſibus quãq̃ſ ſatis rudibus vtiliter tamen explicari.

Ars, ætas, virtus, regio, complexio, forma.
Mox, & ſymptoma, repletio, tempus, & vſus,
Et bene ſi numeres figuram addere debes.

Sexcentæ ſunt diuerſitates in talibus obſeruandis. verũ vt iam ſæpius dixi Galeni locus proprius eſt inſpiciendus: is eſt nono vt dixi artis curatiuæ. ſed tñ in mittendo ſanguinẽ addidit ætatem illis tribus libro de venæ ſectione cap. 9. rñdeo igitur ad autoritatẽ primæ particulæ aphoꝛ. qđ regio & tempus ſunt pro aeris conſtitutione: in ætate vires cõprehendit. ſunt ẽt illi ſcopi quantitatis euacuationũ non ſimpliciter euacuandi vt libro de ſectione venæ cap 9. in fine. ad autoritatẽ quartę particulæ conſtitutio etiã ad aerem reducitur. reliqua tria nihil per ſe indicãt: ſed omnia de virtute. Princeps enumerat fermè omnia quę diuerſis in locis Galenus adduxit intentionibus curatiuis aſſequendis vtilia. ad id de venæ ſectione dico ꝙ tres priores cões ſunt omni euacuationi: ætas aũt non ſenilis, ſed puerilis additᷣ in mittendo ſanguinem: illa vero pręter principales eſt digna obſeruatione: maxime cũ quis à ſolita euacuatione deſtituitur: quam cap. 6. adiũxit. ſed videtur mirum qđ ibi in cap. 9. aeris conſtitutionẽ inter principales nõ admittit. rñdeo imitatᷣ Hippoc. 4. regim. acutoꝝ. 19. propterea obmiſſam fatetur in fine cõmenti Galenus aeris cõſtitutionem, quã ⁊ ipſe in libro de venæ ſectione dereliquit. quatuor igitur erũt, ſed aeris ſtatus ad virtutem referri poterit: vt etiã nono artis curatiuæ. morbi aũt pro ſanguinis miſſione tres febris ardentiſſima, phlegmon, dolor acutiſſimus prima aphoꝛ. 22.

Euacuationes ad ſyncopim an cõueniant? ubi de mẽſura detractionis ſanguinis. Cõtradi. 12.

NEQVE cópreſſiones ad extremū ducēdæ, periculoſum enim: ſed qualis natura fuerit eius qui perferre debet, ad hoc ducere expedit.prima aphoꝝ.3. & Galenus libro de venæ ſectione cap.12.narrat de tribus ægris qui per nimiā ſanguinis euacuationem repente mortui ſunt.at.9.artis curatiuæ cap.10.enarrat tm̄ duos.multos aūt alios periiſſe intercepto tempore,cum virtus vitalis imminuta nequiuerit reſtaurari.ergo tantæ inanitionis ſanguinis tria dicit eſſe pericula.Primum ne repente dum ſanguinem fundunt moriātur. Secundū ne poſt breue tempus non finito morbo,& proſtratis viribus.Tertiū ne ægritudo diuturna permaneat,aut aliquis malus habitus,ac decolor cui tandē ſuccedat pernicioſa diſpoſitio qualis eſt aqua intercus,orthopnœa, ventriculi iecoris'ue imbecillitas,attonitus morbus, delirium. Et tamen prima aphoꝝ.22.dicebat. Atq; vbi vſq; ad animi defectionem ducere expedit faciendū, ſi æger poſſit tolerare. & nono artis curatiuæ cap.4.enarrat duos ægros quibus ille ſanguinē vſq; ad animi deliquiū detraxit:liberauitq; eos præſenti periculo:cū primus ſynocha pura,ſecūdus aūt ſynocha putrida laboraret: vnde iocus emerſit Galenum iugulaſſe febrē.Porro huius ſectionis tria cōmoda enarrat.Primū eſt:refrigeratio totius corporis,trāſitusq; illius in cōtrariā habitudinem.Secundū alui purgatio,quæ talibus cōtingere ſolet ſemper: vomitus etiā bilis frequenter. Tertium ſudor mollis toto emanans corpore:quare hoc genus ſectionis venæ ēt imperat libro de venæ ſectione cap.12.iam adducto. Pro ſolutione animaduertendū quod antiqui minorem ſanguinis euacuationē faciebant ex vncijs duodecim: vt colligit libro de venę ſectione cap.13.cum dixit ante.14.annum ne ſanguinē detraxeris. poſt aūt vbi cætera ſigna adſint primum quidē ad ſummum detrahes ad cotylā vſq;:eſt

autem cotyla vt inquit Gal. in libello de ponderibus & mensuris: mensuræ genus qđ oleo si impleat nouem cõtinet vncias: vini aũt decem: mellis autẽ tredecim ac semis: quo fit vt cũ sanguis grauior sit vino, lenior autem melle, cõstat cotylam sanguinis .12. fermè vncias cõtinere: qđ & argumento euidenti cęterorum comprobat. nam Princeps & alij classici & antiqui viri loca Galeni interpretantes pro numero cotylarũ totidem supposuerunt libras. igit prima sanguinis eductio saltem vnius erat libræ. at secunda si qñ erat necessaria semper pro dimidio primæ mensurã habebat. neq; te moueat qđ dixerit ad summũ talem esse debere. nã Galenum nunq̃ inuenies in sanguinis detractione vnciarũ, numero vti. id planè est argumentũ nullam minorem hac mensura voluisse sanguinis missionẽ: qđ etiam ex maxima illius quãtitate intelligere licet: quæ est sex cotylarũ: idest vnciarum .72. ferme. libro eodẽ cap. 12. tum vero cap. 17. pro phlegmone oculorum libras tres sanguinis primo detraxit: deinde post horas quatuor vnã. vt sic essent vnciæ .48. nec metam dimidij obseruauit: ob nimis copiosam priorẽ sanguinis detractionẽ. si quis igitur maximã illorum temporum sanguinis missionẽ, ad maximam huius æui, minimamq; ad minimã conferat, facile intelliget minimam antiquo tempore sanguinis detractionẽ, libra non fuisse minorẽ, atq; id merito: nam vbi opus nõ est nullam facere decet, vbi opus est si nõ altera præcesserit euacuatio, minor hac turbat corpus, nec iuuamentũ affert: maior aũt frequentissime ista necessaria erit. Cæterũ vt ad rem reuertar: autoritas libri aphorismorum in .3. textu de sanis est quæ in .22. de ægris. expedit igit in ægris modo distinguere: nã Galenus nunq̃ ad syncopã ęgrum deduci vult. vnde cap. 14. iuxta initiũ libro de venæ sectione dum curã phlegmonis tractaret, inquit: Potissimum autem pulsuum mutationi, tanq̃ iudicio haud quaq̃ me-

Gal. in lib. de sang. miss. cap. 14. in fine ex tractu minus lib. et ita est q̃ sic aut. eum.

daci, animus diligenter est adhibēdus. continuoq; quie scendum pulsu in magnitudine vel æqualitate variato. At syncopa.11.tertij trac.2.cap.6.est destructio maioris partis virtutis motiuæ ac sensibilis, propter cordis debilitatem factā, & aggregationem spirituū à causa illos destruente, vel ob paucitatē cogente. Galenus autem.12. artis curatiuæ cap.5.in initio dixit syncopē esse præcipitem virium lapsu3.at vero quid intersit inter syncopē ⁊ animi deliquiū declarat ibidem iuxta finē: cum dixit, Si quidē crudi succi loca spirandi occupēt obstruantq; ac aggrauent: syncopem efficiunt: si vero nec obstruāt, nec aggrauent, animi deliquiū: constat itaq3 syncopam esse animi deliquio multo grauiorē. Præcipit igiť Hippoc. non deducendū hominem ad syncopē, sed ad animi deliquiū. hoc aūt fit vt diximus cum manente pulsu, æger animo deficitur. Verū nec hoc facere decet nisi in morbis molestissimis, ⁊ validis viribus. validas intellige vires, nō solum quæ tunc, sed ēt in posterū hoc sine detrimento perferre possint: vt nihil incurrāt eoꝝ quæ dixerat Galenus.9, artis curatiuæ cap.10. Sed hanc ēt mittendi sanguinis rōnem Auer.7.collectaneoꝝ cap.8. nititur reprobare tribus rōnibus. Prima est, natura nō facit euacuationē vsq3 ad animi deliquium, igitur nec medicus, cum sit imitator naturę, recte operantis. Secunda ratio fuit: nō debet euacuari nisi nocitiuū, igitur non vsq3 ad animi defectionē: nam illa sequi solet cū aliquid etiam vtilis excernitur: fit etiā diminutio caloris naturalis in tali euacuatione ad quā multa mala sequuntur. rñdeo qꝺ hęc probant de syncopa, non de animi deliquio, demonstratū est autem à nobis hoc in tertio tractatu contradictione.32.ex authoritate Galeni.12.artis curatiuæ cap.8.dico etiā qꝺ in euacuatione nocitiui, ꝯtingit animo deficere, absq3 eo qꝺ euacueť vtile quicq̄;.nā ⁊ si nō euacueť vtile resoluitur tñ.ad animi aūt defectum, non

est necessarium

est necessariũ minui calorem nãlem: dictum aũt Principis melius est infra subsistere, quàm exquisitissime euacuare, verum est, cum finem sumus assequuturi.

Euacuatio ad animi deliquium an detur cum tolerantia? & an Hippocrates in aphor.22. primæ particulæ intelligat etiam de purgatione. Contradictio.13.



IVXTA eundem aphor.22.primæ particulæ est dubitatio primo qđ Hippoc.loquitur de deiectione, Gal.de venę sectione.itẽ quia contradicere videntur ducere ad deliquium animi,& tolerare.rñdeo tolerare intelligit Hippoc. cũ Galeno vbiq; in posterũ bene ferre,& restitui: vt nihil ex his tribus dictis priore in contradictione sequaẽ: expositio aũt Galeni de venæ sectione, est sup secundam aphorismi partem: q2 illa est generalis. Hippoc.enim solet vt.2.&.3.aphorismo primę particulę & plerisq; alijs locis, à singulari ad generalẽ methodum ꝓcedere: qđ videns Galenus exposuit ad illius mentẽ: tum qđ vt recte ipse dicebat in libro de venæ sectione ad determinatã mensurã non licet accedere purgãtibus medicamẽtis, vt sectione venæ: ꝓpterea expurgare corpus medicamẽto vsq; ad animi defectionẽ, scireq; illũ tolerare posse, est plusq̃; medici: nõ sic de venę sectione: aiaduertere tñ est operę pretiũ, tutius in ardentissimis febrib⁹ fieri hoc, quã in phlegmone: q2 hic morbus ẽt post tantã euacuationem relinquiẽ: in febre autẽ vna tolliẽ: maxime si sine putredine fuerit. febris etiam ardens non fit nisi in iuuenibus robustis,& mã sanguini permixta, at phlegmone senibus etiã & debilibus frequentius febre ardente contingere poteſt: in doloribus si causa etiã morbi simul tollitur securissima est.

Febris ex putrido sanguine an detur. Contradictio. 14.




IVXTA dicta sæpius videtur contradictio: q: vt diximus in. 12. contradictione Galeni. 9. artis curatiuæ. 4. ponit duo genera febrium continentium ex sanguine non putrido, & ex putrido. at. 2. de differentijs feb. cap. 9. dicit q̃d cum sanguis putrescit, subtile eius transit in bilem, & crassum in atram bilē: ac sic nulla erit febris ex putrido sanguine. idem clare. 2. de crisi cap. 12. vnde dicit: liquet aūt q̃d cum his putrescere cœperit, nō amplius bonus remanet, sed iam ad amarę bilis nām transit: atq; in hoc, illud seruatur, triplex esse genus simplicium febrium: quæ enim ex sanguine putrido fit iam quodammodo biliosa est. ob id Princeps prima quarti trac. 2. cap. 43. nititur Galenū oppugnare duabus rōnibus: quaꝝ prima est. ꝙ Hippocrates illā posuit; cum tñ potius Hippocrates contrariū dixerit: nā in fine libri de natura humana, ⁊ in fine primi libri de morbis: dixit oēm continuam febrē à bile procedere: quare ēt Gentilis dixit se hanc autoritatem nō inuenisse. forsan quòd quarto regiminis acutoꝝ. 67. hoc intēdere putauit Hippocrates, sed nil clarū. Si tñ locus est euidentiā prçferēs. is erit in libro de natura humana: nā cum dixisset in prima sectione textu. 8. q̃d si aliquid eorū quæ in corpore cōtinentur plus iusto calefiat, aut siccescat, homo protinus languet: subiecit in. 20. textu hominē sanguine bile pituita & atra bile constare. veꝝ nihil hoc aduersus Galenum: qui & sanguinis febrē ąbsq; putredine concedit: & sanguinē etiam putrescere. quare ad rōnem Principis deueniēdum, constat aūt in hoc vel sanguis cum est putrefactus transit in bilem? vel cum putrescit? si primum istud est falsum, nā crassior pars transit in atram bilem:

igitur nõ totus in bilem. argumentũ hoc est sophisticũ quia iam Galenus fatetur quòd in illa duo simul trãsir. sed forsan oppugnabit Princeps rñsum hoc dicens igit duæ febres necessario euenient: altera ex flaua altera ex nigra bile: qꝺ totum est concedendũ, ad Gal. mentẽ. Secundo dicit qꝺ hoc fit post putredinẽ: & interim igitur laborabit febre putrida sanguinis: & non videt qꝺ hæc est rñsio vera Galeni: nã datur illa febris ex sanguine putrescente sed est breuissimi tẽporis: ideo non est de cõsideratione medici: vltimo dicit non est necesse qꝺ illud qꝺ fit per putredinẽ sit putridum: q: putrefacta cum ad separationẽ deueniunt, nõ sunt necessario putrida: sicut nec vermis est putridus qui ob putredinẽ generat: nec cinis est igneus, qui ab igne gignit. ideo ad hoc diceret Galenus qꝺ argumentum non cõcludit generaliter: in hoc tñ casu concludit: q: separatio hæc fit manente adhuc putredine: non sic de cinere, nec de aĩali. Secundum aũt sensum Galenus non recipit: sc3 qꝺ fiente putredine, sanguinis trãseat in bilẽ flauam & atram: & ratio sua in hoc est satis bona: q: in quocũq3 minimo tempore põt incipere putredo, non tñ in quocũq3 minimo tẽpore ex sangine bilis fieri põt: sed longa est necessaria trãsmutatio: & illud qꝺ adducit de exẽplo est verum: qꝺ omnia possunt putrescere, & manere in suo genere, donec perfecte corrupta fuerint. Gentilis satis bene conciliat Principem cum Galeno: nisi qꝺ errat in tribus. Primo quòd nititur conciliare eos cum velint esse discordes: quare melius erat dicere qꝺ Galenus nõ sibi contradicit: ꝛ qꝺ rõnes Principis aduersus eũ possunt dissolui. Secundo q: præsupponit hanc febrem sanguinis fieri à multitudine præfocante: hoc aũt non est necessariũ: sed etiam ab æstu & alijs causis fieri poterit: & tñ verũ erit semp qꝺ dicit Galenus: qꝺ non remanet per longũ tempus quin transeat in febrem ex bile. Tertio errauit cum Principe,

quia negauit talem febrē à Galeno esse positā.cum vt di xi illā posuerit vel si credidit positā breuis temporis illam fore existimauit:cum tñ Galenus breuē eam solum vt simplicē esse voluerit.Sed si tam breuis spatij est, cur considerat eā Galenus.9.artis curatiuæ. rñdeo qđ ipsa nō remanet pura diu:sed bene mixta.& in hoc ēt Gentilis nō animaduertit.nam seruat intentionē curatiuam, & est sectio venæ,ad defectū animi vsq;:quæ nō conueniret in puro causone à bile flaua solū excitato.hanc ob cām Auenzoar.3.Theisir in illa febre prius volebat bilē purgare,quā sanguinem mittere:quāuis hoc non fit ad mentē Galeni.Propter hæc Aetius lib.5.cap.75.vtrūq; genus febris sanguinis posuit:& putrescentis,& non putrescentis.& in cap.77.eiusdē dñiam posuit febris à sanguine corrupta & ardentis febris, quam Græci causum dicunt.Eadem rōne Paulus lib.2.capite.28.maximus Galeni interpres,tanq; cōfessa à Galeno ambo genera posuit synocharū febrium: & Trallianus lib.5.cap.2.hoc idem:& si paulo obscurioribus verbis attestať. Haliabbas etiam quāuis Arabs in.8.theoricę cap.4.illā posuit: nulla Galeni cōtradicentis habita mentione: quo fit vt omniū interpretum testimonijs, nihil plus Galenus voluerit:quā febrem sanguinis putridi non diu sine aliorū humorum signis esse non posse:huic aūt opinioni fauet ratio. nā id febrium genus in augmasticū omothenum & peraugmasticū diuisit:seu crescentē febrem æqualē & decrescentē. at si bilis esset subiectū, accessiones diebus imparibus tantū apparere debent.Conciliator vero differentia.89.hanc mouit qōnem.verū in diiudicando parum claudicat:existimans posse diu perdurare latitantibus exacerbationibus qđ omnino est falsum. nā tertianę accessiones breui apparēt:nec vlla erat excusatio Galeno vt illā quasi è numero febrium amoueret:si tādiu perdurare poterat.Auicēna aūt Gal.contradixit libēter

in his quæ ad cõtemplationẽ pertinent:nec à iurgijs tẽperauit vt.9.de aialibus cap.2.Galenus(inquit ille)dimidium solũ rerum olfecit & tñ cum hoc ausus est philosophiam profiteri.vix credat quisquã tam insolentibus petulãtibusq; verbis Gal. Auicẽnã maledixisse.Auer.3. collectaneoꝝ.3.&.4.eiusdem.31.&.7.ét libro cap.8.hãc mãm tractat:parũ ab hac determinatione differens.

Peracutus morbus an in tertio die consistat. Contradictio.15.



PERACVTVM morbũ vocat qui statim in summo vigore consistit:statim aũt est intelligendum circa primos quatuor dies vel paulo vlterius prima aphoꝝ.7.sed in cõmento.6.eiusdem particulę inquit, in peracutis aũt qui ad summũ vigorem in tertio die perueniũt victus summe tenuis optimus est.rñdeo peracuti morbi quinta aphoꝝ.6.in primo circuitu idest in quatuor diebus finiunť dicebat Gal.& p̃ de crisi.16.vnde.2. de decretorijs diebus cap.12.iuxta initiũ acutus morb⁹ vocetur qui.7.diẽ excedit.peracutus autẽ qui intra illũ terminať at rursus peracutoꝝ genera duo sunt:nõ exactum q᷑ quartũ diem excedit ad.7.pertingens:qui vero sub ipso quarto die finiť exacte est peracutus.similiter. acutus exacte non vltra.14.diem progrediť, non exacte finiť in.20.rursus alij qui ad.40.diẽ extenduntur acuti prius fuerunt:sed conuersi in diuturnos vocanť delapsi ex acuto:qui aũt post.40.diẽ finiuntur chronici seu diuturni sunt appellandi:ob hoc igiť recte inquit Hippoc. in pronosticis q᷑ acuti morbi intra.40.dies finiuntur morbos vniuersos sub duobus dierũ terminis comprehẽdens:acuti aũt in quatuordecim diebus finiũtur cum simpliciter tales fuerint:idest perpetuũ seruantes augumentũ,cum igitur in.7.aphor.præacutos inquit termi-

nari intra diem quartũ, vel paulo vltra: nõ de statu sed de tota terminatione loquutus est. qđ aũt in. 6. apor. dixerit qđ ad summũ vigorem in tribus diebus pueniũt, in Græco nõ habetur, est enim additio falsa. Sed si libet tueri nõ terminum morbi sed illius statum dicas declarasse: nam reliquum ad. 4. vsq; pro declinatione cõputari debet vera, aut ad mortem. porro quòd accessiones per tertium fiant & in accessionibus morborum status: memini iam me illud superius docuisse.

In morbis peracutis an uictu exquisite tenuissimo utendum sit. Contradictio. 16.



IVXTA illud cõtingit dubitare, nã cum morbus peracutus est, victu extreme tenuissimo vtendũ est. prima aphoꝛ. 7. est aũt vt inquit Galenus prima aphor. 4. victus extreme tenuissimus ad statũ vsq; peruenire nihil dando: aut mellicratũ seu mulsam tantũ. præacuti aũt morbi numerant̃ quinta aphor. 6. distentio neruorum, attonitus morbus secunda aphor. 42. cinanche & sinanche quarta aphor. 34. febris pestilẽs non tñ ex toto genere vt apparet prima quarti. cõnumerant̃ & quinta aphor. 30. morbus comitialis, & conuulsio: quãq; enim acutos nominet Hippoc. ibi, manifestũ est tñ de peracutis debere intelligi. in oĩbus igit̃ his ac cæteris alijs abstinendũ erit à cibo. Sed hoc habet difficultatẽ q; declaratum est à Gal. in cõmento. 19. secũdæ particulæ: quòd morbus peracutus cito terminat̃, & sæua habet symptomata. at vero accidentibus virtutẽ prosternentibus illico dandus est cibus: prima aphoꝛ. 9. qũo igitur victu tenuissimo vtendũ erit. nona ẽt tertij cap. 11. dat oximel & syrupũ de melle in præfocatione: igit̃ non vtetur victu tenuissimo. plus enim nutrit oximel, quàm mellis aqua: tum maxime φ Gal. in cõmẽto. 7. primæ particulæ vult

vt in morbis terminãdis in quarta die, vel citra, omnimoda inedia possit sufficere. Aetius quoq; lib.6.cap.27. in cura attoniti morbi, exhibere nos docet alimẽta pauca quotidie leuia, calida. & prima tertij cap.vltimo cibus patientis attonitũ morbũ sit panis in mane cũ ficubus siccis. Aetius quoq; in cap.95.libri.5.docet q̃ in febre pestilẽti sufficit vt vtantur victu cõtrariæ qualitatis: nõ dicit tenuissimo.& Princeps prima quarti trac.4. cap.4.loquẽs de laborãtibus hoc febris genere inquit: & plurimi eorum qui cibũ alacriter sumunt seruant̃.consulitq; vt capiant ipsum pro viribus. Aetius ẽt libro.6. cap.2.iubet in phlegmone cerebri vt cibentur alica vel ptisana.neq; dicendũ q̃ de declinationis tẽpore intelligat, nã subijcit, morbo aũt mitigato dentur oua sorbilia & lactucę.Idẽ in syncopalibus febribus lib.5.cap.97. &.98. iubet in ea quæ fit ex redundantia crudi succi, si virtus deficiat, hominẽ nutriri pane & vino: in minuta confertim nõ paulatim quæ ambo à Gal.sumpsit.12.artis curatiuæ cap.3. verũ ille hæc cõcedit tantum his qui syncope vexant̃ prostrata virtute. necesse est enim periculũ periculo propellere, cum igit̃ symptomata grauia sunt, at virtus fortis, tunc oĩno abstinendũ est à cibo: neq; enim semp fortitudini illorum virtus succũbit. oximel autẽ cibus est medicinalis, vel medicina cibalis, vt 12.artis curatiuę cap.3.habetur, ꝓpterea non cõnumerabit̃ inter cibos puros & simplices.in.7.vero aphor.primæ particulæ loquit̃ Gal.sub distinctione: vt vel abstineant in totũ à cibo, vel vtant̃ mulsa, vel modico ptisanæ succo: nã oĩbus modis his exquisite tenuis victus ac tenuissimus adhibet̃.De attonito loquit̃ Aetius & Princeps in declinatione: qui eñ fieri põt vt consistẽte morbo panẽ & ficus edant? q nec possint eo aperire vel oculos attollere? ad id de febre pestifera est exceptio q? illa nec coctionẽ habet, nec symptomata ex actiõe virtutis,


sed ex malitia mãæ: ideò sumns in casu aphor.9.primæ partic. in phlegmone aũt cerebri cũ sit morbus simpl'r acutus: cibũ damus ⁊ ẽt q; est morbus cõpositus.de syncopali febre dictum est, qđ solũ vbi syncopis inuaserit, tũc nutrimus si morbus intra.7.diem sit terminandus: quinimo ẽt vtimur victu tenuissimo: ẽt si diutius sit pmansura vsq; ad.7.diem, modo virtus sufficiat.

Morbis acutis an necessario febris complicetur. Contradictio.17.



ORBVS acutus febrẽ habet necessario sibi iunctã prima aphor. cõmento.7.&.3. de diebus decretorijs cap.vltimo. ve℞.3.pnosticorũ.34.dixit cõuulsionem esse aliqñ sine febre: cum tñ numerent̃ inter morbos acutos.⁊.1.pnostico℞.26.distinguit acutos morbos cũ febre veniẽtes ab his qui febri minime iungunt̃. & scđa apho℞.19.idẽ agit.& quinta apho℞.30 cõnumerat conuulsionẽ,comitialem morbũ,& attonitũ,& distentionẽ qui sine febre aduenire possunt idem dico de coli dolore.rñdeo morbi acuti qui febrẽ sibi adiungunt necessario eã sortiunt̃ inseparabilẽ: non tñ oẽs febrẽ sibi adiungunt: hoc igit̃ voluit Gal.in.7.cõmento primæ particu lę.⁊.12.capitulo tertij de crisi.attñ verba illa aliã videntur pręferre sñiam,inquit enim ibi.ὡς δ' Ἱπποκράτης ἔλεγε, τοῦ μετὰ πυρετῶν συνεχοῦς γιγνομένον συμβεβηκὸς, ἐξ ἀνάγκης ἔσται τὸ ταχέως κρίνεσθαι. idest: vt aũt Hippoc. dixit cũ febre euenientis,accidens est, necessario celeriter iudicari.quare non ois acutus cũ febre gignit̃.interpres nõ est lapsus. Sed quidam legẽtes vt & pleraq; alia in contrariã directe Gal.sñiam verba hæc adduxerunt.

Olera an frigidum & humidum exhibeant alimentum. Contradictio.18.


Diximus antea qđ oĩa olera aquosũ & tenue ac paucissimũ præbẽt alimentũ.2.de alimẽtis capite de plãtis spinosis.nec põt dici qđ de frigidis tm̃ intelligat:cõnumerat enim Scolymũ inter ea & si aculeatũ: quẽ cõstat ex.8.đ simplic.medicamẽ.esse siccũ in secũdo calidum vero in fine secũdi, vel initio tertij. At vero in de dissolutione cõtinua cap.6. vult qđ brassica atrã bilem gignat. Auer.quoq; lib.5.collect.cap.41.vult quod oĩa olera p̃ter lactucam & buglossum melancholiã gignãt.Gal.vero in libro de attenuãte victu cap.2.distinguit:nã frigida & humida aquosum humorẽ gignere fatet:exẽplificatq; de cucurbitis & atriplice:calida vero & sicca calefaciũt,& attenuant. Rasis vero.9.ad Almãsorẽ cap.13. inquit, & deuitet oĩa olera præter humectantia, qui melancholiã patit.Gal.in cõmentario.3.de diæta sanoꝶ vult brassicã inter olera calefacere & siccare. nam Hippoc. in textu ab oleribus esse abstinendũ p hiemem admonuerat:quasi qđ olera infrigident, & humectent. Gal.lib.2.de alimẽtis brassicã tenue alimentũ & siccum præstare fatet:ad lentem vero cõparata humidũ:idẽ libro.7.de simplic.medicamentoꝶ fac.quasi temperatam videt existimasse: in calido frigidoq;, sed tñ exiccantẽ. vnde non recte videt Serapio caules inter medicinas in primo calidas collocasse cap.32.q̃uis cõcordet cũ Principe qui.2.can.cap.143.ponit illã calidã in primo, siccã in secũdo.sed hęc obiter:ad rẽ redeo.actu oẽ nutrimẽtũ olerũ humidũ est,seu aq̃sum:tenue.ac paucũ potẽtia võ aliud calidũ,aliud frigidũ:aliud adurẽs:crassũ aũt,aut p̃l'm esse nõ põt:verũ ẽt vt medicina reliquũ nutrimẽti exuere põt:aut condensare sic & sanguinẽ.hocq; mõ crassum alimentũ exhibere.rõ aũt est,qđ ab olerib' non põt nisi tenue,& paucũ alimentũ secerni:calidũ aũt, vel frigidum,humidũ,vel siccum, pro oleris ipsius qualitate,

TRACTATVS HIERONYMI CARDAni Contradicentium medicorum Libri Primi tractatus Quintus.

Caro an instrumentum tactus. Cōtradictio. 1.



ARO vel quod ad ipsam habet proportionem est tactus instrumentū, 2. de partibus aīaliū cap. 1. & cap. 8. iuxta initium. videtur autē adducere duas rōnes non leues: quarū prima est: qđ omnibus aīalibus cōe est, necessario debet esse instrumentum tactus: q: tactus cōis est omnibus aīalibus: animal enim est animal per tactū, vt habetˀ in. 2. de anima. sed sola caro, vel qđ ei proportione respondet in exanguibus aīalibus, est cōis omni animali: q: vt ipse declarauerat, caro est tutela aīalibus à frigore, & calore: est igitur omnibus cōis. altera ratio est qđ corpulentissimū in aīalibus debet esse subiectum sensus tactus: tale aūt est caro: vt manifestū est. nullū enim animal magis abundat & vbiq; alia parte simplici quā isti similarē vocant, quàm carne. manifesta est assumpta prima ꝑpositio q: cum tactus sit ad tutelā animalis debet esse in quacūq; aīalis parte: & ēt corpulentissima. cū primas solus hic sensus sentiat qualitates: & ēt subijciatur dolori: quare opportunū est vt sit etiā corpulentū hoc instrumentū, aliter cito dissolueretˀ. vnde patet cur instrumenta alioꝝ sensuum oīa latitent in profundo corporis: solus aūt tantus instrumentū, cum toti corpori & exterius maxime. esset necessariū in corpulentissima parte positū est. Prima ratio indiget propositione declarata. 8. phy. 46. & est qđ singulis formis suæ materiæ debētur. nec pōt forma hominis recipi in luto, aliter vna spe

cies fieret simul per se & à casu. Sed hic oritur difficultas q; philosophus.2.de partibus capi.10.duo vult esse necessaria singulis aialibus parté per quam cibũ imittant, & emittant.igit non videtur tactus ob hoc necessario in carne fundari. propterea quidã ex duabus rõnibus vnam conficiunt.Sed tñ causa sensus alia est à causa operationis. Ideo tales non videnť intelligere qđ dixit Philosophus in eodem.2.de partibus cap.1.cum inquit. operationes ipsę sunt dissimiliũ,& ex pluribus cõposita rum partium. Sed vis ipsa sentiendi est simplicis partis. vt igitur instrumenta sumendi cibũ sunt cõposita: non possunt esse caro aut neruus: sed compositum,seu vt dicunt dissimilare qđ tñ in omnibus inuenitur aialibus. Sed hoc primo habet difficultaté q; idem Philosophus 2.de partibus cap.10.iuxta finé inquit. tactus aũt sensorium non caro est,nec pars eiusmodi aliqua:sed aliquid intimũ. Idem etiam videtur innuere phs à textu.107.ad textum.116. secundi de anima vbi cõcludit tandé,quod caro non sit instrumentũ tactus,sed mediũ.adducit aũt duas rões quaꝝ vltima quæ ponit in textu.116.est clara: & est sensibili posito supra sensum, non fit sensus: sed sensibili posito supra carnem, fit sensus: vt experimento patet: igitur caro nõ est primũ sentiens,sed aliud. prima propositio in reliquis sensibus inductione ostéditur,vt patet de colore supra oculũ posito. Alia ratio videtur obscurior quæ ꝓponitur in textu.106.&.107.ſm Auerrois expositioné: & talis est. si sensus tactus sunt plures caro erit mediũ,non instrumentũ: q; impossibile est vt vnum instrumentũ inseruiat pluribus virtutibus.at vero sensum tactus diuersum esse ostendit. vnde ét.2.colle ctaneoꝝ.13.triplex est sensus tactus, vnus cóis toti corpori quo sentimus calidũ & frigidũ & reliqua.Secũdus quo os ventriculi hora inanitionis famé sentit. Tertius quo virgę summitas hora cõcubitus venerei, sentit de-

lectationem. Sed tñ de hac multiplici sensus nã non videt intellexisse Philosophus in textu.107. sed arguit sensum tactus esse multiplicem q: sentit calidũ, frigidum, siccum, humidũ,durum,molle,ac talia. vnde diuersitas Auerrois est potius ex modo sentiẽdi & ex partibus instrumẽtorum sicut dixit de carne quæ est in summitate virgæ.quidã dubitauerunt frustra,deesse solutionẽ dubitationis:cũ in textu Græco iaceat, ἔχει δέ τινα λύσιν. & reliqua. vt ratio prima in nullã vim redigatur. cum fateatur Aristoteles sensum tactus quãuis plures agnoscat oñias vnum esse.Secunda ẽt ratio videtur tã aduersus neruos militare,quàm ẽt aduersus carnẽ. Sed Auerroes.2.collectaneoꝝ inducit simul rõnem contra Galenum pro Aristotele:⁊ soluit rõnem Galeni hoc modo. qđ debet sentire mediũ esse debet inter qualitates vt iudex.2.de anima.118.Sed neruus est frigidus & siccus, & cerebrũ frigidum & humidũ,igitur nec neruus nec cerebrum possunt esse primũ instrumentũ tactus. At q: caro declinabat ad calidum & humidũ necessarius fuit ei neruus ad contemperandũ carnem. ideo caro neruo carens,obtusi sensus est,nõ dicit qđ sensu careat. Sed remanet difficultas alia q: caro videtur cõcedi qđ sit mediũ & sensus tactus plures.2.de anima.111.cum iã vt dixi difficultatẽ hanc in.108.sustulisset.ꝓpterea Auerroes in cõmento illo roborauit rõnem Philosophi dicens acutũ & graue magnũ & paruum in sono sub eadẽ specie vel saltẽ genere continentur:ideo auditus põt esse vnus:sed calidum & frigidũ & graue & leue, non continẽtur nisi sub homonymo genere: quare tactus nõ põt esse vnus. deinde in fine cõmenti grauius agit primo videtur consentire his qui neruos volunt esse instrumentũ tactus:⁊ dicit Aristotelẽ in libris de aialibus ignorasse neruos: deinde in libris de aia rõne nõ sensu illos inuenisse: qm̃ hos post libros de aialibus cõposuisset. Sed cum dictis

suis aduersetur in collectaneis iā à me expositis, Philosophum etiā indigne redarguit: qui.3 de historia animalium cap.5.de neruis plurima differit: cum locus ille ēt ante libros de partibus constituaẽ.quinimo habere aliquā vim circa tactus sensum,Philosophi ea verba ostendunt: nulla corporis particula stupore tentaẽ, quæ neruis careat.Adducit.2.de partibus animalium Auerrois cap.2.quatuor alias rōnes qȯ caro sit instrumētum primum tactus nō neruus.Prima est,neruus nō vbiq; extēditur,sensus tactus est in toto aiali diffusus,igitur cū caro extendaẽ,erit caro instrumentū primum, nō neruus: etiā dato qȯ caro indigeat neruo ad sui contemperamē tum.Secunda ratio quę magis propria est illi(cum prima fermè sit ea quæ Philosophi nisi qȯ ratio Philosophi est generalis,Auerrois vero vt cōparatur caro soli neruo,& ideo aduersus Galenū)neruus est durus,igitur non est aptum instrumentū sensui tactus. nā durities est impedimēto sensui.& ideo ēt Galenus duriores ex neruis motui,molliores sensui dedicabat. Tertia ratio proprium instrumentū visus est humor glacialis in oculo: quāuis Gal.fateatur neruos cōcurrere ad causandam visus operationē: igitur idem de tactu. postmodum ostendit ēt primo non solū proprie hoc ei inesse: q: caro est temperatissima partiū similium quæ sint in aiali: sed tactus primo inest temperatissimæ parti nō intemperatæ, igitur carni,nō neruo,vel cerebro.Deinde dat similitudinem inter cor & carnē: nam cor vt est instrumentū & membrū principale conseruans totū corpus ꝛ oēs functiones tanq; agens perficit: sic caro tanq; patiens cum sit membrū seu pars similis recipit: ideo hæc duo natura iunxit in vnū: fecitq; cor carnosum.tandem cōcedit aialia aliqua neruo & cerebro carere vt spongias marinas: & tñ habent hæc sensum licet obtusum.snia igitur Auerrois est ꝑ caro neruo cōtemperata sit primū pro-

prium & perfectum tactus instrumentũ: q̃; q̃; in.2.de aĩa paululũ ob verba Philosophi deflexerit, vt quasi cũ Galeno cõsenserit. nec põt dici qđ credat Aristotelẽ etiam sic sensisse: nã non fuisset sermo cõtrarius imo concors 2.de anima.108.cum dictis.2.de partibus aĩalium: nec ẽt oportuisset dicere carnẽ esse mediũ, si contemperata est instrumentum: nec oportuisset excusare Philosophũ de ignorãtia neruorũ, tempore quo composuit librum de partibus aĩalium: q₂ hoc sufficeret Philosopho: qđ caro esset instrumentũ tactus: q₂ de cõtemperamento & si nõ dicat non tamẽ illum negauit. Auicenna in.2.de anima cap.3.idem fatetur qđ caro vt neruoꝝ virtute contemperata, sit proprium & primum tactus instrumentum. Aliud tñ vult.12.de aĩalibus cap.6.cum dixit. sed consilium optimũ quod mihi videtur est, qđ primũ sensibile sit spiritus. ⁊ ponit ibi quatuor opiniones. Prima ⁊ magis remota est qđ primum sensibile sit solum cerebrum, vel neruus: & cõtra hoc arguit: q₂ cerebrum non sentit cum phlegmonẽ patitur, sed tantum cum eius pãniculi. Secundo q₂ non valet oculus videt per virtutẽ à cerebro infusam, igitur cerebrũ est primũ instrumentum visus, & nõ oculus: nã medici concedunt primã ꝓpositionem: & negant. Secunda quæ est contraria sensui. Tertia ratio est alibi dictã q₂ cerebrum & nerui sunt extra temperamentũ, & cum hoc declinant ad frigidũ, igitur cum frigidũ aduersetur sensui non cõuenit vt vel cerebrum, vel neruus sit primũ sensitiuum in tactu. Secũda opinio est dicit qđ sit carnea substantia. ⁊ hæc est dicit dignior quã quod sit neruus, vel cerebrum: tũ q₂ carnea substantia est tẽperatior: tũ quia per se calidior: ⁊ caliditas non impedit sensum. Sed tñ illa inquit non videtur mihi primum instrumentũ: & ratio vt credo est q₂ nisi contẽperetur à spiritu nõ sentit: & ẽt q₂ vt diximus Aristoteles videtur negare hoc manifeste. & sic reprobauit primam

opinionē quæ eſt Galeni & medicorum,& ſecundā quæ eſt Auerrois & Conciliatoris in dria.42.quæ oino eſt falſa.deinde ponit tertiā quòd cor ſit primū ſenſitiuum & inſtrumentum rōne carnis ſuæ:non q; temperatum, ſed q; fons ſenſus,& calidū. caliditas vero eſt principiū & fouens oēs operationes.& hæc videtur fuiſſe opinio Alexandri: quāq; videatur de carne abſolute dixiſſe. ſed tñ nec hanc ſniam veram eſſe credit:q; & ipſum cor ſentit ſm ſpiritū:& forſan intelligit qd̄ nō approximat ſenſibilibus ſicut ſpiritus. nec pōt vere dici cor intimū cōparatione ad carnē:relinquitur igitur vt primum ſenſus tactus inſtrumentum apud Auicēnam,& iuxta illius ſententiam,ſit ſpiritus:q; non poteſt eſſe aliquod aliud ex his quæ ſm rōnem inſtrumentum dici poterant.
Sed eſt etiā apud illum difficultas & contradictio cum Ariſtotele:nā in.11.de aīalibus dicit Auicēna qd̄ virtutes nāles ſunt in membris cōſimilibus, animales autē in diſſimilibus:ſed videre & tangere ſunt virtutes animales,igitur erunt in mēbris diſſimilibus & non conſimilibus.& hoc cōtradicit directe non ſolum dictis Philoſophi.2.de partibus cap.1.iam declaratis:ſed cōcluſioni factę.q; ſpiritus nō eſt primo membrū,ſed pars tm̄ corporis noſtri.& ſi eſſet membrū, eſſet conſimile non inſtrumentū.Sed hanc difficultatē diſſoluit dictū Philoſophi primo de hiſtoria aīalium cap.4.vbi loquēs de ſenſu tactus idē dicit quod.2.de partibus capite primo. ſcilicet quòd virtutes oēs quę patiendo perficiuntur,vt ſenſus, in aliqua conſimili parte cōſiſtunt: & proprie de tactu exēplum dat,qui ſit vel in carne dicit,vel alia parte conſimili,ſed tñ ſanguinea aut quę illi rñdeat.ex quo etiam clarū eſt illum excluſiſſe neruum:cerebrumq;.quæ non ſunt ſanguineę partes:tñ etiam carnē neruoſam,cum ſit diſſimiliū partium virtutes aūt agentes in diſſimilibus continentur,vt motrix.quare apud Auicennā pro nāli,

lege patientē, ſeu quæ patiendo perficitur: pro ſenſitiua agentem. nec poteſt dici quòd ſenſitiua apud Auicennā dicatur actiua virtus, cum in hoc Ariſtotelē Princeps ſit ſecutus, non Galenum.

Sed eſt alia contradictio in dictis Auicēnę. 5. de anima cap. 8. dicit enim iuxta mediū, quòd cor eſt ſenſibilius cerebro, in ſenſu tactus: ⁊ ideo dolores cordis ſunt longe maiores & intolerabiles. & videtur ſtatuere cor primum qđ ſentit, cum Philoſophis. & in fine capituli vult contra oīa dicta hic, & alibi, ꝙ neruus ſit primū inſtrumentum tactus cū muſculis: & quòd forma virtutis ſenſitiuę ſit in anterioribus ventriculis cerebri. ad hoc reſpondetur quòd hic loquitur ſm medicos & ſermones magis ſenſibiles: ante ⁊ alibi ſecundū veritatem. ⁊ quòd hæc reſponſio nō ſit voluntaria, vide quid dicat prima primi doc. 5. cap. primo dum de cordis principatu loquitur. inquit enim, Et Philoſophi ſermo cum ſubtiliter certificatur eſt veracior: ſed medicorum ſermo in primis cum attenditur, eſt magis manifeſtus.

Noluiſſe etiā omnino Philoſophum neruū eſſe tactus īnſtrumentū declarant verba eius ꝑ de aīa cap. 5. inquit enim, ὅσα γὰρ ἔνεστι ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν ἁπλῶς γῆς, ὅιον ὀστᾶ, νεῦρα, τρίχευς, ὀυθενὸς ἀισθάνεσθαι δοκεῖ, ὥς τε ὀυδὲ τῶν ὁμοίων, καίτοι προσῆκην. Ideſt quæcunq; enim ſunt in animaliū corporibus ſimpliciter terræ, vt oſſa, nerui, pili nihil ſentire vidētur. quare neq; ſimilia ſibi: & oportebat tñ. non ignorauit ergo neruos, ſed ſentire negauit. & in libro de ſenſu & ſenſato cap. 2. in fine dum olfactus ſenſoriū in cerebro collocat: tactus & guſtus primū inſtrumentū iuxta cor ponit. quare cum oēs quo ad primū ſenſitiuū in corde collocet, manifeſtū eſt hic ipſum loqui de inſtrumēto non de primo ſenſorio. quare hoc ēt eius cæteris dictis congruit: qđ inſtrumentum tactus nec eſt neruus, nec caro, nec neruoſa caro, cum talis

cum talis vbiq; reperiatur: non cor ipsum, nam cor non recte iuxta seipsum dici pôt, sed intimum aliquid.
Reliquum est igit vt ostendamus cur carnē dixerit instrumentum tactus. & vt Galeni rônibus respódeamus, declaremusq; quid hoc sit intimum instrumentum.
Conciliator videtur Aristotelē arguere qđ veram neruoꝝ nām ignorauerit. nam. 3. de historia aīalium cap. 5. inquit. Nam ossa oia seu vicissim foris tangunt, siue alterum alteri inseratur neruis ligant: ⁊ circiter ossa quęuis neruoꝝ copia ducitur: excepto capite: nā id suturis ipsoꝝ ossium continetur. quare manifestú est ligamenta ossium cum neruis ipsis confudisse: nec illoꝝ propriam nām agnouisse. In cap. ēt. 11. eiusdē libri iuxta initium, ait. sensu cutem carere constat, maximeq; in capite qm̄ nulla interposita carere ibi ossi adhæreat. & certe hæc prodigijs similia videntur cū cutis capitis auulsis capillis dolorē afferat. ligamenta ēt vt cōmixta neruis maximum dolorē inferunt, vt in eculeo tortis manifestū est. quod tormēti genus Aristotelē non ignorasse, cum antiquissimū sit verisimile est. Sed si nō de cute capitis verba habuisset, facile poterat excusari: nam cutis exterior quam vocant qui dissectionē exercent ἐπιδερμίδα proculdubio sensu carere videtur. at cum de capitis cute loquatur vtrāq; amplecti videtur. Incusat & Conciliator Auerroem incōstantię qui modo carnē, modo neruos, modo neruosam carnē primum tactus instrumentū dixerit. vt etiā in paraphrasi de sensu & sensibili, iuxta initium: vbi declarat proprietatē sensus tactus: qđ sentiat instrumentū, quāuis non sit nudum à qualitatibus primis, ipsas tñ primas qualitates. nā ibi carnem posuit instrumentum tactus: ⁊ in secundo de anima neruos: & in paraphrasi de animalibus neruosam carnem.
Quáobrem cum rectū sit iudex recti & obliqui: ideo primo videndū erit quid nam senserit Philosophus de

hoc.videtur autẽ iudicio meo cõstituere duo principiũ sentiendi in corde,& instrumentũ ipsius carnẽ.cum autem dixit cutim nõ sentire: intellexit cuticulam vocatã ἐπιδερμίδα. nam hæc proculdubio parum aut nihil sentit.non aũt ex toto carere sensu manifestũ est,cum dicat cutim capitis maxime talẽ esse: idest sensus expertem. nã si ex toto cutis sensu caret: cutis capitis in nullo minus põt esse sensitiua reliqua cute. at vero carnẽ nõ propria sentire vult: sed receptiuã esse sensus est manifestũ: velut mediũ quoddam,cum sensus in corde perficiatur. nã in doloribus & voluptate totus homo afficitur & hoc est q: cor ipsum sentit: non aũt in videndo.gustus etiã quędam tactus species.primũ igitur nõ perfectum sensitiuũ est caro: primũ & perfectum est cor ipsum. & propterea bene dixit Auerroes in principio libri de sensu & sensili qđ tactus ꝛ gustus medio nõ indigent, vt reliqui sensus: ꝛ tñ dixit Philosophus qđ omnis sensus fit per medium vt.2.de anima.98.&.116.exponit Zimarra de medio exteriore.sed licet hoc sit verum & Aristotelis attñ altius insedit demonstratio.2.de anima.116. & est qđ sensibile positũ super sensum nõ facit sensum perfectũ. & ideo cũ sensile positũ super carnem sentiaꝛ: sensus perfectus non est in carne.caro igiꝛ habet duas virtutes altera per quã est primũ instrumẽtum sensus imperfectũ: altera qua est medium ꝑfectę operationis sensus tactus.& ideo dolor cum sit imperfecta quædã sensus operatio,fit posito sensili super sensum.per carnem aũt quid itelligat philosophus: apparet quod substantiã generalem quæ cõstat ex sanguine,vel ei ꝓportionali disseminatã per totum corpus,seu neruis cõmoderatã,seu non.& quòd hoc voluerit Philosophus patet q: in eodem.2.libro de partibus: non dico in diuersis,nunc carnẽ facit primũ sensitiuum in cap.1.& negat eandẽ esse expresse cap.10.quare necesse foret nisi de duobus sentiendi generibus loqueretur,

ipsum fuisse maxime obliuiosum. & si quis quærat qui ná est vsus huius tactus imperfecti? dico ꝙ est ad saluté aialis. ideo sæpius dixit tactú esse nó vnum numero, cú tñ alij sensus in plures nó diuidantur. Sed cur dixit non in corde sed iuxta cor fieri? rñdeo qđ vult carné quę est in circuitu cordis esse talé. nam sanguis sentire nó poterat, alia aút non videbantur adeo terrea vt possent esse tactus instrumentú. ex quo patet quá indigne Auerroes conetur relinquere ⁊ coarguere Aristotelé. Nec opinio Auicennæ de spiritu est multú ad propositum: cum hic quæramus de primo receptiuo nó de instrumento recipiendi. aliter esset dicendú qđ spiritus esset primú receptiuum cuiuslibet sensus: & si sic iam erit cóe: ⁊ nos quęrebamus ꝓprium. quare hoc non erit ad propositum. ex hoc patet cur Auerroes modo dixerit carné modo neruum modo neruosam carné instrumétum. conatus est enim sequi qué iudicabat nó vnam sñiam tenere Aristotelem. eadé ratio euertit Auicenná qui modo cum Gal. modo cú Aristotele eoq; suo iudicio à seipso diffidéte, sentire voluit. vnde illa postmodú dictoꝝ suorum multiplex cótradictio. rónes aút Aristotelis duæ pro sensu imperfecto in carne & vna pro ꝑfecto in carne cordis expositæ sunt à nobis. ex hoc patet solutio rónis Auicénę ná sensus imperfectus est diffusus per totú corpus ad conseruationé aíalis: sed perfectus est in corde: nec aíal ipso indiget vbiq;: q; talis non est necessarius ad illius conseruationé, sed ad perfectioné. est ét (vt nihil quáuis leue pro Philosophi opinione prætereá) illud considerandú cur penis glans tanto sensu ac tam peculiari prędita sit, quæ carne cóstat: ná pauculi illi ac exiles nerui nó per totá carnem dispergunt. neq; cum à capite profiscifcantur in vlla alia parte consimilé delectationis vim efficere possunt: quare eius carnis hoc est priuilegium. stupidum ét efficiunt Aristotelé qui neget sensile, super

sensum positũ sentiri:cũ constet nos ignem in quacũq; corporis parte ponatur nõ leuiter à nobis sentiri.id autem accidit studiosis verborum autorum non veritatis rei, vt simul cum re ipsa etiam mentem quam maxime venantur eorundem amittant.

Igitur hac visa opinione,ad Galeni sñiam ex toto diuersam cum suis rõnibus accedamus. is nãq; non nugis vt reliqui,sed sensu ipso pħm oppugnat.conatus ostendere neruos,non carnẽ, esse instrumentum tactus. verũ ante eas inducam rõnem cõem ex concessis à philosopho. Idem est instrumentum sensus & motus.2 de par.cap.1. iuxta finẽ atq; id iure: quorsum enim sensus absq; illo. neruus est instrumentum motus,non caro,igitur etiam sensus. dico ꝙ philosophus dicit qđ idem est principiũ non instrumentum. quinimo Gal.ipse confitetur quòd durioribus mouemus mollioribus aptius sentimus:⁊ si cõcedat vtrũq; genus vtraq; præditum esse virtute.

Galenus igitur primo de motibus manifestis sic ostẽdit virtutẽ sentiendi in neruis esse & à cerebro proficisci si amputetur neruus quicqd supra remanet sentit & motũ retinet:quicqd infra est vtroq; priuaẽ.& similiter infert si præcidatur spinalis medulla id enim qđ infra est &,à parte pręcisa exoritur sensum amittit & motũ.igitur cũ superiora hęc retineãt,erit virtus sentiendi & mouendi neruo quidẽ insita,& à spinali medulla originẽ ducens. vnde primo de vsu partiũ.16.inquit,erit igitur neruoꝝ vtilitas facultatẽ sensus ⁊ motus in mẽbra ipsa ex principio deducere.hoc aũt iam cerebrũ & medullã spinalem esse ostẽderat.vnde lib.16.cap.2.qđ vero sensuum instrumenta neruos ad sensum exposcerent,illud iã abunde superius me declarasse putò.Et infra.His aũt qbus exactiore erat opus sensu molles nã neruos tribuit:ijs ṽo q̃ voluntariũ motũ exercebant duros oẽs:quibus aũt opus erat exactiore tum sensu,tñ motum,etiã vtrũq; genus.

At vero in.5.libro cap.9.tres scopos nāq̄ in neruis disse minādis declarat ad sentiendū primum velut videndū audiendumq̄;secundū ad mouendū:in his duobus maximis vel ēt pluribus neruis opus fuit.at vero tertiū scopum doloris sensum statuit:cuius cā in aliud adiungat exilibus opus neruis fuit:quales renibus ⁊ iecori & pulmoni natura inseruit:cū instrumenta nō eēnt sensus vllius aut motus.eandē sniam repetit in libello de virtutibus nostrū corpus dispensantibus:quē Galeno ego tribuo vt ēt librum de partibus artis medicatiuæ ⁊ de motibus manifestis:⁊ si initiū sit ejus dixit Gal.nā hic mos Arabū fuit libros ē Græca lingua ad suā transferentiū. Sed nec forsan introductorius medicoꝝ ⁊ si alias de illo nō parum dubitauerimus à Gal.erit alienus.Sed hæc obiter:illud cōsulto:videri mihi eos qui de hoc scripserunt adeo cōtemptim hāc tractasse disputationē vt maxima qbus innitit Gal.argumēta pterierint:quale illud. Quod maxime sentit principium debet esse sentiendi, etiam alijs: tale autē neruus est.4.artis curatiuæ cap.6. nāq3 ibi dicit.si neruus lædatur,aut qui ex eo componitur musculus,aut tendo,vbi locus vacuus carne fit tunc doloris vigiliarum conuulsionis ac delirij periculum instat. dicebat autem longe secus esse si quoquomodo caro instrumentum poterat esse tactus.

Tertia ratio pro Gal. est membra carne nuda vt dentes sentiunt ſm propriā ēt eoꝝ substātiam, vt ipse Gal.5.de medicamētis ſm locos capite.23.⁊.11 de vsu partiū cap. 7.iuxta initiū &.7.tertij c.p̄.non igit ex carne sensus.

Auerroes negat hæc quæ assumunt nam sensum vt dixi perfectiorē reddi neruo putat:q? caro reddit temperatior:non tñ non sentit ēt præcisa pars:verum à maiore dolore minor obtundit dicente Hippoc. duoꝝ dolorū qui ſm eandē partem fiunt, maior minorē obscurat.ob id igitur nō sentit inferior pars:quæ necessario, vel ve-

hementi dolore superioris obtundit,vel breui emarcescit: & extinguitur.erunt igitur tria membrorũ genera, carnosa ⁊ hæc sensu prædita simplici.⁊ neruosa carnea, & hæc quidem perfecto:⁊ neruosa tantum quæ non sentient sensu vero.sed in hoc aberrat Auer. quia dixit nullo modo sentire:quãuis in neruo expuncto hæc adducat in medium,quę alias scribam Deo volente dum distinguam quidnã sit primum quod sentitur.

Nec illoꝝ etiam opinio probãda est qui putant alia mẽbra per se sentire ẜm Galeni sentẽtiam. imo nerui per se sentiunt cætera per neruos. & si dicas quod cutis volæ manus est instrumentum tactus temperatissimum primo de temperamentis vltimo: fateor verum quãuis sit mixta ex carne ⁊ neruo propter neruum tamen sentit.

Dico igitur qđ sensus magnitudo in neruo viget: nec est qđ rñdeat Auerroes secundæ rõni.nã dicere non sentire q: diuisio illa ac incisio quædã sit priuatio, etiã in carne locũ habet dum pungitur.dicat vero qđ solæ primæ qualitates sentiuntur:at has ẽt nudus neruus sentit, igne exustus.nec hoc repugnare videt Aristoteli si neruos vt arterias à corde nasci decernat. non tñ de perfectione sensus cõueniunt quã Gal. in neruo, Aristoteles vt dixi iuxta cor statuit in carne illius. At vero sensum quo aial est aial si sensitiua ẽt ossibus infusa est,qũo Galenus neget carni & vniuerso corpori inesse ? qñquidẽ aial per sensum sit aial : & nutritiua vis cuilibet corporis parti necessario ob id inest : qm̃ vndequaque viuit. ob quę tam phs q̃ Galenus hanc sentiendi vim in toto corpore collocãt.Atq; id iure magis Gal.qui Platonẽ secutus ẽt plantis ipsis aliqd sensus vestigiũ concedat.

At vero nihil refert seu animã dicas per totum corpus diffusam : seu ipsius facultates tantũ, ipsa in corde sedẽ habente.non enim põt esse viuens nisi vbiq; nutriatur: nec sentiẽs si aliqua parte sensus expers sit.quare nec ca-

pilli viuunt, qui ꝛ si crescant sensus tñ oino sunt exptes. Ergo nec Albertus videtur recte Philosophũ interpretari, qđ caro neruis immixta sentiat: palàm enim est qđ instrumentum qđ recipit simile in partibus esse debet. Neq; hi ẽt vera dicunt qui neruũ grauis ꝛ leuis faciunt sensorium: calidi & frigidi carnem. essent enim quinq; sensibus plures: vno superaddito. nec ratio Philosophi staret, qua putat debere instrumentum toti corpori esse cõe. at vero Gal. qui carnem ẽt sentire credit, neruoꝝ facultate præditam, nihil in hoc habet Philosopho repugnans: cum duo instruméta non ponat, sed vnũ tm̃ primum. qđ & si ponat propositionẽ Philosophi ad specierum formas cõtrahet, non ad cæteras quæ minus mãæ connexæ sunt. nã & Philosophus ipse fatetur exanguia sentire per aliud quã per carnẽ: & si carnis id in aiali locum obtineat. Cæterũ dentes haud sentire dicet cũ quotidie citra sensum vllum exedantur. dicunt quidã aduenire dentibus in extremo, qđ vnguibus: vt superfluũ id sensu careat. verum qũo si pars illa nõ sentit ab acerbis fructibus obstupescunt ꝛ congelant? manifestũ est enim affectũ illum dentibus inhęrere, qua parte inuicem cõmittũtur. quare & aliquid tale inesse illis Philosophus concedet, qualitate etiam altius progrediẽte. Membranæ autem, ꝛ cutis, exquisitum habent à neruis vel à corde sensum. porro obtusum qua parte solum sunt animalis sentientis partes.

An finis ipsius medici sit sanitas. Cõtradict. 2.



INTENTIO medici est sanitas, finis aũt adipisci, eam in de sectis primo. At. 9. artis curatiuæ. 10. & 13. prima cura habenda est de virtute, est eni prima illius intentio. Respõdeo intentiones sunt duæ: altera ad finem & hæc est ad sanitatem. vnde, 11. artis curatiuæ. 9.

Quicquid scripsi, pro sanandis ægris scripsi. Altera intentio est ad finis media vt finē nos possimus consequi. & hoc modo illa partitur in plures: ē quibus prima est ad virtutē: secunda ad morbū. ꝛ ita de alijs, vt dictū est. vel clarius intētio medici est sanitas: illa vero à quibus sumitur intentio operandi, sunt alia plura. & sic differt intentio à rebus à quibus sumitur. Circa qđ est aduertē dum qđ introductorio cap.6. sanitas est scopus medici semper: sed nō est eius finis, nisi cū potitur ea. Sicut scopus gubernatoris nauis est seruare nauim: sed nō est illius finis nisi cū eam seruat. Et si quis dicat cōtra q3.10. artis curatiuę.10. Hecticam tertię speciei curat nō vt sanet sed vt reducat ad tabem frigidā: igitur tunc scopus eius nō est sanitas. rñdeo qđ producere vitam est finis consequens ad id qđ primo intendit medicus: idest reducere ad sanitatē. reducit aūt ad sanitatē in eo qđ tollit morbum caliditatis siccitate relicta. & ita remouendo morbum inducit sanitatē pro parte. Et eodem modo cōsiderat medicus de parte decorē augente etiam præter nām vt in infibulandis adolescentibus: tum ēt de castrandis. vnde Paulus Aegineta lib.6. cap.68. dabat rōne3 huius. cum enim potentes hoc vel illud facere omnino volūt, medici officiū tunc est, quāq; ad sanitatē sit institutus, procurare quo minore ægri malo ac periculo fiat.

An ad medicum pertineat tractare de decoratione. Contradictio.3.



CIRCA hoc cōtingit dubitare: an ad medicum pertineat tractare de decoratione tanq; de re per se ad illū spectante: cum vt dictum sit oīa sanitatis causa agat vt ostensum est in præcedēti contradictione. nam Aetius in.16. libro de ea pertractat & Princeps.7. quarti? Rñdet ad hoc Gal. primo de medicamentis secundū

locos cap.16.qđ decoratio vel est ad reparãdum nãlem pulchritudinẽ,vel ad addendum aduentitiã.prima quidem ad medicum pertinet,non aũt secunda,nisi vt diximus in præcedẽte contradictione. Quomodo aũt pertineat hoc ad sanitatẽ instaurãdam,intellige. nã præter naturalis turpitudo vel est iuncta cũ morbo: vt sextus digitus: vel est signũ morbi vt vitiligo. quare medicus vt tollat morbũ illum procurare debet vt ẽt quasi coniunctum vestigiũ turpitudinis aboleat. Sed quid de cicatrice,quę iam nõ est cũ morbo,qui possit auferri,quãuis ipsa possit aboleri,nunquid medicus debet eã tollere?videtur qđ sic.q: est res præternãm vt Galenus.14.artis curatiuæ cap.16.de mangonibus reparantibus nares puerorum.Sed hoc pro exemplo.nã pars non põt sana diu permanere ppria carne destituta. Sed quid cũ morbus procuratur à medico: vt cum abscindit membrum propter cancrum.14.artis curatiuæ.13? respondeo intendit primo & per se sanitatem: & est ablatio cancri: quæ tñ non potest fieri nisi cum alio morbo in forma vel numero sed tamen leuiore.

An medicina sit scientia. Contradictio.4.


GALENVS principio tractationis artis medicinalis dixit medicinã esse scientiam: & in titulo dixit artẽ. Conciliator dĩa.3. mouet qõnem,Phs.5.primæ philosophiæ vocat eã scientiam. sed Auerroes vult illã esse artem in cõmento:exponens Philosophũ expositione Anglicana.Princeps ẽt vult in sua diffõne prima primi eã esse scientiam.qui tuentur opinionẽ Auerrois primo collectaneorũ p̊ &.6.collectaneorũ p̊.&.7.eiusdem cap.31.iuxta finẽ: non solũ eam esse artẽ sed mechanicã volunt:eo tñ modo vt cũ artes diuidantur.2.phy.24.in vtentes velut est nauigandi peritia, quę nõ facit nauim,


ſed illa vtitur:& operantes vt quæ ſecat ligna:& imperantes vt architectura:medicina eſt mechanica ideſt nõ vtens,ſed faciens.non aũt vt faciat proprie ſed vt præcipiat.Igitur volunt hi cum non poſſint effugere quin ſit ſcientia quæ operari doceat:q̃ tale genus ſcientię cum arte ſit idẽ.& ad hoc adducunt verba Philoſophi.6.primæ philoſophiæ p̊.vel in Græca ſectione.5.primæ philoſophię iuxta initiũ quæ tñ oppoſitum ſonant ex toto cũ dicat ille. τῶν μὲν γὰρ ποιητικῶν ἐν τῷ ποιοῦντι ἡ ἀρχή, ἢ νοῦς ἐστιν, ἢ τεχνὴ, ἢ δύναμις τίς. τῶν δὲ πρακτικῶν, ἐν τῷ πράττιοντι ἡ προαίρεσις. Quibus verbis duo errores deteguntur.nã practicam quã hic vocat nõ illam intelligit quã.2.primæ philoſophiæ.3.ideſt quæ eſt ars, ſed prudẽtiam.q̃ apparet ex tribus.Primo q: artem ſub faciente,non ſub agente collocauit.Secundo q: principiũ artis nõ eſt προαίρεσις,ſeu præelectio quædam,ſeu recta electio, hæc enim ad prudentiã pertinet, nõ ad artem. Tertio q: ars eſt faciens proprie nõ agens. Secundus error eſt quòd facientem ſcientiã non vnã dixit, ſed tres: aliã quidem cui initiũ eſt intellectus:aliã cuius alia vis q̃dam(coniecturalẽ intelligit vim)aliã quæ eſt ars. nõ igitur tota faciendi ſcientia eſt ars:nec agẽdi vlla ex parte.cum tñ Auerroes in ſuo textu pro agẽdi peritia, quæ prudẽtia certe eſt,artem haberet.quo fit vt aberrare cogeretur.manifeſtũ eſt igitur philoſophum ibi ſub ſcientia tres habitus intellectus ſi nõ plures quos.6.Ethicorum diſtinxerat,cõprehendiſſe,ſcientiam contemplatiuã,artem,& prudentiã.verum.6.Ethicorum ſciẽtiam intelligit vt.2.Metaphiſicæ.3.pro cõmuni ad cõtemplatiuam, & illã cuius finis eſt exerceri.non igiť idem eſt ars & ſcientia cuius finis eſt opus.aliter nec Geometria, nec Aſtronomia quæ ſupputare docet,nec Arithmetica:nec Grãmatica, nec muſica erũt ſcientię:ſed purę artes. itẽq; fabrilis & ſutoria ſcientiæ erũt:artes enim ſunt.Medicina

igitur scientia est.sed quare Galenus eã in titulo artẽ vocat? q: liber artis medicinalis, non est demonstratiuus, sed diffinitiuus:ideo nõ ibi scientia tradi põt,sed ars.Secundo q: cum cõtineret totam disciplinã, titulus debet esse à maiore parte, quæ est ars, diffinitio à præclariore,quæ est scientia.sed in introductorio cap.5.negat medicinam esse scientiã : si quidem exactam quæ habet per absolutam demõstrationem. nã etiam philosophiã ibi scientiã esse negat,& nos ẽt aliquid scire. verũ dilucide ꝑ artis curatiuę.4.eã scientiam & perfectam declarauit: quoniam ⁊ ipsa ex indemonstrabilibus demonstrat.

An neutrũ in primo modo def. Contradict.5.


ALENVS in diffinitione medicinæ ponit neutrũ:Philosophus negat in prædicamẽtis capitulo de oppositis:dicens, omne corpus est sanũ,vel ægrum.Respõdeo vt Hali in cõmento differunt solo nomine.nã cum morbus adeo remissus est,vt nõ impediat operationes:tunc apud medicũ non dicitur æger : & si sit tã apud illum,quã apud philosophũ. Causa autẽ huius est triplex,prima est ex modo auxiliandi:nã ęgris debetur curatio.3.artis medicinalis.6.neutris præseruatio si sint decidua,vel reassumptio si sint conualescẽtia. 3.artis medicinalis cap.16.&.17. Secunda autẽ causa fuit propter dies decretorios,qui non ab initio morbi sunt cõputandi, sed vehementis morbi cũ homo ferm ẽ cogitur decũbere: primo de diebus decretorijs cap.6.tertia q: Galenus mutationẽ posuit quę sensu non perciperet. primo de locis affectis cap.2.&.3.de tẽperamẽtis cap.4. hanc negat philosophus & eius interpres Auerroes.8. physicæ auscultationis com.23. cũ igitur hæc phs non consideret,Neutrum qđ re ab ægro non distinguit ponere nõ debuit.Vnde Auerrois fallit ꝑ collectaneoꝝ.1.

An neutri dispositio insensibilis sit. Cõtradic. 6.



ALENVS neutri dispositioné sensibilem esse vult vt in locis duobus vltimis præcedentis contradictionis ex Galeno adductis in arte ét medicinali in cap. de signis futurę ęgritudinis, ⁊ primo de diebus decretorijs cap. 6. Clarissime aũt in de cõstitutione artis medicatiuæ cap. 19. & in de partibus artis medicinalis cap. 5. Sed oppositum videtur in his duobus locis in libro de cõstitutione: ponit enim neutrũ nullum sentiens nocumentũ: & exemplũ dat de eo qué canis rabidus momordit. idem dicit in libro de partibus addens huic exéplo aliud eius qui venenũ ad tempus sumpsit. Quidam rñdent qȭ causa est sensibilis, licet nõ dispositio. hoc nihil ad ré cum quæramus an neutrum corpus primi modi sentiat nocumentũ? nec quærimus de medico qui nec ipse sentit sed rõne hoc tm̃ percipit. põt etiã esse vt nec medicus hoc percipiat: nesciens cané esse rabidum: nec æger, vt in veneno qȭ inscius hausit. Dicunt alij habere cãm in se, & ideo ratione causę illud corpus ægrotare: si sic esset: nõ daretur neutrũ ad ęgritudinem terminandũ: sed tantum conualescentiæ: q: omne illud causam cõtinet per quam perueniet ad ęgritudiné. dico igiť quod hoc neutrũ est tertij modi non aũt primi.

An panis sit facilioris concoctionis quàm caro. Contradictio. 7.



ATIO faciliter transeundi in alimentũ sumitur ex temperamento ita qȭ sit cibus ƒm nãm. 3. de temperamẽtis cap. 2. nã cibi diffinitio est qȭ immuteť à natura nõ mutando illã. manifestũ est aũt qȭ tale necesse est esse simile corpori in qualitate, nã omne agens dũ

agit repatitur: si igitur alterius naturæ sit cibus quã humanum corpus? manifestum quod infrigidabit aut calefaciet corpus: & sic non iam simplex erit cibus: sed vel cibus medicinalis, vt dicunt, aut medicina.
Sed in libro de dissolutione cõtinua cap. 4. in initio reducit facilitatẽ & difficultatem concoctionis ciboꝝ ad quinq; cãs: quarũ prima est, intemperies valida: nã illa facit vt tarde possit assimilari, q; assimilatio est cõditio præcedens nutritionẽ, vt alias declaraui: ergo piper & portulaca erunt difficilis concoctionis. Secunda cã est rõne substantiæ & hęc est quadruplex: vel qđ sit vehemẽtis duritiei vt nux indica: vel siccitatis, non intelligẽdo virtutẽ nunc: nã sic reduceret̃ ad primum modũ vt panis superassatus: tertia qđ sit tenacis alimẽti, vt caro magnorum piscium: quarta qđ sit crassi alimenti vt caro bouis. Tertia aũt causa est rõne excrementoꝝ, quę enim plurima cõtinent excrementa, diuturna indigent sepratione vt amigdalæ & auellanæ. Quarta est propter aliquod impediens sibi iunctum vt quę oleum continent, velut oliuę. Quinta est causa abominationis: & hæc est duplex: aut generalis, vt cũ res est ingrati saporis admodum, vel odoris. alia cum abominat̃ homo aliquid propter nãm propriã: vt quidam qui nõ comedunt lac, alij oua: alij comedunt sed natura refugit propter vim quã habet illi contrariã & discordem. Additur ẽt ratio contrarij: qm̃ cibus calidus in frigido corpore celerius cõcoquitur, quã frigidus: & causa est q; calidũ celerius reducitur ad temperamentũ à frigido, quàm à calido: & ideo hoc verũ est tantũ in mala temperatura, non in naturali. & remanet dubitatio parua, de mala temperie, naturali tñ, sed valde intensa. sed nunc est sermo tantũ de sanis, non multũ à temperamẽto æquali recedentibus: in recensendo aũt cibos facilis concoctionis primo ponit panẽ bene præparatũ, post carnes auium, & reliquo-

rum: & si liber hic esset Gal. absq; dubitatione & cũ omnium cõsensu, nõ esset multũ difficile sniam eius venari. De temperato aũt cibo non solũ Galenus illud fatet vt dixi in locis prædictis: sed & in libro de cibis boni & mali succi cap.3. non tñ vult ipsum esse temperatum tm̃ in primis qualitatibus, sed medium etiam inter tenue, & crassum: lentũ & friabile: cæterasq; eiuscemodi oẽs qualitates. Et Auerroes.5. collectaneoꝝ.31. dixit panẽ triticeum esse optimũ cibum inter oẽs & quasi nãę humanę simillimũ vt ẽt cap.3. eiusdẽ libri declarat iuxta initium, vnde dixit tẽperantia propria est cibo, medicinæ intemperies. est enim cibi natura vt faciliter conuertat in humorem similẽ humori radicali. & hanc primã laudem etiã Zoar illi tribuit in suo libro primo Theisir, capite de cõseruanda sanitate. Idem fermẽ Rasis lib.3. cap.3. ad Almansorem cõfirmat. volens vt plurimum salis ei misceatur ac bene fermentet. Quanq̃ nemo sit qui non videat mediocritatem ꝑm Galenum excessu fore potiorem, & si tñ sit declinandum tunc coctio, fermentum, & sal, minus afferunt detrimentum aucta, quã detracta.
Tertius modus ex facilitate solutionis in aquis sumit. nam qđ facilius soluitur facilius concoquit: tum si celerius ac magis tumescat; ꝑcipue coctũ. vt in lib. de cibis boni & mali succi cap.3. iuxta finẽ. sic. n. fructus & multa alia à patre suo ꝓbari scripsit, certissimo experimẽto.
Quartus modus sumit ex paucitate nutrimẽti. nam qđ parum nutrit faciliter concoquitur: contra qđ faciliter concoquit, parum nutrit: & qđ plurimũ nutrit, ægre cõcoquit, & hæc tria se cõsequunt. 7. artis curatiuæ cap.6. iuxta mediũ. vltimum aũt diuisionis mẽbrũ non cõuertit: vt qđ ægre concoquat necessario plurimũ nutriat. nã difficilis concoctionis iã plures cãs declarauimus.
Quintus modus habet à Gal. ꝑ de alimentis cap.1. post initiũ. quæ facile concoquunt, facile altera fiunt, & cor-

rũpuntur: q̃ vero difficulter cõcoquuntur, ẽt difficulter in alienã transeunt qualitatẽ, & tarde corrũpunt. in his oĩbus nõ videtur primo Galenus in facilitatis rõne cõstans fuisse, cum oĩno diuersas illius causas referat.
Ex his tñ causis promptior ad concoctionẽ panis carne esse videtur: nam quãtum ad temperamentũ attinet ab omnibus vt diximus pro exẽplo absoluti cibi, vt qui in nulla qualitate exuperet, adducitur. Caro etenim omnis calefacit vt inquit Rasis. 3. ad Almansorẽ cap. 9. Quantum ẽt sit merito conditionũ assignatarum in libro de dissolutione cõtinua, videtur panis esse gratior carne. nemo enim sustinet esum purę carnis cũ multi sustineãt esum panis solius, vt quotidie multis est in vsu. Quòd etiã panis celerius in aqua soluat carne, memini dubiũ esse debet qui vel expertus sit hoc, vel velit experiri. Nutrit ẽt minus panis longe quã caro, quod Celsus lib. 2. cap. 17. testatur & 3. ad Almansorẽ. 9. caro est omnium quæ edũtur nutriens maximũ. vnde tertia primi doc. 2. cap. 7. qui multa carne vtitur freq̃uẽti indiget minutione. in facilitate tñ corruptionis q̃uis panis à carne vinci videatur: non tñ adeò longo vt quidã putant interuallo: nã panem corrumpi post primam diem affirmat Zoar capite de conseruanda sanitate. adiunximus nos olim cũ essemus iuniores in emendationẽ contradictionem ex dicto Auicẽnæ in directo de qua in. 11. libro diximus contradicentiũ medicoꝝ. caro etiam non cruda, nã talis edi non consueuit, pani cõparanda est, quæ hieme diutius pane asseruari põt. quòd & si vincat hac in causa solum panem, cum tot modis vincatur, durior erit concoquentibus ipsa quàm panis.
Secunda ratio videtur sumi ex experimento celerius id concoquitur, quo assumpto, citius esurimus; cũ fames nãlis inanitatẽ ventriculi pręsupponat primo de causis symptomatum cap. 7. sed celerius esurimus assumpta li-

bra panis,quā carnis,vt nos docet experientia:celerius igitur panis ipſa carne tranſit in alimentum.

Tertia ratio procedit ex authoritate Galeni qui carnes dabat in cœna ⁊ panē in prandio primo regim.acut.18. iuxta finē:exemplum adducens de gladiatoribus.cōſtat aūt qꝺ carnem ſolā ibi intelligit:q: dixit hoc obſeruari ab illis vt ſimplicitate cibi,omnē deuitent turbationē: quod haud conſequi liceret, ſi vtrūq; in cœna aſſumerent,ſcilicet panē ⁊ carnes.at cœnam copioſiorem vult Galenus eſſe prandio vt infra docebimus:quare manifeſtum eſt illum exiſtimare carnem eſſe difficilioris concoctionis ipſo pane.

Quarta ēt ratio ex alia autoritate ſumitur.7.artis curatiuæ cap.6.iuxta medium: vbi exhibet primo panē & piſces ſaxatiles pro leuiſſimo alimēto: inde ad carnes deſcendit.quo fit vt panis ab illo in facilitate concoctionis carnibus præponatur.

Alia ratio ſumitur ex eodē loco,nā panis facilius concoquitur ſuilla carne:illa enim eſt dicit nimis cōtumax eo quod plurimum nutrit. ſed caro ſuilla eſt omnibus alijs carnibus in nutriēdo cōmodior,& humanę ſimillima,vt habetur.10.de ſimplic.medic. cap.3. & de cibis boni & mali ſucci cap.4. igitur panis eſt facilioris concoctionis quàm vlla caro.

Aetius quoq; Galenum in libris de tuēda ſanitate ſecutus,dum ſenes nutrire docet lib.3.cap.30. ter panē illis in die dat:carnes ſemel.& Galenus primo de tuenda ſanitate poſt mediū iubet ablactato infanti primo panem dari, poſt legumina,& carnes. item poſt paūca ſi negotijs impeditus pædotriba ſit, vt nec lauare: nec fricare puerū poſſit, modicū panis det:inde hora qua fermè ſolet lauet fricet & cibum ſolitū exhibeat. prohibet enim quēq; iuſto veſci cibo,anteq; fricet,ac lauetur. hæc igit argumenta ſunt qꝺ panis ipſe res ſit leuiſſimi alimenti,

ſaltem

falté ad carnis cóparari: sic vt facilius illis concoquaẽ.
At qui partẽ tuentur oppositam, rónes quibus aliqd facilius cócoqui Galenus nobis declarauit, singulas seorsum debilitant. veluti cũ dicimus temperata facilius cócoqui: obijciunt nobis vinũ, q͛ cum nó sit temperatũ; facillime tñ concoquiẽ.2.aphor.11. & oua quæ vel sunt temperata, vel paululũ ad frigidum declinant: vt.11.de simplic.medicam.⁊ à Principe in libello de viribus cordis: & à Serapione dictum est. vel eo magis si temperata sint vt videẽ sentire Princeps: difficulter tñ concoquuntur. adeò vt candidioris partis, q͛ ad alimentũ attinet, nullus sit vsus. hæc ratio vitiosa omnino est tribus modis. Primo ꝙ cum omnia illa quinq; cósideranda sint, hic vnum dũtaxat accipit, & ex eo argumentatur. Secundo ꝙ de vino adducitur ad propositũ non est, cũ ex alimenti genere q͛ cibũ dicimus in potum descendat. Tertio ꝙ mediocritatẽ illam quam Gal. nó in qualitatibus tantũ primis, verum ẽt in crassitudine & tenacitate, iubet obseruari, tum alijs qualitatibus, hic solũ in primis spectat: cũ non obscurũ sit oui candido, nihil esse vel tenacius vel magis ád glutinis nãm accedens. Qua etiã róne argumentũ de suilla carne dissoluitur: nã ⁊ si similis sit substantia humanæ prorsus.3.de alimentis cap.1. nihilominus cũ tenaces ⁊ glutini similes generet humores.2.aphor.18.merito difficilis concoctionis erit. eodẽ modo si quis dicat gallorũ testes quos Mesue in cura phthisis cómendat: ⁊ iecur gallinæ tum anseris q͛ facillimum est in concoctione, vt.3.de alimentis cap.21.⁊ in de dissolutione cótinua cap.3.&.4. nó facile aquę imposita intumescere: cum tñ pulmo & fungi, quæ ægerrime concoquuntur, soleant celeriter inflari: rñdemus nó de aqua frigida Galenũ dixisse, sed si incoquanẽ. at luce clarius est iecur & galloꝝ testes, celeriter tumescere, ⁊ mollitiẽ nancisci si coquantur. at cótra fungi & pulmo tar-

de. verum iecori & ouis illud propriũ est vt diutius quã par sit cocta durescant. quo fit, vt & tunc coctioni in ventriculo contumacia reddantur. Simili modo oua & si plurimũ nutriant, teste Galeno, facile tñ concoquuntur, reluctante multitudine alimenti: q: temperata sunt, & mollia, si de luteo intelligimus. omnes igitur hæ rõnes esse videntur quæ ad cibi facilẽ concoctionẽ faciãt, non quæ seorsum sumptæ talẽ cibum illũ esse ostẽdant. Igitur ad primã videtur Auerroes. 5. collectaneorũ. 32. fateri carnes esse temperatiores pane: tũ gallinaꝝ maxime: cum ius eaꝝ dicat leprosis cõferre, & carnes ipsas nostrum corpus ad temperamentũ reducere. in secunda cã caro videtur esse nobis conuenientior natura, quã panis: sed ex vsu panis est consuetior. porro ꝙ ad alias pertinet cõditiones non vlla in parte caro videtur esse pane inferior. tñ præsertim cũ Gal. primo de alimẽtis capite de tritico panẽ velit esse difficilẽ ac contumacem, si quid desit ex optima præparatione. absolutus igit̃ & si difficilis nõ possit appellari in primo tũ genere eorum quæ facile concoquũtur, locari debet. ꝙ vero aquę impositũ feruenti celerius intumescat, hoc ad carnes haud quaꝗ; extendi debet: cum Gal. experimentũ illud ad grana tãtum ac legumina referat. Quòd ẽt minus nutriat panis, quã caro: illud nõ omnino ab oĩbus concessum est: cũ carnes paruarũ auium vt leues, ac parũ exhibentes alimenti, debili ventriculo vel Galeno teste concedãtur. & si modo adhuc caro à pane in hoc solo vincatur, in alijs tñ causis leuis concoctionis illum superat. At de corruptione nemini dubiũ est longe facilius putrescere carnẽ, quam panẽ. quare cum difficillimum sit hæc rõnibus demonstrare, melius erit sanè ad autorum ipsoꝝ placita, quæ experimento confirmata sunt, confugere. sed tñ prius secundã principalem rationem diluamus. ante id vero ẽt illud præmittendũ cibum dici cõ-

coctu faciliorem: vel quod celerius transeat in chilum, seu pulticulam in ventriculo: vel qđ celerius in sanguinem: vel quod celerius ipsa solida membra nutriat. Itaq3 nobis aliqñ celerius contingit post panis assumptioné esurire, qđ minus ex ipso quá carne nutrimur. rari ét sunt qui vel solá edant carné, vt tutò liceat hoc experiri. illud tñ si concedatur nihil ꝓbat: cum defectioné alimenti in venis nãlis sequatur fames. hæc aũt celerius assumptum pané quàm carnes sequitur. aliter dicẽdum esset, rapas ét crudas, facilius concoqui perdicũ carne: cum & illaꝝ esum celerius ac multo quàm panis, fames subsequatur. igiẽ alia ratio modicæ nutritionis, alia vero facilis cócoctionis. Arguo ét q: æquale detrimentũ in concoctione panis, est maius æquali lapsu vel defectu in carne: vnde Princeps. 3. primi doc. 2. cap. 7. in fine. Et scias qđ detrimentũ panis cum non digeriẽ, deterius est nocumento carnis cum nõ digeritur. sit igiẽ propria quãtitas panis libra vna: & carnis dimidia: & fiat augumentũ sextę partis in vtroq3: tunc ex dicto Principis deterius erit nocumentum quatuordecim vnciarũ panis, quàm septem carnis: igitur nã magis laborat in concoquẽdo vncias septem panis, quæ sunt dimidiũ illius qđ nocet quá vncias tres & dimidiá carnis, quæ sunt dimidium minoris nocituri: sed vt septem ad tria cum dimidio, sic duodecim ad sex: igiẽ ex regula Geometrica cũ vtrinq3 sit proportio dupla, maior est labor in concoctione libræ panis, quá sex vnciarum carnis. R ñdeo qđ argumentũ non valet q: detrimentũ illud non est rõne laboris concoctionis, sed mãæ quæ relinquitur. ná ex parte relinquitur mã magis lenta, quàm ex carne: eo qđ constat ex tritico: at ex carne materia magis inæqualis intemperie & quæ celerius putrescit. at lentor licet non plus noceat ađ concoctioné, intẽperie, magis tñ nocet ad expulsioné, vt manifestũ est, igitur nocumentũ panis

nõ concocti maius est nocumẽto carnis:cum nõ cõco quit:& tñ cũ hoc stat panẽ ipm carne celerius cõcoqui. Ad tertiam rñdeo q vt habet primo de alimẽtis capite de tritico:Athletæ veri vtebantur carne suilla,eaq; admodũ copiose libro ad bonas artes exhortatorio.quare ob multitudinẽ alimenti difficilior erat in cõcoctione prima caro,quã panis. nos aũt loquimur de regimine moderati hominis.dico ẽt qđ caro semper est difficilioris concoctionis respectu trium concoctionũ pane. q: data æqualitate ẽt boni alimenti cum plus resecet in prima concoctione ex carne,quã pane:ęgrius conficiet maior quãtitas,quã minor.⁊ sic data ponderis pari magnitudine carnis,& panis,grauior erit caro virtuti quã panis.Sed nunc sermo est de prima concoctione quę in ventriculo administrat.Dico tertio nõ esse clarũ,quòd solas carnes in cœna darent absq; pane:cum vix sit hoc verisimile.sed intellectus Galeni est qđ vitare mixtionẽ est valde vtile adeò vt etiã in robustissimis corporibus qualia sunt athletarũ, absq; dubio prima aphor.3.& de optima habitudine, solũ panem darent in prandio : in cœna autem carnes:supple vltra panem.& si hęc responsio non placet alijs inhæreas.

Ad quartam dico quòd panem exhibet ob consuetudinem,pisces autẽ saxatiles sunt facilioris alimenti carnibus,⁊ ideo comparatio panis ⁊ carnis est ibi sumenda à consuetudine:carnis ⁊ saxatilium pisciũ à facilitate concoctionis:quãq; etiã statim subijciat gallinarũ alas.

Ad quintam dico quòd panis facilius concoquit suilla carne,quæ est validissimũ alimentũ vt.7.ipsius artis curatiuæ cap.6.& primo de alimentis capite de tritico. & cum dicis illa est hædulina præstantior:rñdeo verũ est, non tñ facilius illa concoquit.& ideò bene dicebat Galenus qđ in illis qui suillã carnem concoquere possunt, supra oẽs alias optimũ præstat alimẽtum. igitur cũ hac

bonitate alimenti, qua præstat hædinæ ac cæteris, stat difficultas ad concoctionem. Sed contra quia Princeps 2.can.cap.146. dicit, Suilla autem caro & si multum nutriat ꝛ crassum ac glutinosum præbeat alimentum, facile tamen concoquitur & celeriter descẽdit. vnde subdit non eadẽ est ratio facilis coctionis celerisq́; descensus, cum alimenti crassitudine vel tenuitate. videtur etiam Auerroes.5.collectaneoꝝ.32. sensisse Galenum illã pronuntiasse aptam vsui hominum, nõ athletarum solum. Quinimo etiã Galenus ipse in cõsilio pro puero laborante morbo comitiali, carnẽ porcelli concedit. Dico igitur q̃ caro porci annui, ꝛ præparati, vt ibi apud Galenum & reliquos, est facilis concoctionis: non solum probatissimi alimenti. ꝛ hanc non cõstat esse difficiliorem pane ad concoquendũ. non tñ erit hædina leuior. Sed caro suilla cõmunis est illa quæ solũ conuenit grauiter, & assidue se exercentibus. & hæc cum ab alijs non concoquatur si tñ vel ob paucitatẽ, vel ob præparationem concoquat̃, & ipsa quãuis iam adulti vel senis suis optime nutrit & alimentum solidum, ac minime putredini aut resolutioni ob noxium præstat.

Ad reliqua quæ adducũtur dicimus ob consuetudinẽ nõ licere vesci carnibus sine pane. at quis dubitat q̃ panis solus nõ leuior sit, eo cum carne sumpto? dico ẽt in hoc cæteras à prima concoctiones obseruandas: quarũ contẽplatione leuior panis ipsa carne ꝓculdubio est. illud tñ obseruandũ panis concoctionẽ, difficilem eisdẽ verbis declarari: cum potum dari vetet puero, ne panis crudus per venas distribuat̃. quo fit vt difficulter apud Galenũ, ẽt concoqui ab infantibus & pueris existimet̃. Quod aũt in ablactatione non protinus ad carnes descendit: cã est periculũ putredinis. vnde ẽt legumina carni præponit, quæ nemo dubitat illa esse grauiora. caro igitur lacti nullo modo est immiscẽda: quo errore ho-

die plurimi, tum etiam vini periclitantur infantes.
Quod aũt caro celerius concoquatur pane: adest autoritas Principis.2.can.cap.146.cum dixit. Caro est cibus confortans corpus, & maximè propinquæ conuersionis ad sanguinem. ista verba & si multis modis possent peruerti, verã tamen Principis mentem, apud illum qui solũ veritatem amplectitur, ostendunt.
Adducitur ẽt ratio de corruptionis facilitate: sed nõ videtur probare cum sit tantũ conditio singularis vt sæpe diximus. & lutea ẽt ouorum quæ tarde corrũpuntur facillime concoquuntur: & ſm quosdã horei fructus cũ sint difficilis cõcoctionis, sunt tñ celeris corruptionis.
Alia ratio: caro calidior est ꝛ humidior pane: igiť facilius concoqueť. nam hæc sunt principia coctionis vt.4. Meteororũ iuxta initium. hæc ratio patiť difficultates duas: primã qꝫ diximus oportere esse temperatũ nõ calidũ. secundã ab exẽplo nã sanguis & mel difficiliter concoquunť: & tñ sanguis est calidus & humidus: & mel calidum ẽt, ꝛ cum hoc tenuis substãtiæ & pauci alimẽti.
Tertia ratio caro est suauior & temperata magis pane: igitur facilioris concoctionis. rñdeo vtrũqꝫ eoꝝ quæ assumunť falsum est: tum ẽt sequela nõ valida est: quod sæpe diximus. caro aũt videtur suauior ob raritatẽ: nã nemo tãdiu in esu carnis perseuerare posset, sicut in esu panis. ꝛ dato qᵭ ab initio posset, ꝑpter consuetudinem nunc caro nõ est nobis adeo familiaris, vt panis. de temperamento dico ꝙ respectu carnis humanę verũ est: sed anteꝗ̃ transeat in carnẽ humanam, trãsit primo in pulticulã in prima concoctione, cui nã panis est ꝓpinquior, quàm carnis. & hæc est causa qᵭ sanguis cum nihil sit sanguini illo propinquius, difficulter tñ in sanguinem conuertatur. nã ad hoc vt sanguis in sanguinẽ conuertatur, duę integrę transmutationes requirũtur: atqꝫ inuicem contrariæ: in pane aũt integra vna tantum.

Quarta panis est glutinosior carne & pluribus abundat excremētis, quā caro: igitur difficilius cōcoquitur. diximus q̄ prima harum propositionū est vera: sed sequela nō est vera. q: est postmodū panis longe temperatior. ⁊ posset negari prima propositio in pane absolute perfecto, & moderatę quātitatis: ita q̄ possit à natura plenè superari. nā cum non superat putredo aduenienS carni glutinosam eius qualitatē tollit, q̄ in pane non tam celeriter eueniens, difficiliorē non procedente coctione illū carne, & glutinosiorē videri facit. at procedēte non eadem ratio est. Quod verò plures habeat superfluas partes illud non cogit nos fateri eum esse magis ad coctionem cōtumacem: imò magis oppositum: cum excrementa non elaborentur à natura.
Galenus ēt libro de attenuante victu cap. 6. cum in. 8. hędinas carnes solū in hoc probasset præfert ēt ordeaceū panē, triticeo: igitur hædi caro quam probat leuius cōcoquitur, triticeo pane quē reprobat. r̄ndeo ptisanam ordei præfert triticæ, panē non pani. quinimo q̄ & experimentū ostendit crassum inquit generant succum ordeacei panes: at paucū & minime flatuosum. quo fit vt diximus ēt vt sint hac vltima solum causa leuiores triticeis: quāq; non obscurum sit Galenum contrarium sentire. nam his interdixit triticeis minime.
Est ⁊ alia ratio sumpta ex libro eodē, capite vt dixi 8. nā caro perdicū melior est cæteris, igitur ēt celerrime nutrit. r̄ndetur non valere argumentum. contra q: scopus libri de cibis boni & mali succi, est docere qui nam cibi optimū alimentum præbeant: sed scopi libri de attenuāte victu duo sunt, docere bonos cibos, & leuis ēt simul concoctionis: sed caro perdicū ibi laudatur, igitur præstat vtroq; modo. hęc ratio est alijs deterior: peccat enī duobus modis. nā caro primo perdicis est optimi alimenti in genere carniū, non eduliorū omnium. secundo

leuis alimēti, vel refertur ad nutrimentum q̃ genitum est,& hoc modo caro perdicis leuis est alimenti:& est ēt scopus eius libri de his tractare:sed ex hoc nō sequitur, igitur facile concoquitur: vt dixi de nutrimēto mellis. si vero referatur ad concoctionem facilem, poterimus hoc negare de pernice:nec est scopus hic tractare de cibis boni alimenti:idest quę facile concoquantur:sed de cibis leue alimentum præstantibus,idest tenue,quod ēt titulus ipsius operis declarat.

Quod si quis dicat celerius æger à contuso ex carne quàm ex pane restauratur pondere vtriusq; pari existente:igitur ēt nutritur celerius à contuso carnis.& si quis dicat quare damus panē non contusum aliqñ ægris, nō carnem:rñdebunt q; caro ægrius dentibus conficit.respondeo igitur q̃ celerius reficitur homo cōparando ad dies ex contuso carnis:vbi corpus fit mundū: q; est copiosioris alimenti quā panis:non autē comparando ad horas. imo Gal. dat panem in syncopi cum vino nō carnes.12.artis curatiuæ cap.3.in fine. & eodem modo Auerroes.Manifestū est igitur quòd in hac resumptione,iam præsupponitur peracta coctio,vtriusq; contusi: & nostra quæstio erat de coctione ipsa.

Vltimo solet adduci quòd caro pulli videtur esse similior carni humanæ quantum ad potentiam vt ex dicto Auerrois supra adducto colligitur.& ēt Gentilis videtur(volens exponere illud dictū Principis iam à nobis supra declaratū de detrimento panis)reducere hoc ad familiaritatē,ac similitudinē carnis nobiscū:quę maior est quā panis,quare facilius concoquet caro cum fit magis in potentia.Quòd si dictū Gentilis verū esset,deterior esset putredo pituitæ quā sanguinis:nam cum sanguis magis nobis affinis sit corruptus minus nocere deberet. Ad Auerroem dico q̃ maior est similitudo inter carnes gallinæ cū carne humana iuncta cū vi quadam

immutandi,vt sic sit cibus nō purus, sed ēt medicā vim habens iunctā.quod patet ex sequentibus verbis: q; dicit: ꝙ curat leprā. hoc autē non conuenit cibo vt cibus est. nec possumus dicere qđ hoc fiat ab exacta similitudine cū corpore humano: nā illam declarauimus maiorem esse in suilla,quātum ad substantiā,⁊ qualitates primas,quā in carne gallinaꝝ. at in solis qualitatibus,maiorem in pane: nā caro pullorū est callidior, & siccior humana carne.

Ex his tandem colligo ꝙ Galenus noluit istam cōparationem facere.nā si voluisset cōmode potuisset in tot libris in quibus comparat reliqua vt in libris de tuenda sanitate,de alimētis, de attenuante victus rōne, de cibis boni & mali succi.

Ratio aūt quę illum detinuit debet etiā nos prohibere, ab hac determinatione.& fuit triplex.nam duæ referuntur ad experimentū,⁊ vna ad finē.Prima igitur est,inter carnes est maxima diuersitas: nā caro bouum quantum differt à carne passerculoꝝ: si igitur quis dicat panis celerius concoquitur carne,falsa erit propositio,⁊ ēt si dicat difficilius. prima propter passerculos, secunda propter bouum carnes:igiť impossibile fuit ordinem inter hæc duo generalē ponere.Secunda cā fuit: qđ vix poteramus experiri hoc:nam caro per se sola ob consuetudinem prætermissam ægre concoquiť. pani vero mixta, ob cōmixtionē non syncerū præbet experimētum. sunt etiā modi præparandi diuersi: ob quæ difficillimū hoc erat experiri.⁊ si tu velles in eodem homine addere modo carnes,modo panē,peruenires ad impedimentū coctionis: in quo dicebat Princeps quòd deterior erat frustratio in pane.seu qđ impedimentū sit maius, seu qđ arguat maiorē causam: tanq̄ panis concoctio,nobis facilior sit.& ita trahitur ad vtrāq; partem cōmode autoritas illa.& si velles stare intra limites in eodē homine au

gendo panẽ,& minuendo carnes semel,& alio tempore augendo carnes,& minuendo panem: illa die qua augeretur panis, celerius cócoqueret, quàm in die in qua caro augereť: nec propter hoc sequitur qđ panis celerius concoquatur: q: hoc est merito minoris recessus à consuetudine: & ét auxilij aliarũ coctionum secundæ & tertiæ. Tertia causa fuit q: non erat iuuamentũ ex scientia huius: cũ moderatus vsus doceret quid agendũ: immoderatus aũt in omnibus esset perniciosus. ⁊ hoc quo ad sanos. in ægris auté nunq̃ ob hanc cãm tanq̃ primam difficultatis concoctionis vitandũ est vnum, quin etiã prohibeamus reliquũ. & q: carnibus erat adiuncta putredinis causa, ob id nunq̃ fuit necessaria talis cóparatio. sñia tñ Galeni est qđ carnes perdicum & pulloꝝ parum differant, eo modo quo possunt cóparari (nam vix queunt vt dixi) à pane triticeo optime ꝑparato. & hoc quo ad primã concoctionem. in alijs aũt difficilior est caro, vt dixi data æqualitate ponderis. q: plus de chilo vt ita dicã, ex pane quã carne resecať qua de cã carnes semel senibus in die dabat, ⁊ multis alijs q̃bus tñ panem ter aut bis cócedebat. Autoritas Auicénæ in oppositũ adducta, non cogit nos nisi ad hoc, qđ celerrime carne ipsa sanguis augeť: qđ verissimum est: nó qđ celeriter caro conficiať. Ex oĩbus igiť quę celerrime nutriũt primũ est vinũ aquosum: post vinũ vinosum: post aqua carnis recte facta: post ouorũ vitella: post saxatiles pisces post panis, & auiũ paruaꝝ carnes: inde ꝑdices, & taliũ, cũ his hędi ac suis annui: post reliq̃ suo loco vt in. II. dicemus libro. hꝫ illud panis pręstantissimũ qđ nulli alij edulio cópetit, vt q̃buslibet cibis recte iũgať simul, nec pugnet: vt ouis, & bouinę carni, ac suillę antiquę: cũ tñ cætera iuncta nó paruã noxã inferant. fuerunt tñ vt qui diligẽtius inspiciétes pro obsonio, panis nãm variabant: ꝑ de alimẽtis capite de tritico dũ de athletaꝝ victu loquiť.

An medicinæ possint esse plures diffinitiones. Contradictio.8.



MEDICINA diffinitur ab Hippocrate vt diximus,in libro de spiritalibus.& à Principe prima primi in principio.& in p̄ artis medicæ cap.1.& ab Auerroe p̄ &.6.collectaneoꝝ primis. & Haliabbas p̄ Theoricæ cap.4.in initio:primo diuisit medicinã,deinde diffinit. At vero dicebat Phs.7.primæ phię.45.&.5.eiusdē.12.ea vnũ sunt quorũ diffinitio vna est: qũo igitur medicina est vna & bene diffiniri pót tot modis? r̃ndeo,pauci intellexerũt quid sibi Gal.voluerit.ille enĩ diffiniuit scientiam ⁊ nõ artem, & propterea recte fecit Haliabbas. pót enĩ hõ scire quòd tertianæ frigida cõueniunt,& hæc est procedens ex illa propositione contraria contrarijs cũrantur,& erit hæc scientia:carebit tamen arte: quia nesciet quæ nam sint eligenda:hoc enim docet ars, donec perueniat ad singularium operationẽ. at diffinitiones vt declaratũ est in primo de aïa.16.⁊ ante sumuntur per genera causarũ:& ideo oẽs sunt imperfectæ. pfectissima tñ oĩum est ea quę Galeni fuit ab Herophilo sumpta.nõ solũ qꝺ perfectionẽ medicinæ partem cõplectat:sed qꝺ mãm & formã & finẽ contineat.est aũt sanũ finis medici:mã autẽ principalis corpus & secunda ẽt cãæ:forma aũt dispositio quæ est sanitas vel ægritudo vel mediũ inter illa.liquet autẽ ex his qꝺ vnius rei possunt esse.15. diffinitiones ex quibus tñ vna sola pfecta esse pót. hoc aũt dico in his in quibus oïa genera causaꝝ sunt necessaria.variant & diffinitiones multis modis vt declarauimus in expositione super primũ artis medicæ.sed præcipue varietatẽ sumunt cum propriæ differentiæ nõ sunt nobis in promptu vt dicebat Auerroes quarto cœli in paraphrasi contra Themistium sum.3.cap.primo.

Morituri an sint solis prædictionibus relinquendi. Contradictio.9.



ORITVROS solis ꝑdictionibus scilicet expositis relinquẽdos, cõsulit Galenus prima aphor.8.& clarius secũda aphor.29. recordantibus nobis quod deploratos nõ oportet curare,sed relinquere,& morbi finem solũ prænuntiare. At vt dictũ est in secunda cõtradictione Galenus docet.10.artis curatiuæ.10.manũ laboráti hectico tertię speciei admouere:quãuis omnino ex eo morbo euadere nõ queat:sed ad summum in senij talẽ possit transire. Oportet ẽt vt video mortem in his prædicere: at cũ de acutis loquať illa omnino certa nõ esse videť:dicente Hippocrate secunda aphor.19.acutorum morborũ nõ omnino esse certas pronuntiationes salutis aut mortis. Accedit ꝙ Princeps dicit.4.quarti trac.2.cap.10.in fine:& in his pręmissa prædictione incipiemus à curatione: quia sæpenumero aliqui sanãtur absq; spe vlla existẽtes mirabiliter. deinde subiungit exẽpla illoꝶ à quibus vterus totus excidit: & quorũ parte iecoris præcisa vita superstes mansit. Quidã dixerunt dictũ illud intelligendũ de his qui breui sint morituri: talis aũt Hecticus diu põt superuiuere. ista responsio est apparens,sed non vera.nam Hydrops perniciosa in qua nulla spes est salutis,curãda erit à medico? velut si ascites à scirrho iecoris iã confirmato,originẽ ducens hominem teneat?sic & carcinoma cõfirmatum & ossi magno vel pectori hærens? & talia quæ omnino Galenus negligere videť.nã subijcit palã, ad vix sanabilia,nunꝗ̃ ad quæ sanari nequeunt vlcera:& si in.4.de medicamẽtis ſm genera cap.11.dicat ad cancerosa vlcera:nõ carcinomata intelligit,sed in qbus corrupta caro est. qđ ipse declarat in serieverborum euestigio,cum chironia illis

iungat.quãq; nec apud Gal. impoſſibile oĩno videatur cancri vlcus recens curare: nã de carcinomate nõdum abrupto,haud dubiũ eſt,ſi modo initium duxerit. ergo duo neceſſaria videnť ad hoc vt recte medicus manum morbo letali admouiſſe videatur:primũ vt diu ille ſuperuiuere poſſit:ſecundũ vt formam aliã mitioris morbi auxilio medici adipiſcatur. tum vero & id præmiſſa prædictione fieri debet, vt Galenus dicebat.10.artis cu ratiuæ.In acutis autẽ morbis nõ omnino certã præſenſionẽ Gal.interpretatur,q: non de oĩbus. cõfirmat hoc experimentum Galeni, in libro de prædictione cap.11. &.13.&.14.tum ẽt ratio, multis enim vetulis,eſſent medici inferiores:qđ an falſum ſit neſcio:Hippoc.tñ ſententia prorſus indignũ haberi debet. Saltem igitur ad propria ſigna referendũ erit,non cõia.eaq; inuicta:& profligata partiũ altera,natura illius,vel morbo.Princeps autem conſiliũ nobis dat, qđ altius menti debet inſidere. nam de ſagittaꝝ extractione ibi loquiť: vnde fit vt non adeo certa mors in his quæ caſu accidunt pronuntiari debeat,vt in ſponte naſcentibus morbis. nã ſponte naſcentes morbi,nec corpus habent integrũ, nec cauſa carent quæ morbo perpetuo hæreat.at qui infligunť caſu vel vulnere,cũ corpus robuſtũ alioquin inueniant, nec cauſa morbi,morbo iuncta ſit: ob id fit vt multi ex his ſanenť,qui alias deplorati exiſtimantur.


Medicinæ intentio an ſolo conſtet experimento. Contradictio. 10.



EDICINAE inueniẽdæ principium ex ſola experientia ſumptũ eſt.introductorij cap.2.At prima aphor.1. duo ſunt inſtrumenta artes inueniendi, experimẽtum, & ratio:& ibi de medicina loquitur.eſt autẽ iuxta cõmenti initiũ.&.9.artis curatiuæ.6. nõ licet cui-

piam experimento solo artē adipisci, si nō vniuersalium regulā quādam & methodū rōne teneat: quanto minus totam artē licebit inuenire. R ñdeo (quāq; dubium non paruum sit de introductorij medicoꝝ autore) sufficere experimentū cum nāli quadā sapientia ad artē inuenien dam: qualē Hippoc. ⁊ Gal. habuisse constat, ad tradendū tñ artem, methodum ēt artificialem esse necessariū: cum iā scripta ipsa, & fide experimēti, & magna ex parte lumi ne autoris illo quo inuenta sunt, destituantur. quāobrē Gal. recte dixit de Hippoc. qđ de illo Trusianus: obscu ra declarasse, imperfecta absoluisse, dubia demōstrasse.

Insensibilis mutatio an detur quam uocant alterationem. Contradictio. 11.



GALENVS in procemio artis medicæ videtur polliceri se totam artem modo diffinitiuo traditurum: qđ tñ non facit: nā de elementis & de humoribus tum ēt de dissectione nihil dicit in eo libro. respōdeo dissectio traditur ordine diffinitiuo ēt in alijs. & non est proprie scientia sed ars. est etiā prolixa tracta tio quam nemo recte in compēdium reducat. qui vero conati sunt hoc facere nulla in parte magis peccauerūt aberrantes & confundentes. quāuis nullos alios minus quàm Gal. doceret hoc facere cum in multis alijs libris eam scripsisset. sunt & qui existiment eam nō esse medicinæ partem: tum quòd belluis etiā communis sit: tum quòd medicinam ob id scientiam esse fateri cogantur. humores & elementa sæpius recenset, quāuis nullam de his propriam tractationem faciat, hoc autē in his sufficit qñ in talibus hæc tractatio futura sit breuissima.

Insensibilis in qualitate mutatio an detur. Contradictio. 12.



NSENSIBILEM hanc prorſus mutatione, refugere videtur cum Philoſopho Auerroes.8.phyſicę auſcultationis t.7 co. 23.ſeu mauis dicere ſectione.& fundamentum huius opinionis triplex eſt. primum. ſi daretur gratia exépli vt gutta lapidé cauaret ſenſim, ſenſus circa propria ſenſilia deciperentur: eſſent enim omnia in perpetua mutatione, cum tñ quieſcere videantur.haud vero cōuenit, vt natura ſenſus noſtros ſic finxerit,vt nihil certi ſciant.Secunda ratio.ſi qđ mutatur, in actu eſt,infinitas partes habere non pōt:nam ſic actu infinitū eſſet:nam infinitū non niſi in his quæ potentia ſunt datur:ſed quod mutatur ſuis partibus actu eſt dum fiunt & dum corrūpuntur.igitur partes has impoſſibile eſt eſſe infinitas. Tertia.omne infinitū pertranſitur vel nunq̃ vel in tempore infinito:ſed lapis cauus fit:igitur pars quæ excinditur nō habet infinitas partes.At Galenus longe aliter cenſet,nā primo de locis affectis cap.2. iuxta finē & ipſe guttæ lapidē cauantis exemplum inducens inquit.Si mille guttis lapis ſenſibili parte excauať: aut præcedentes præparāt aut excauant & ipſe aut nihil omnino operantur.ſi nihil operantur præcedentes,nec vltima quæ illis æqualis eſt robore,nō ſuperior.ſi excauant nec niſi ſub milleſima vt ita dicā,vel vltima gutta ſentitur cauitas:luce clarius eſt inſenſibilē priorum fuiſſe operationē.quod demonſtrare volumus.at de præparatione nihil dixit nec ibi nec.3.de tēperamentis cap.4. qđ tñ maxime erat opportunū cum ad id refugiāt peripatetici.conati ſunt quidā Gal.rōnem confirmare:nam alia nō videtur qualitas addi poſſe à pcedentibus aquæ ſtillis,quā quæ aquæ cōueniat:at ſi ſaxum aquæ immittas vel per annū,non excauatur:quod tñ falſum eſt ſi in fluentē imponatur.motu enim & aqua lōge plus minuitur,quā ex gutta aſſidue cadente. At nō animaduertunt

quid in mediũ validius afferat Gal.contra philoſophũ: quãuis illum non vidiſſe ea in parte eum exiſtimẽ. nam longe acrius ſolet inuehi vbi aduerſus placita peripateticoꝝ diſputat.igitur hoc eſt illius fermè argumentum: quãq̃ ſeriem verborũ inſpicienti opportunius ibi pro cõcluſione ponatur. fit eroſio adeò leuis in viſceribus, vt eam homo non ſentiat:fortẽ tñ eroſionem ſentit:idẽ de caliditate, quare ⁊ eroſio ⁊ caliditas cãę dici debent quæ ſenſum tactus mouere poſſint, & tñ præ paruitate fallunt.igitur multo magis in cęteris ſenſibus,qui tactu minus certi ſunt,cõtingit hoc.inde.3.de temperamentis ſubiecit. ſi oẽs has paruas noxas ſenſus ſentire cogeretur, quid aliud pateremur quã ſempiternæ vt dici ſolet dogma paſſionis? Ergo ſenſus ꝑpter res ipſas inuentos Gal.vult vt ſcilicet cũ aliquid excelleret qꝺ vel prodeſſe vel nocere poſſet ſentiret.Ariſtoteles aũt propter ſenſum videtur rerum ordinẽ conſtituiſſe:vt q: ſenſus, nõ quantãcunq; minimã rem aſſequi põt,ideò nec res ipſę ad quantãcunq; paruitatẽ ſcindi poſſunt: ſed veluti cũ Epicureis ſentiat per minima ipſa mutationes fiant. & quãq̃ rõnes Philoſophi acutiores videantur opinio tñ Galeni magis cõſentit his quæ apparent, nã multa videmus quæ ſenſim adeò permutant̃, vt homo non ea percipiat. vt filij incrementũ coram matre:qꝺ ⁊ ſi lateat eã per ſingulas partes, non tñ latet poſtq̃ multũ creuerit. ⁊ hæc eſt cauſa qꝺ abſentes,id melius agnoſcunt. infinita facile pro Gal.eſſet adducere experimẽta.ratio tñ illa prima,nõ multũ videtur pro Galeno facere: nã vt dixi Philoſophus diceret excauari lapidẽ in aqua:adeſſe etiã humidã præparationẽ per quam à lapide pars illa celerius difiũgeretur.tertio qꝺ difficilius poſſent reprehẽdi partes minimi quæ dum eſt iunctũ lapidi actu ſunt,ſeparari ab alijs circũiacentium minimorũ partibus, ſic tñ vt illud minimum non fateamur partes habere q u ; per

ſe eſſe

se esse possint nec tñ illę erũt infinitæ sed tot quot minima quæ minimũ in lapide ipso tangunt:hoc eni necessariũ est non solũ veꝝ apud illos qui hęc minima ponũt.

Quidam conati sunt illos concordare. Alij quidẽ sic insensibile duplex aliud qđ adeò paruum est vt ẽt per se sumptũ quouis modo,sentiri ob suã paruitatẽ non potest: aliud quod q̃q̃ per se posset sentiri cõparatum tñ ei cui adijcitur vel à quo aufertur nequit:vt granũ frumẽti qđ non adeò paruũ est, quin percipiatur additum tñ aceruo magno,non sentitur, nec oculus dñam posterioris acerui à priore agnoscit:primũ igitur insensibile negat Philosophus dari nec Gal. illud concedit.non tñ negat Philosophus dari hoc insensibile,qđ fit per comparationem:& hoc est quod Galenus ponit.& ideo pueri cremẽtum est sensibile primo modo,quod per se posset agnosci à sensu: vt granum illud frumenti seorsum: non tamen in comparatione ad puerum.


Alij dicunt qđ mutationes istę apud Phm fiunt per sensibilia in actu: q: sensus decipi nõ debet.verũ vt motus possit vere dici continuus,fit per insensibilia in potentia:& hanc mutationẽ Gal.vocat insensibilem.& sic discordia est solũ in verbis & noie insensibilis non ex re.

Sed ista opinio non cõcordat illos,nã Galenus vult qđ in actu prima gutta aliquid excauauerit qđ insensibile sit ob paruitatẽ,⁊ in hoc differt à Philosopho qui nihil ponit excauatum quia non sentitur:quare esse excauatũ lapidem ⁊ non esse iam sunt contraria:contraria etiam sunt illud minimum non sentiri & vbi ponatur sentiri, igitur Galenus in duobus contradiceret Philosopho.

Contra primã argumẽtantur quidã. q: Galenus in.3.de temperamentis dicit qualitatẽ acquisitam adeo leuem esse vt nõ sentiatur:igitur cum illa mutatio absoluta sit patet Philosophũ illam non concessurum.rñsio ad hoc clara est quicq̃d sit de Auerroe Philosophus mutatio-

nem in qualitate nō per minima ſed & ipſam inſenſibilē ſtatuit cōparatione ad vehemētiam habita, non aūt ad ſubiectū verba eius ſubiūgam ex loco illo. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ ἀλλοιώσεως ὁποιασοῦν. ου γὰρ ει μεριστὸν εἰς ἄπειρον τὸ ἀλλοιούμενον, δία τοῦτο καὶ ἡ ἀλλοίωσις, ἀλλ᾽ ἀθρόα γίνεται πολλάκις ὥπερ ἡ πῆξις. Ideſt. Similiter autē & in qualitatū mutatione obſeruandū eſt. non enim ſi quod qualitatem acquirit in infinitū pōt diuidi, propter hoc & ipſa qualitatis inductio: ſed cōfertim fit ſæpenumero vt congelatio. Quis nō videt ex exemplo, ſi verba non adeo illi clarent, intelligere Philoſophū acquiſitionem per ſubiecti partes ſimul fieri minimas, nō autē reſpectu qualitatis. nā glacies fit in magna aquæ parte ſimul: ꝗ ſi forma illa in quacūq; minima parte non ſimul, ſed ſenſim inducat̄. inde ex hoc errore obortæ tot difficultates: vnde ēt ſibi his quę in ſexto eiuſdem operis dixerat, cōtradicere videbat̄. ergo ſi verba ad qualitatem ipſam referant̄ quis non videt exemplū eſſe falſum? quis enim vnquā vidit repentinā congelationē humidoꝝ? at magnæ partis ſimul quotidie videmus. quare in vtraq; cā Galenus ad vnguē Philoſopho concors eſt. nam inductio qualitatū, quo ad vim, cōtinua eſt: & ab inſenſibili auctione procedit: quo ad ſubiectum certā neceſſario occupat quantitatē quam minimū eius rei appellamus: ſeorſum quidē ſemper ſenſibilē in comparatione autem totius cuius eſt pars perſæpe inſenſibilem.

Hippocrates dogmaticus fuit. Contradictio. 15.



IPPOCRATEM autorē huius libri Dogmaticū eſſe in tota hac oſtendetur cōmētatione. prima aphor. 1. Oppoſitum in introductorio: cap. 4. Rōnalis ſectæ princeps fuit Hippocrates. Methodicā Themiſon Laodiceus Syrius incepit, abſoluit Theſſalus Tral-

lianus. In libro etiam de optima secta ad Trasibulum cap.4. ostendit eas esse tres, Dogmaticam, Empiricam, & Rationalē. post hæc à cap.13. vsq; ad finē libri Methodicam seu Dogmaticā oppugnat. maxime aūt cap.17. ex Hippoc. verbis. igitur Hippoc. nō fuit Dogmaticus aliter dānaret proprium magistrum: & ēt ex proprijs illius dictis. hoc aūt non ibi solum sed deinceps sæpe vsq; ad totius libri calcē. plurimæ aliæ sunt autoritates quæ id clarius luce ostendunt, per libros Galeni sparsæ. solutio igitur ex libro de sectis ad eos qui introducūtur cap.2. &.13. habet. in priore enim ostendit duas fuisse antiquissimas sectas: Empiricam, & Rationalē seu Dogmaticā: nā sic tunc appellabatur cuius vt dixi Hippoc. princeps extiterat. quare dictū in aphorismis inuiolatū manet. in cap.13. declarat his duabus post longū tempus successisse Methodicā: quæ & si cū Rationali & Dogmatica in significati propinquitate cōueniret, re tñ ab illis nō minus quā Empirica differt. igitur Rationalis & Dogmatica vna est, secunda Empirica, tertia aūt Methodica illis posterior. cū vero antiquum esset nomen Rationalis sectę λογικὴ & illi tñ qui eā sectabātur Δογματικοὶ vocabantur. ita vt aliud esset nomen sectæ aliud sectatorum. ob hoc quę vna erat duo nomina sortita est. improprie igitur dixeris sectam dogmaticā, vel medicos rōnales. proprie vero sectam rōnalem, & medicos dogmaticos. hæc igitur non tam est dicenda contradictio quàm declaratio confusionis horum nominum.

An continens seu coniuncta causa detur? Contradictio.14.



TRES sunt causæ dispositionum corporis primitiuæ, antecedentes, coniunctæ: secunda primi doc. secūda, summæ primæ cap.1. & Ioannitius in isagogis. idem confirmat,

cæteris fermè oẽs Arabes: vnde Auerroes primo canti cæ cõmento. 176. causæ duplici genere cõtinentur: aliæ quidẽ exteriores, quæ & primitiuæ vocanẽ: aliç internç. & harum quæ remotæ sunt à morbo, vocantur antecedentes: quæ vero illi sunt proximæ, intellige vt nihil sit intermediũ, vocantur cõiunctæ. & in cõmento sequẽte, ostendit secundam dĩam antecedentium, & coniunctarum: nã sublata coniuncta auferẽ morbus: vt ablata putredine, febris: sublata aũt antecedẽte, puta humorũ multitudine, quç est causa obstructionis, inde phibitç transpirationis, inde putredinis, nõ aufertur febris: qm̃ coniuncta manet, antecedẽte sublata. Galenus etiã in introductorio cap. 8. (nã cum eruditis viris ego certãs, meũ inscitiç testimonium non dimittã. tarde enim accedens ad disciplinas: difficulter dicta veterum reperio, nisi caput, seu sectio adiungatur. nõ me præterit, non esse hoc classicorũ virorum exemplũ: sed postq̃ illos æquare ingenij felicitate, & autoritate nõ possum: liceat vel mihi & in hoc ab eis discedere. præsertim ductore Alciato: qui & ipse puto aliqua causa honestiore inductus, nõ ciuilem legẽ, nec codicem, sed ad vnguẽ locum adiungit. quãq̃ is è regione persępe: ego vero cui nõ tam psperа scribendi occasio affulsit, quæ nunc corrigo sic emittã. si in posterum reliqua emendãdi tam bona Principum nostrorum gratia, ac liberalitate, fortuna detur: qualẽ plures experiũtur, meliorẽ forte illis ordinem subijciã: neq; enim obscurũ est ignotos homines, ẽt rudi minerua scribere solere) quinq; causarũ genera refert. continẽtes, vt spina ac telum: quibus positis morbus necessario adest, sublatis aũt aufertur. Præcedẽtes seu internæ, quç ab euidentibus vel præparantur, vel adiuuantur: vt plenitudo quæ ex nimio alimento fit. porro Euidentes vocat quæ Græcis dicuntur, procatarcticç: vel antegressç, quæ cum aduersam valitudinẽ crearunt, separanẽ. vt fri

gus,& nimia exercitatio. Concausæ quas Græci Synætia,quæ morbum creant simul iunctę, cum quælibet tñ per se sufficeret: vt ad vrinæ suppressionē lapis, ⁊ vesicæ inflāmatio. Auxiliares quę per se nequeunt,sed alijs iunctę valent morbū gignere: velut libido articulari morbo,cā est Auxiliaris. manifestū est igitur quonam pacto plura sint etiam tribus causarū genera: sed & si velimus, adiuuantes ⁊ concausas,per tria illa cómode distribuemus: erunt enim oēs vel continentes,vel præcedentes, vel antegressæ illaꝝ singulæ. Meminit ⁊ continentium causarū autor libri de diffinitionibus,exēplum dans de vesicæ lapide: nā eo existente morbus adest, sublato tollitur. Inde etiā. 7. aphor. 30. super illud: Quibus in alui profluuijs excrementa spumosa sunt, ijs ex capite pituita defluit Galenus ostendens nó omnino hoc certum esse aliā cām assignat: quæ est vt vasa quę ad ventriculū perueniunt,talem humorē spumosum effundant in ipsum. Volens aūt generalem quēdam modum huius symptomatis ostēdere subijcit: Fieret enim qñq; & in ipso ventriculo vnā habens,vt quispiā diceret,cām contentiuā, quomodocunq; excernatur aut fiat, antecedentes vero plures. Est aūt huius pituitæ cā contentiua,flatuosus spiritus. clarū est quid sint,& qūo distinguantur,illum ibi planē ostendere. In libro ēt contra Iulianū continētem cām morbi dari docuit: verū cum illam negaret hoc argumento Asclepiades cōtinens cā est,qua sublata tollitur morbus,sed sublata multitudine persępe morbus relinquitur,nó est igitur ipsius morbi cā continens plenitudo. rñdet ad hoc Galenus(nā iuxta mediū paulopost hæc disputatio exoritur)membrū qđ plenitudine laborat ea sublata penitus sanitati restitui. Inde hanc subijcit snīam vt paucioribus eā verbis explicem. Diximus alibi de continentibus causis ŝm stoicoꝝ opinionem,quorū tam nomē ꝙ̄ res ipsa inuentū est. nec recte illo nomine

vti recentiores medicos:nos tñ ne de nominibus litige: mus,illas vt sic nominentur concedere:non q̄ aliquid sint eoꝝ quæ vere sunt:sed quæ in sola tantũ consistant generatione. Inde cócludit multos sanata multitudine protinus curatos esse vt hanc cām nemo possit negare. primo ét de causis pulsuũ cap.1. Quia variat vsum pul sus,cā externa,intercedentibus alijs præcedétibus, cum hic vna continens sit cā pulsus,ét ipsos pulsus immutat. neqȝ enim vlla possit continens cā imutari,vt constans maneat effectus.qui vertit, dum soloecismum admittit, corrupit sensum:cum vsus pulsus seu χρεῖα causa sit cótinens. ego necessitaté vel indigétiam potius verterem: ibi igitur continentis causæ pulsus ⁊ reliquoꝝ duorum generũ,satis aperte,dum quis ét febre correptus est,meminit. At vero nec in contrariũ pauca adduci solent nā illud aduersus Asclepiadé,primo ostendit factoꝝ morboꝝ nullā esse cām continenté.quę ét snia videtur excipi à Galeno.2.aphor.22.fientium morboꝝ cura est causę remotio,factoꝝ aũt ipsius morbi. q̄ si continens cā in factis detur duabus curis necessario opus erit. primo etiā artis curatiuę cap.8. Quartũ vero ab his genus statuito q̄ sit morbi causaꝝ:atqȝ harũ quæ quidé in ipso aialis corpore consistunt añs nominet:quę extra primitiuũ.Idé fermè in libro de causis morboꝝ cap.2.in fine cuius seriei initiũ est. Rursus igitur. ostendit tantũ duo genera causarũ præincipientiũ,seu externarum, seu primarum,⁊ antecedentiũ.idem & in de causis procatarctis. Decebat aũt Galenum in his tribus locis meminisse cótinentium causarũ.in primo ob curā quæ illis debet. in secundo q̄ de causis sit propria pertractatio. in tertio vt recte primitiuæ cāæ ab alijs oibus disiungerent. in aphorismo quid attinebat Galeno distinctioné afferre fientiũ morboꝝ,& eorum qui iam facti essent,curāq; diuersam iniungere si oẽs morbi causis continentibus

functi sunt.in libro ét de multitudine cum reliqua duo genera attigisset,continentiũ non meminit.in.3.ét artis medicinalis libro cap.5.cui titulus est de solutione con tinui in fine Galenus docet tria causa℞ genera. quoddã quo intemperies iã facta curatur,⁊ vocatur curatiuum. Secundum quo quæ nõdum inducta est,prohibetur: & hoc duplex aliud cõseruãtium aliud præseruantiũ.Tertium genus qđ fienti conuenit,mixtũ ex præseruatiuo ⁊ curatiuo genere. Iam enim inquit, factũ morbũ curare oportet,sed eũ qui nondũ adest,futurus tñ est,prohibere cõuenit ab ea ne fiat,quæ est in corpore causa:eius autem qui adhuc fit:qđ factum est curare expedit, qđ vero futurũ est prohibere ne fiat. Manifestũ est ex his cãm ab effectu separari posse: affectũ vero ipsum sine cã curari debere, qđ si cõtinens morbi iam facti causa assignetur, dupliciter peccabit Galenus:primo qđ non solum morbum iam factũ curare expedit,sed ét causam: nec vllum erit inter fientem morbũ, factumq; discrimen medico: cum duplici in vtroq; auxilio indigeat.8.etiã artis curatiuæ cap.1.Itaq; si iam præsens febris est,& causa quæ eam excitauerit desijt,huic tantũ sanandæ consiliũ dirigetur: vt refrigeretur. at si in generatione adhuc est febris,causa quæ eã accendit,submouẽda est.sin pars eius est genita, pars vero adhuc gignitur vtriq; consulendũ est,primo cãm subducendo,deinde extinguẽdo quæ ab illa facta est febrem. &.11.eiusdem cap.10.in initio ergo qui febrẽ curare volet necesse est putredinẽ inhibeat.Ita duæ indicationes se exhibẽt:altera à putredine, altera à febre. At à febre rursus duæ:altera vt febris portio quæ iam accensa est,curet, altera vt quæ in generatione ipsa est inhibeatur.Rursus à putredine duę erunt indicationes:prima vt qđ putredinis iam factũ est sanes, secunda vt qđ in generatione adhuc est,prohibeas. porro quod in generatione est id perspiratio impedita gignit. nihil

enim prohibet sic illã nominare clarioris doctrinę gratia.ita ab hac aliæ duæ indicationes nascẽtur, altera vt retentũ iam vacueẽ, reliqua vt qđ retinendũ est prohibeatur.Si igiẽ putredo febris cã est coniuncta,haud indiget depulsa putredine refrigeratione vlla.nãq; ex cõiunctæ seu continẽtis causæ diffinitione liquet, sublata causa effectũ tolli. Quin etiã idem cap.4. eiusdẽ libri, Quæ igitur ex tali affectu febris exoritur, necesse est synochon. idest continentẽ esse.Nec fieri põt vt ea saneẽ, nisi prius inhibita sit putredo. Ea vero manente cã inhiberi nequit: quare sũmouenda prius est causa, si modo ipsa putredo sit prior, mox post ipsam febris sanari debet.Hæc Fucfius & Brasauolus contra Montuũ scribũt. quæ quidẽ ego, cum hos modestos homines, præter ẽt eruditionẽ agnoscam,atq; citra oẽm adulationẽ in magna huius ætatis labe,raros,non conabor euertere: sed tñ inquirendæ veritatis gratia, dubia quædã circa hæc mouebo. admonens lectorẽ vt possit & quæ Conciliator ipse differentia.159.scripsit, quanq; obiter, & valde pauca considerare.

Duo igitur à me videnda sunt:primũ an Galenus hanc causam adesse morbis crediderit:secundũ an & si Galenus vt ipse testaẽ, vitandi sophismatis gratia vel studio antiquis contradicendi,quo ad immoderantiã vsq; tenebatur,illam negauerit:an forsan tamẽ necesse sit eam admittere? neq; enim in hoc recentioribus quod, sæpius testatus sum, faueo: quibus sufficit dixisse hoc Galenus affirmat. nanq; si sic Vessalius fecisset vtiq; multa quæ in lucem prodierunt,laterent.

Certum est aũt etiam illum in rõnibus & clarissimis rebus defecisse/qđ nos mox subiungemus: velut cũ hominem vel æqualem dixit esse inter elementoꝝ excessum, vel illoꝝ æqualitati valde vicinũ:cum & secum Auerroes ipse deliret.Homines igitur sunt:si ratio vel experi

mentum manifestum obstet, ét si nullus aduersef eos relinquam. nunc auté in hac causa ex vna parte Galenum nó satis sibi fermè constanté habemus: ex altera Arabes omnes in vnum cósentientes: num igif rem obiter tantam tractabimus? pro causa tñ illud adducunt, ét prędter Galeni autoritaté, putredine sublata febré relinqui: vaporibus illam fouentibus: quare nó esse vllam continétem causam, ex eius generis causæ diffinitione. Brasauolus ex Leoniceno illá admittit, sentétia aphor. duorum iam recitato℞, & quę etiam in libro aduersus Iulianum profertur adductus: verum in fientibus morbis: in factis autem negat omnino.

Ergo primo de differentijs symptom. caput numero, nó librum significo. inquit. ἤδη δὲ καὶ αὐτὴν τὴν μένουσαν διάθεσιν οἱ ἕλληνες ὀνομάζουσι πάθος. ὥσπερ καὶ τὸ πεποιηκὸς, οὐκ ἔτι δὲ τὸ ποιοῦν, αἴτιον. καί τοι γε οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς αἴτιον, οὐθ᾽ ἡ μένουσα διάθεσις, ἁπλῶς ἐστι πάθος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ κατά γε τὸν ἀκριβῆ λόγον, γεγονὸς μὲν πάθος ἐστιν ὂν δὲ οὐκέτι. Quod est. Iam aût & ipsum manenté affectû Græci morbû vocant. queadmodû & qđ fecit non autem amplius facit, cám. & si neq; hoc simpliciter causa, neq; manens affectus simpliciter est morbus. Sed exquisite loquéti morbus est affectus factus, non aût qui fiat. Deinde infra subiungit, iuxta capitis finem, diligenti disputatione peracta, verá morbi finitionem sic: Morbus est affectus operationé absq; medio alio vitians. quotquot aût præcedunt affectus ꝛ ipsi per morbû operationem lędentes tanq; medio quodá interueniente cáæ dicuntur. actionis vero ipsius læsio Epigennema est. cuius genus symptoma. ná id est quicquid præter nâm accidit corpori, etiam si à morbo nó procedat: ita tamé vt morbo si adsit posterius sit: ná aliter vel morbus vel cá esset non symptoma. ergo hæc iá à nobis præmissa sint tanq; fundaméta exquirendæ sñiæ Galeni nó ad verba

illius respiciens sed mentem potius. in quo tñ curiosos hoc ac sibi credêtes monitos velim pro πάθος quod est passio & est genus me morbum vertisse illius spém: tum vt clarius esset, quia affectus cófirmati morbus species est: quare oīs morbus iam factus est, ex Gal. snia: si exquisite morbi nomen assequi debet. tum ēt vt non latinam vocē vitaremus. igif febris quid sit de putrida nunc loquor interrogarē? vt vero mihi videtur causa omnino nó est: q? primo ⁊ absq3 medio vitiat operationē. est igitur morbus vel symptoma, nunq̄3 autē inueni febrē per se consideratam symptoma vel epigennema esse, quãuis in cóparatione phlegmonis, vel vlceris, talis dici possit. est igitur febris ꝓculdubio morbus: huius cā est putredo aliqua dicit ex antecedētib⁹. 11. artis curatiuæ cap. 9. in fine. vnde iuxta mediū. Sanè, scire licet, difficile esse, acriq; iudicio indigens, febrē, putredinem, & effectricē cām, vbi ipsa scilicet quoq3 adest, inter se conferre. ergo inter putredinē & febrem nullū videtur mediū statuendū. sit igitur causa febris, prima, putredo idest inter quā & febrē nihil oīno sit intermediū. erit igitur calor ipse in corde accensus febris: qđ & Auicēna prima quarti in febris diffinitione expressit capite primo. non igif inter febrem & calorē quicq̄3 mediū statuitur. hoc solū vero deficit putredini, ne causa cóiuncta dici possit: quod ea amota adhuc febris manet. nā hæc erat vt dixi secūda illius códitio. amota aūt putredine, adhuc febris manet, quę refrigerātibus indiget, passim enī hoc Gal. declarat. Sed hic multa sunt dubia vapores medij sunt inter putredinem & febrem ex illoꝝ snia, qūo igitur putredo febris cā esse pōt prima. Quod si negas hos esse cām distinctā, quero an vapores sint febris ipsa? certe non, imo febris est calor iam impressus ex vaporibus. sublatis igitur vaporibus amplius febris nó est, qđ est ex rōne causę cóiunctę. Præterea quæ nā febris manet amota putredi

ne? vel putrida, hoc aũt falsum est: nã & sic rursus amouere ipsam putredinẽ oporteret: vel Hectica vel Ephimera: hoc aũt nihil est cõtra Auicẽnæ dicta. nã non heticę vel ephimerę putredinẽ dicit cãm esse coniunctã: sed solius putridæ. si vero dicas esse symptoma nec hoc Auicẽnæ contradicit: nã morbum remoueri, remota causa coniuncta dicit, non aũt symptomata. Rursus pro partibus putredinis, febris ẽt partes sunt, hoc enim experimẽto liquet: vt igitur si ab initio pars putredinis prima remoueret͛, sic ẽt febris: ita tota putredine sublata tota febris. Galenus ẽt concedit in morbis fientibus, curam esse per causæ solius ablationem: at febres putridæ sunt morbi fientes, nõ facti, essent enim hecticę non amplius putridę, quare curabunt͛ sublata putredine. Quod etiã Gal. videtur fateri in libro aduersus Iulianũ cum dixit: qđ si liceret bilẽ stante febre vniuersam euacuare, tunc solueret͛ morbus illico, ꝓpterea prohibemur à calore febrili. Sed dices quid ergo Gal. voluit cũ dixit duas esse ad curandũ febres iam factas intentiones, quarũ altera putredini, quæ prima est, altera febri quæ posterior debetur? rñdeo vereri Galenum ne interim calor febrilis hecticã aut colliquationem adducat. igitur intentio ad putredinem, solũ natura non tempore, prior est, ea quæ est per refrigerãtia. ambabus igitur simul vtemur: ne ex affectu in affectũ transeat. quare præseruatiua quędã est curatio morbi, causę aũt vera, ⁊ exquisita. qđ si ad sublatam iam putredinẽ calor remanens transferatur, duorũ alterũ necesse est esse, vt vel scilicet calor ille nõ sit morbus, sed symptoma, qđ frequẽtius euenit: vel vt sit hectica: quoꝝ neutrum Principi aduersat͛. seu igitur cura debeatur calori existenti dum putredo adest, quæ mens videt͛ esse Galeni vbiq; in locis adductis: seu post remanẽti iam febri hecticæ, seu symptomati, apparet nihil horũ obstare, quin febris putridæ cõiuncta causa, sit putredo

ipsa.qñquidẽ amota putredine, febris putrida tota tol-latur. quis enim adeò obscure Galenũ interpretabit̃ vt audeat illi imponere, q̃ senserit febrẽ manere & adesse putridã,ex toto sublata putredine?ergo cãm huius veri similẽ quasi ille dedisse videt̃:cum dixerit primã intentionẽ ad putredinem habendã esse,secundam aũt ad febrem ipsam.Sed nõ tempora distinxit verũ, necessitatẽ: ne quis primo refrigerãtibus mentem intenderet: quæ postmodũ putredinem possent augere:quare ex his non difficile est videre qd voluerit Galenus,his in locis quę ab his adducunt̃.Sed prætermisit nomẽ coniunctæ causæ,tunc vt ille fatetur suspectũ, satis est rem ipsam illum præterijsse.dixit aũt de hoc diffuse ac distincte,in libro à se scripto disputasse:quẽ verisimile est ad Arabes peruenisse:quáq̃,vt plures alij qui ad eos peruenerũt Galeni libri,nobis perierint.neq; credendũ est cũ Auicenna & cæteri in hoc Galeno nõ profiteantur se cõtradicere, hoc genus cáæ somniasse.At vero obijcies ex primo de differ.feb.cap.5. q̃ post febrẽ calor qñq; manet per diẽ integrũ vel ẽt per duos dies vt ephimeræ spẽm referat: hoc nos non negamus:sed putridã febrem esse non fatemur:q̃ si per vapores vt ibi Gal. cõcedere videt̃ sustentetur,dico tunc,vapores ipsi iuxta Arabes,febris putridę cá coniuncta erunt:nõ humor putridus. sed nec hoc Galenus dicit, q̃ humor putridus, sed q̃ putredo ipsa cá esset febris. quáobrem si quis absq; affectu rem hanc expenderit, videbit Galenũ nomen cõtinentis cáæ, potius quàm rem ipsam declinasse.quáq̃ ⁊ illud in his qui fiunt morbis,aperte confiteat̃. Arabes vero non nomina,sed solũ res curantes,Galenũ secutos, eius rõnem habuisse.Sed nec Fuchsius vt video autoritati.7.aphor. rñdet:cũ ibi Gal. morbũ, non rem nãlem describat,cuius sit ea causa continens. Sed symptoma est dicet, morbus aũt symptomatis cá continens esse põt: vt etiá lapis in

vesica, difficultatis vrinę: fateor hoc nō cōuincere. illud vero satis est apertū quęcunq; posse Gal. Arabibus non magna cū difficultate reconciliare. Forsitan qđ credo, aliqua his sunt argumēta, quibus has nostras expositiones tum rōnes possint euertere. ego cū non videā illas, his quæ scripsi acquiescā: nō negans tñ aliquos esse forsitan morbos sed nō putridas omnino febres qui cōtentiua causa, cū iam firmati sint careant. verū de hoc posterius cōsiderabimus. nunc satis sit ostendisse eā quæ relinquitur febrē, summota putredine, putridā non esse. aliter nō teneret Galeni argumētum. 11. artis curati. 10. febris putrida est, igit' putredo, igitur phibita transpiratio: nā post ablatam putredinem manēte febre putrida, hæc omnia falsò deducent'. At dices cur igit' factis iam morbis curā ad causam dirigitur? rñdeo q: 2. aphor. 22. videbat morbos esse qui oīno continente cā carerēt, vt hecticā ipsam. de putridis autē si non diuersam à seipso ibi sniam scripsit, cū fientibus cura debeat' causæ, q: continens est, factis aūt non, q: deest cā continens, putridis igitur cum sanari nequeant nisi sublata putredine, cōtinens cā est humor putrescens, vel putredo ipsa. igit' qđ intellexit ibi clarū est: putridas siquidē aut fieri tm̄, aut partim fieri & partim factas esse: quare oībus putridis cā continens vel Galeno ipso teste semp iuncta est.

Tertiana & quartana an ex toto genere salubres. Contradictio. 15.



TERTIANA febris, & quartana, tum ēt quælibet quæ ad solutionē peruenit, periculo vacat: quarta aphor. 43. imo dicebat Gal. si tertiana lōgas habuerit accessiones, omnino vacabit periculo: sed & si cū hoc duodecim horarū spatium nō impleuerit accessio, breuis ēt erit. reddit rōnem horū omnis morbus periculo

nõ carens, est vel cũ phlegmone, vel cum humoꝝ praui tate: sed in his ambobus, febres necessariũ est esse conti nuas: igit̃ quæ vacant cõtinuitate, periculo ẽt vacant. 3. etiam particula primi epidemioꝝ Galenus com. 4. dice bat super illud quartana securissima & lõgissima, quod hoc est verũ merito febris nisi aliquis tumor in splene adiungatur. Rasis tñ dicit. 10. ad Almansorẽ. 22. q̃ ter tiana notha, nõ est absq; periculo: & quæ ex pituita ac cidit, licet interpolata, non est secura. Auicẽna ẽt prima quarti trac. 2. dicit q̃ quartana cũ iungitur tumori sple nis perducit sæpe ad hydropẽ, & mortem. Non igit̃ vi dẽtur primo oẽs interpolatæ febres vacare periculo cũ tertianæ nothæ, & quartanæ, ꝛ quotidianæ periculum nõ leue minentur. accedit q̃ non videtur Galeni ratio in aphorismo sufficiens: cum multi ex tumore in splene moriantur iuncto quartanæ febri, nõ igitur semp̃ peri culum est ex phlegmone, vel humoꝝ prauitate. R ñdeo apud Galenũ omnis interpolata est securissima: q̃nqui dem se iactet media hieme curasse senem sexagenariũ, ac etiã natu maiorẽ, triplici quartana laborantẽ Eudemũ: libro de præcognitione cap. 3. Est aũt periculũ si quisq̃ aberret in cura: vt de adolescẽte qui fermè ex notha ter tiana obijt: primo ad Glauconẽ cap. 8. itẽ vbi alius adiũ gatur morbus, vt de quartana & tumore splenis. Rasis aũt periculũ erroris extimans oẽs morbos dixit nõ esse securos, in quibus liceret vel minimo errore ægrum pe riclitari. tales igitur sunt quotidianæ, & his minus ter tianæ nothę: Quartanas aũt securiores pronuntiauit, quãuis cũ tumore splenis securæ oĩno dici non debeãt. sed hoc non merito febris est, sed adiuncti morbi: igit̃ Galenus rem ipsam nudã spectat. Rasis euentũ. pura tñ tertiana periculo vacat si non grauiter erres. Mortuus est tñ auunculus meus ex ea Gottardus Cardanus. 84. natus annos. aliũ etiam interemit inscitia medicoꝝ gra

uis, vt illum ætas. ex errore tñ non in mortẽ illico pro labitur: vt notha quę virtutẽ non leuiter affligit, primo ad Glauconẽ. 10. sed in notham aut duplicem tertianã transit. Rationes aũt quas ibi Gal. adducit ad acutas referas: quæ nõ nisi eo modo possunt esse perniciosę. nam de longis securi non sumus, ꝙ tumor in aliquo viscere non fit. vnde. 2. aphor. 19. pauci sunt morbi diuturni in quibus nulla fit in aliqua parte humoꝝ crassoꝝ vel lentorum tumorẽ durum excitantiũ potius quã phlegmonem copia. ergo tales vt solũ ex intermittentibus quartanam admittunt, sic maxime de quartana nos Gal. & Auicenna admonuerũt. Sed de quotidiana aliqua remanet dubitatio. verum si modo accidit, nec antiqui animaduertisse videñ: nec rõni esse consonũ. pituita enim cum in tumorẽ collecta fuerit, ⁊ cõputruerit, necessario sanguini admiscetur, & phlegmonẽ excitat, ac cũ eo continuã febrem. Si aũt nõ putrescat, in scyrrhum transit, ⁊ melãcholicas, quãuis pituita sit, excitat febres.

Ossa an sentiant. Contradictio. 16.




VLLVM præterea ossium sentit præter dentes aliqd penitus. prima primi doc. 5. cap. 5. vñ Gal. 16. de vsu partiũ. 2. ossi nulli aut cartilagini, aut ligamento neruus est insertus: qm̃ hę partes nec sensu, nec motu indigent. Aristotelẽ memini me in prima contradictione adduxisse: negantem ossibus sensum, tum ẽt ligamentis, cũ illa sub neruis cõprendat. etenim hęc cõtradictio in primæ supplementũ à nobis scribitur qm̃ digna sunt scitu, quæ hic pertractãtur. At qũo iam ad ligamenta neruus nõ venit. cũ tendones neruis ac ligamentis constent? vt primo de motu musculoꝝ iuxta principiũ: atq; alibi sæpius. apparet aũt & motus causa illud factũ esse: qñquidem si roboris ⁊ cõiunctionis merito factũ esset:

os offi firmius vel cũ illo iungi poterat quàm solo liga mento.quare ligamẽtum ad firmitatẽ non solũ sed etiã ad motũ factum videtur.Quin ẽt ossa & ligamenta ac cartilagines sentire existimat Auenzoar libro.1.trac.9. cap.19.adducit aũt tres vt mihi videtur, à paucis intel- lectas rõnes.Prima est quòd dentes sentiunt,qui sunt ex ossium genere:sentire aũt per se inest partibus aĩalis qui bus inest: & qđ per se inest, omni inest,per se enim hæc est,Dens sentit:& hæc,os sentit:quare & omne os sentit vera est. item ossa nutriuntur & crescunt, & si venis ca- reãt quare ẽt sentiunt ꝛ si neruos nõ habeant.videť aũt mihi ratio valida plusq̃ꝫ prima fronte appareat.nã.2.de aĩa.31.in sensitiuo vegetatiuũ,vt trigonũ in tetragono: igitur in potẽtia est virtus nutriens in sensibili.vbi igiť sensibilis facultas nõ est,in eo qđ animã habet sensibilẽ, ibi nõ est nutritio:at ossa nutriuntur, igitur vel ẽt sunt sensibilia,vel duæ erũt prorsus animę.Tertia ratio ossa nõ putrescunt,& seruantur in viuentibus:at in mortuis corrũpuntur: hoc igitur nõ ex alio est,nisi quia spiritu tunc vitali,ꝛ aĩali,destituantur:vbi vero aĩalis spiritus, ibi ẽt sensus. Ergo qꝛ his obstabant autoritas Galeni & ratio ꝛ experimentũ, ad experimentũ quidem iã respon dimus:qđ duorum doloꝝ qui ſm eandem partem fiũt, maior minorẽ obscurat:at os lædi non põt quin mem- brana,vel caro lædantur ẽt, quæ cũ acutissimi sint sen- sus:hebetẽ ossis sensum ex toto tollunt. autoritatẽ Gale ni exponit qđ senserit illa parum sentire. velut dicimus aliquẽ esse absq; collo, qui collũ habeat breuissimũ. & aliquẽ sine memoria, qui modicã habeat memoriã. ad rõnem vero qđ neruis destituantur: rñdet qđ & venis & arterijs:pari igitur rõne & nutritione & innato calo re:quæ tñ perabsurda sunt. proculdubio enim augẽtur & viuunt.Nec absurda est omnino hęc ratio:nã vel sen tit corpus solũ ea parte qua neruus est,aut etiã cum his

quæ illi ꝓxima sunt. si quidē primum, ossa nō sentient. at nec tota cutis, nō totus ventriculus, nō intestina. melius igitur est vt queadmodū contingit de solis luce: vt alia quidē per nerui præsentiā sentiant, alia aūt per virtutem ab illo manantē. atq; hoc modo qd dubium nō est apud me, ossa sentiunt. animā enim habēt, aut facultatem eadē rone sentientem, qua & nutrientē. Galenus tñ in.9. de dogmate Hippoc. & Platonis, nō procul à fine; ostēdit cum plura sint quā trecenta ossa in homine, ad singula venam pro nutritione deriuari. Sed vt diximus vena quidē ad os ipsum bene deducitur, at in os non penetrat. penetrat tñ illius contentū ac sanguis. sic ex arteriarū proximarum vi, calor: atq; eodē modo ēt sensus. sed non eodem modo apud medicos veritas, quo apud Philosophos spectanda est. nā medicus recte dicet, atq; vtilius ossa nō sentiunt: cū si dicat ossa sentiunt, nec animaduertat ossium sensum nunq̃ percipi, integra existimabit sępe ossa, quę sint corrupta, vel fracta. Recte igit Galenus dixit ossa nō sentire: vtilitati cōsulens operis. vere ēt Auenzoar cum dixit ea sentire, sunt enim aīata. Aristoteles aūt terrea nō sentire dixit, vel q: non omnino sentiant vt pili, vel parū admodum vt ossa. Galenus aūt ad ligamēta nō venire neruos docuit, qm̄ quædam eis carent. nā non ob ligamēta neruus trāsmittitur: sed tendines fiunt, ne os ab osse citra sensum separetur. at ligamentorum substātia cum dura sit, sensum vix vllum admittit. neruea tñ tendinis pars sensu prædita est.

Dolor an sentiatur. Contradictio. 17.



DELECTATIO & dolor oībus sensibus cōtingunt non tñ pari euidentia: sed in oculis minus quā in cæteris euidēter: in tactu aūt & gustu valde manifeste: ab ijs deinceps in odoratu & post hoc in

auditu primo de causis symptomatũ cap.6.inde ẽt probat Platonis dictum, in Timæo, q͛ est. violenta passio quæ præter nãm est cum simul multa & celeriter fit, dolorẽ infert.& iterũ infra. reditus ad nãm simul & celeri ter eius q͛ iam diuelli cœperat voluptatẽ affert. Quo fit vt Galenus dolorẽ esse quandam spẽm sensus velit: si cut & voluptatẽ. non aũt sensus obiectũ. nam cãm sensus iam exponit, vt q͛ diuellatur, vel ad nãlem redeat disp.ͦnem. esse ẽt in omnibus sensibus, hoc manifeste declarat nõ posse esse obiectũ sensus alicuius. id enim luce clarius est.&.2.de locis cap.2.vt dolor est tristis sensus sit voluptas est blandus. Et.2.de gñatione & corruptione Philosophus.7.&.8. declarans quæ tactus sint obiecta, nõ enumerat dolorẽ: sed primas qualitates tum graue, durũ, aridum, asperũ, crassum cum suis contrarijs. rationes etiã non lenes hoc declarant. prima necesse esset vt sensibile positũ supra sensum, sentiretur. nam dolor si sentitur in neruo, cũ sit in eo ipso, manifestũ est sensibili posito supra sensum, fieri sensationẽ: q͛ est contra Philosophum.2.de aĩa.116.item necessariæ essent duæ sensationes: prima qua cã doloris sentiret᷑: puta frigus, altera qua dolor. aliter oporteret cõfiteri q͛ frigido tanq̃ obiecto tactus approximato tactui vt conuenit non tñ proueniret operatio sensibilis in sensum. itẽ sic esset sensus absq; sua causa: q: doloris cã iam nõ sentitur. tertia ratio, dolor est tristis quædam sensatio, igitur sensatio non põt sentiri. aliter sensus esset vt intellectus, qui suũ intelligendi actum intelligit. item sensibilis propriũ est, vt inquantum tale perficiat sensum, quãuis aliqñ ob magnitudinẽ lædat: sed nullus dolor perficit sensum, imo corrũpit illum. Item nõ esset necessaria phantasia in tactu, si dolor posset sentiri: at hoc contradicit Philosopho.2.de anima.20. assumptũ declaratur ex verbis eius: vbi sensus ibi cõtristans: & delectãs: & vbi talia est appe-

titus fugiendi, vel assequendi, in perfectis quidē animalibus, ēt in absentia obiecti: in imperfectis aūt pñte obiecto ipso. vnde cauda lacertæ dum est præcisa, dolet: & nititur excutere dolorē illum. & talis appetentia, phantasia seu imaginatio quædā est. igitur si dolor esset sensibilis: nō esset alia percipiens cā sub modo cōtristantis: q: ipse dolor contristare potest: quare nō erunt tria, sed duo tantum: obiectum & imaginatio. Sequitur ēt aliud contra Philosophum ibi: nā sic erunt genera quędā sensibilium dolor & voluptas. igitur nō erit necessariū in alijs obiectis, vt sit dolor vel voluptas: quare non erit necessaria imaginatio. sicut nō est necessariū quod cum sentio asperū vel lene, vt sentiā graue vel leue. Sed ibi est quædā difficultas in verbis Auerrois: nā volens ostendere qd imaginatio sit necessaria in omni sensu: sic argumentatur. Sensus non cōprehendit nisi existens actu, sed imaginatio, seu desideriū, est eoꝝ quæ non habent, igitur imaginatio est necessaria vltra sensum. & iam dixerat qd imaginatio animaliū imperfectoꝝ non est nisi cum obiecti præsentia, & nūc dicit qd est cum absentia, & quod est absentis obiecti. rñdeo imaginatio semp est absentis, nā fugere cōtristans, est desideriū absentiæ eius qd iam adest: & desiderare delectans nō est inquantum habetur: sed vt nō habetur. hæc tñ desideria nō mouent nisi præsente obiecto ipso. sicut senes nō appetunt venerem, nisi in præsentia obiecti delectantis, & tñ præsentia obiecti illius, nō solum non est eadem numero, sed nec specie, cum præsentia rei venereæ. alia igitur est cā excitans, alia aūt est res quæ desiderat: prima est actu, sed secunda est in potentia. Ergo vt ad principale reuertar in oppositū plura sunt & primo autoritas Hippoc. 2. aphorismo. 6. Quicūq; dolentes parte aliqua corporis plurimū dolorem nō sentiunt, his mens ægrotat. Si igitur dolor nō est obiectum sensus, sed sentiendi quidā actus,

aphorismus contradictionẽ implicabit: nam simul sentient, & nõ sentient. ad hoc nõ difficile est rñdere: q: Galenus in cõmento exponit, per dolorẽ cãm quæ verissimili rõne, dolorẽ incutere deberet vt erisipelas & phlegmonẽ. sed sunt alia quæ magis prẽmunt, nã Princeps. 2. de aĩa cap. 3. iuxta mediũ inquit: nã dolor & remedium doloris sunt de sensibus tactibilibus, ego lego de sensibilibus tactibilibus. ꝛ adducit ad hoc rõnẽ hanc. omne quod cognoscitur in permutatione ipsa, & nõ cum iam acquisitũ est, est obiectũ sensus: nã videmus qđ calor hectici, nõ percipitur, ab hectico: q: iam est acquisitus, etiã qđ sit valde magnus: ꝛ calor tertianæ percipitur à patiẽte q: immutat: sed dolor percipitur in permutatione & similiter cã doloris & sic de voluptate. igitur tã dolor q̃ causa doloris sentiunť. Est aũt ratio ad hoc valida, & tangiť à Cõciliatore. Sensus tactus est datus nobis propter salutem, vt possimus cõtraria fugere. 3. de aĩa. 63. sed dolores possunt ꝓsternere virtutẽ, secũda primi doc. 2. cap. 22. igitur dolor est propriũ sensibile. sicut enim datus est nobis sensus caloris ne exuramur sic ẽt doloris ne pereamus. est ẽt discordia inter Principẽ & Gal. nam Princeps in. 2. de aĩa. 3. statim post illa verba adducta nõ vult dolorem esse nisi in sensu tactus. & dicit quod læsio quæ accidit in visu, est merito animæ non virtutis videntis. ꝛ hoc iam vt dixi est contra Galenum. sed hoc absq; dubio vt declaraui Auicenna ponere cogitur.

Pro his intelligendũ est dolorem percipi: cum id sensus ostendat. nã omnia aĩalia eum fugiunt. non igiť ab intellectu. videndũ est igitur à qua potentia, an interiore, an exteriore. ꝛ si ab altera illaꝝ, vtra vis sit, an percipiať vt obiectũ, an sit modus quidã percipiendi. non enim potest esse sensus met ipse: q: sic omnia essent cum dolore vel voluptate. imo omnia cum dolore & voluptate simul: si idem esset tactus & dolor, ꝛ tactus & voluptas,

relinquitur igitur vt sint quatuor modi quibus possimus imaginari quòd dolor percipiatur, dico autē perci piatur non autem sentiatur.

Vgo in qōne vir admirabilis suo tempore: recitat quatuor opiniones de hoc. & prima est Conciliatoris differentia. 77. qđ dolor vere sentiat. ⁊ ad hoc adducit duas rōnes. prima est, ex sensu. aliqñ homo percipit dolorē, & nullam aliam cām, vt ipse de se testat de dolore spatulę: igit cognoscit dolorē sine alia re: & nō nisi per sensum tactus, igitur dolor vere sentitur. Secunda sicut delitia coitus sentitur à sensu tactus, & nulla alia causa, sic de dolore, oppositorum enim eadem est ratio.

Secunda opinio est qđ dolor sit sensatio ipsa exterioris sensus sub forma contristantis, & ad hoc est ratio cum authoritatibus Galeni & Auerrōis & Philosophi & est qđ Philosophus facit tres ordines sensum contristationem ipsam ⁊ appetitū fugiendi tale contristans. 2. de anima. 20. sed in imperfectis Auerroes vult quod talis appetitus non sit in interiore sensu, quanto magis dolor ergo erit in sensu exteriore. & hoc quia persępe talia imperfecta carent interiore sensu. & hæc est vera opinio & ratio ipsa est demonstratiua.

Tertia opinio dicit, qđ dolor est operatio virtutis appetitiuę, sicut ēt delicia. nā sensu cōprehendente, appetitiua iudicat fugiendū, vel quærendū. & hæc appetitiua tñ est in sensu ipso exteriore, ideo differt à secunda opinione verbo tantum non re ipsa, & videtur conformis sniæ Philosophi loco adducto & ēt. 2. ethicoꝝ cap. 9.

Quarta opinio est Vgonis qui vult qđ dolor sit obiectum virtutis imaginatiuæ cōiunctæ sensui exteriori. ⁊ hæc videt melior tertia opinione in hoc qđ appetere & fugere licet fiant à cognoscente, sunt tñ posteriora, ipsa cognitione. ⁊ quāq; vt dixi Vgo fuerit talis vir de quo dixerit Sabellicus in. 4. libro decimæ æneadis quod so-

lus oēs Græcos qui cum Paleologo ad conciliū venerat sustinuerit.cū eis sæpe in sacra pagina dimicans: nō tñ videtur sua opinio esse adeo vera vt secunda nec ad mentē Philosophi & Auer.nam vt dixi,imaginatiua est ꝓpter obiectū absens,nō præsens:sed dolor vt præsens primo sentitur non vt absens anteq̄ indicet de fuga ſm Philosophū in textu: dicit enim q̄ prius percipitur vt triste quā appetat fugā.igitur dolor erit modus sentiendi.& si dicas q̄ imaginatiua percipit,& appetitiua fugere docet,aut sequi:dico ꝙ hoc vltra id quod non est ad mentem Auerroes, ponit tres virtutes cum duæ sufficiant. tum maxime cum in animali imperfecto nec illę duę re ipsa distinguantur.

Pro solutione præsentis dubitationis, quā mouent recentiores, & præsertim Iacobus qui tres facit quæstiones: idest.54.secundi artis medicinalis:in qua quærit an dolor sit operatio sensus tactus:& sequentē & aliam super.6.aphorismo secūdę particulæ,in quibus quærit an dolor sentiat̄:dico q̄ dolor & delicia, nō sunt obiecta sensuū exteriorum,nec interioꝝ:sed modi sentiendi.nec sunt operationes phantasticæ, sed bene mouent illā ad fugiendū,vel insequendū:& hoc in via Galeni ⁊ Aristotelis.nā authoritas.2.de anima.20. ⁊ primo de symptomatum causis.6.hoc demonstrant.⁊ q̄ Auicenna errat in hoc,q̄ putat pertinere ad solū sensum tactus.reliqua tñ argumenta sunt maxima ex parte solubilia vt Conciliator soluit.ad primū igitur dico ꝙ in via Galeni non est inconueniens q̄ sensibile positū supra sensum sentiatur.in via aūt Aristotelis declarauimus, in prima q̄one q̄ propositio illa intelligit̄ de perfecto modo sentiendi.sed adhuc relinquitur difficultas de delicia.ad secundum rñdeo q̄ tunc causa nō sentitur:cessat enim ꝓpter vehementiorē sensationem.nam si duoꝝ doloꝝ qui ſm eandē partem fiunt, maior obscurat minorē ex Hipppc.

snia quãto magis obscurabit dolor cãm suam: sicut patet etiam experimento: nã cum quis comburitur, primo sentit calorẽ, post calorem & dolorẽ, vltimo dolorem solũ. nec est inconueniens qđ tactus percipiat duas qualitates simul, modo nõ eiusdem formę, in eadẽ parte: vt calidũ & asperũ. ad tertium reflectitur vt Conciliator, nam sensatio & modus sentiendi, non sentiunt: igitur si dolor sit modus sentiendi, non percipietur sensu qđ est contra experimentum. rñdeo qđ sensatio non percipit, q: est ipsum percipere: aliter daretur processus in infinitum. & per hoc ad confirmationẽ: nam intellectus non dicitur reflecti supra se, eo qđ percipiat intelligendo, sed qm̃ intelligere se cognoscit. at sensus sentit, non aũt sentire se sentit. Et si dicas nõ posset cognoscere dr̃ias dolorum, si dolor esset sensatio, & non obiectũ: rñdeo quod modi sentiendi diuersi sunt, sicut & obiecta: sed differẽtia cognoscitur ab imaginatiua medio memoriæ, ⁊ auxilio virtutũ interiorum. velut si quis videat albũ, percipit magnitudinẽ, etiam cum hoc & formã, & tñ differentiã horum dijudicat solũ aliqua virtus interior. nã modi cognoscendi differunt ex parte obiecti: ⁊ obiectũ est causa doloris, non ipse dolor, vt iam supponitur: q: ista duo argumẽta sunt pro Conciliatore, reflectente illud qđ adduximus nos cõtra ipsum. ideo argumentum illud habet vim aliquã. ad quartum, hoc totũ erit obiectum dolor, & delicia: & delicia est cõmoderatũ, dolor aũt immoderatũ. ad quintum. magis concludere videt oppositũ: nã si dolor est modus sentiendi, sufficiet ipse absq; phantasia, vt indicet de sui fuga, sensus. Sextũ autẽ vt dixi concludit in via Philosophi vt patet.

Sed pro solutione argumentoꝝ Conciliatoris, & cõfirmatione opinionis Galeni: dico ꝙ Thurisanus. 2. paruę artis. 83. declarat qđ ad dolorẽ tria requiruntur: membrum sensibile, immutatio ad contrarium naturæ suæ,

& quod sit subita talis immutatio.est aũt duplex fiens ⁊ est symptoma, & factus & est morbus vt etiã Conciliator differentia.73. vbi quærit, an dolor sit morbus vel symptoma. ⁊ hæc est snia fermè Gal.3.de dogmate Hippoc.& Platonis post mediũ,quòd apud Græcos dolor ⁊ ægritudo idem significent sed ibi accipit:dolorẽ pro animi affectu & æstu, & similiter ægritudinẽ. sed clarũ est vt in.14. quæstione declaratũ est quòd dolor potest impedire operationem nedum lædere. igitur dolor est ægritudo:cum iam factus est,& est vehemens.
Trusianus igitur pro Auicennæ opinione argumẽtatur volens ostendere non fieri dolorem nisi in sensu tactus. co.88.secundi artis medicinalis quæstione.5. & est fundamentũ vbi non est perceptio causæ doloris ibi nõ est dolor, sed in alio sensu nõ est perceptio causaꝝ doloris quàm in sensu tactus,quia mala temperatura, & solutio continui,solũ à tactu percipiuntur,& hæ sunt solũ causæ doloris secundum omnes.Verum dico quòd delicia est in omnibus sensibus: vt auditus harmoniã percipiẽdo,& oculus colorẽ pratorum florentium,igitur ⁊ dolor est in quolibet sensu.verũ quia sensus tactus diutius retinet impressionẽ primarum qualitatum eo q͛ est materiæ vehementer immersus:ideo dolore ⁊ delicia vehementius afficitur. vnde etiam Philosophus intemperantiam solã constituit circa sensum gustus & tactus. quia retinentes impressionẽ voluptatem plurimã efficiunt acẽt diu manentẽ.causę tñ doloris sunt tres,nã dissolutio harmoniæ in sensu quolibet,dolorẽ efficit: sed quia nõ adeo grauis est,nec forsan sine altera pręcedentium sit, ideo medicis sufficit connumerasse duas.ergo etiam reductio ad harmoniam,deliciæ causa est in sensu.
Est igitur sensus primo virtus sensitiui,⁊ est in capitulo relationis.3.primæ philosophiæ.7.&.5.eiusdẽ.20. & est in cõparatione ad sensibile.& habetur à generante.2.de

anima.59.& ideo dicitur haberi ab intelligentia,& dicitur dans hoc sensum agens & est impressio cœlestis.12. primæ philosophiæ.18.&.2.de generatione animalium cap.3.⁊ hoc modo dolor nõ potest esse sensus. Secundo sensus potest capi pro forma qua sensibile in virtute recipitur,& sic dolor est sensus vel modus eius.hęc distinctio habetur.2.de anima.53.&.138.&.139. Sed quidã arguunt hoc reprobantes:primo qꝫ sensus repente immutat, & dolor manet, igit̃ dolor nullo modo potest esse sensus.item si exterior sensus posset diiudicare de sensibili:frustra ponendus esset sensus cõmunis:qui nõ propter aliud positus est,quàm vt iudicet de sensibilibus vt cap.7.libri de sensu & sensato:& in.2.de anima ab Alexandro declaratum est.respõdeo igitur quòd dolor repente immutat:& permanentia est propter causam quæ manet,vt in alijs sensibilibus, quãuis non sit adeo manifesta differẽtia causæ & sensus in dolore vt in alijs.ad aliud dico quod sensus cõmunis est propter obiecta diuersorũ sensuum. Ad primum Cõciliatoris:dico:quòd dolor est modus quo percipimus, vel ipsa cognitio.& hæc est etiã melior quàm ꝙ sit obiectũ. est enim proximior imaginationi quàm obiectum:⁊ ideò tantum cõfert ad salutem animalis hoc modo,quãtum alio. sicut scientia nos ę que bene docet & instruit ⁊ melius quàm quod scitur. ad secundum & tertium causæ sentiuntur scilicet vel solutio continui vel mala qualitas vt.2.collectaneoꝝ.29.&.3.eorundẽ.31. hoc enim omnino est cõtra medicos negare causam non sentiri.verum ipsa non percipitur cognitione intellectiua. sed hoc nihil refert. dico igitur quòd causa est illa quæ percipitur saltẽ cognitione confusa:⁊ modus percipiendi sub ratione contristantis est dolor.& quandoqꝫ accidit etiam, vt causa valde inimica naturæ non sentiat̃ nisi hoc modo : sicut patet de veneno letali agente à propria forma & non à

qualitate manifesta. sed doloris pceptio duplex est. alia qua percipimus causam contristantem, & hæc etiã inest caudæ lacertæ cum præcisa est: alia qua scimus nos dolere, & hæc solum perfectis animalibus inest.

An prandium cœna maius esse debeat. Contradictio. 18.



ALENVS septimo artis curatiuæ capi. 6. post medium cõsulit vt copiosior sit cœna prandio, ⁊ ad hoc adducit quatuor rationes. Prima est lõgius spatium est inter cœnam & prandiũ, quàm inter prandium & cœnã: & longiori tempori debetur copiosior cibus, nõ solum ad restauratione͂, sed quia melius concoqui potest: igitur cœnæ plus debetur cibi quàm prandio. Secunda q: cœnæ succedit somnus & somnus adiuuat ad concoctione͂ vt expresse habetur ab Hippoc. prima aphor. 15. & . 6. epidem. par. 5. aphor. 10. labor articulis & carnibus, cibus, somnus visceribus. & ibi etiam aphor. 30. sanguis in somnis ad interiora magis refugit. ⁊ Galenus primo de symptom. causis cap. 8. iuxta principium. Igitur in toto eo tempore videtur aniMinalis vis quiescere: naturalis autem vehementius operari. id aute͂ inde ex hoc quis coniectet, simul quod fatigata prius postq̃; dormitum est, vires recipit. potissimũ cum post modici cibi assumptionem, quis dormierit. simul quod dormientibus nobis nutrimentum non in ventriculo solum, sed e͂t in tota animalis mole concoquitur. Idq̃; etiam Paulus testatur libro. 1. cap. 97. dicens. itaq; somnus virium animaliũ requies est, vtili humido cerebrũ madefaciente proueniens. Qui si recte nobis accedat multa præstat cõmoda; cibum elaborat: humores concoquit dolorem lenit. & secunda primi doc. 2. cap. 13. Cũq; somnus inuenerit materiam aptã ad concoctio-

nem concoquit eam,& ad naturam sanguinis cõuertit. & tertia primi doc.secunda cap.9.somnus tẽperatus virtutem naturalem potentem efficit ad operationes suas perficiendas: ⁊ cibum concoquit,⁊ animalem virtutem quiescere facit. Tertia ratio Galeni est à quiete: nã quies facit ad concoctionem. vnde lib. de cibis boni & mali succi cap.3.post initium. Nã sicut bonę valitudini exercitatio maximum affert cõmodum: sic qualiscunq; motus assumpto cibo admodũ noxius est. quies igitur succedens cœnę non prandio vberiorem admittit cibum. Quarta ratio est sumpta ab experimento athletarum: qui assumebant carnes tantum in cœna vel etiam cum pane, in prandio autẽ proculdubio solum panem vt diximus in.7.contradictione. Et quia ad hoc respondebat Conciliator differentia.121.qui hanc q̃onem ibi tangebat vt sui est moris copiose, quod Galenus ibi loquitur de regimine resumptiuo vt dici solet instat quidam q̃d rationes cõcludunt de omni. & etiam Galenus exemplũ dat in duobus extremis, scilicet cõsumptis, & tabe ventriculi laborantibus,& athletis: vt per hæc extrema oĩa media intelligamus. Alia eius authoritas habetur.2.de regimine sanitatis iuxta initium: vbi exponens Hippoc. verba.6.epidem.labor,cibus,potio,somnus, venus, oĩa mediocria, inquit Galenus. Tẽpus signauit ipso sermonis ordine. Quippe sanitatis tutelã à labore auspicabimur: quem excipiet cibus,inde potio,post somnus. Alia etiam sñia habet.5.de tuenda sanitate,vbi narrans victũ Antiochi medici qui annos excesserat octoginta adhuc validus,dicit,q̃d hora diei tertia: vel ad summum quarta,panem sumebat cũ melle attico crudo vel cocto. inde post horã.6.diei fricabat exercebatur lauabatur post prandebat sumens primo quæ aluũ deijcerent post pisces saxatiles mediocri quantitate. in cœna autẽ cibum qui nõ facile putresceret: far cũ mulso, vel auem cũ sim-

pliciiure.atq; hic vt refert,ea victus rōne,sensibus illę-sis,& membris integer,mansit vsq; ad extremum.Sed & in.6.eiusdem operis libro ante mediū dicit. Ergo quod ipse facere assueui,diebus his quibus ꝓpter infirmos visendos, aut ciuilia negotia, putaui me ad balneū serius accessurū:id dicere nō grauabor. ponatur dies is horarum tredecim æquinoctialiū,in decimam vero corporis curādi spem esse:hoc casu visum est mihi,circa quartam horā,simplicissimū esse sumendum cibū. is autē est solus panis. quibusdā autē non placet solus panis absq; obsonio,sed cum palmulis vel oliuis aut melle, vel sale sumūt. sunt ēt qui post eū bibunt. ego vero nec à tali cibo vnq̄; bibo,& solū panem comedo.Sit aūt horum cuiusq; modus q decima hora concoctus esse possit. quippe si exerceri se cupiāt, eo pacto maxime citra noxam se exercebunt.Siquidē nonnullis graue incōmodum accidit cū repleti cibo se exercuerint. quibusdā enim caput impletur vaporibus, alijs ponderis sensus aut distentionis in iecinore, vel etiā vtriusq; sentitur. Volui in hac paulo longior esse describēda snīa,tum quòd, nec adēptis vllis perfecta videbatᷣ:tum ēt quòd quæ adijcerentur,in sequentiū intellectum,necessaria esse existimaui: Sed ad rem reuertor,Hippoc. seu qualiscūq; fuerit libri de victus rōne author in.3 eiusdem operis libro,statim post initiū,hanc habet snīam. per hyemem semel comedere expedit:nisi venter oīno sit siccus nā tunc bis. atq; in prandio,parce cibis siccis,asperis,calidis,varijs, meris.nō est obscurū his verbis cœnā vberiorē admittere. Haliabbas quoq; primo practicæ.13.cœna aūt est laudabilior prādio, eo qđ quisq; stat quietus & dormit:quare imergitur calor fundo ventriculi,& corporis, concoquitq; plene cibū ac bene. nec nocet cœna nisi habentibus oculos debiles.hæc ille, vbi de consuetudine in numero sumendi cibum loquitur. Quinta rō adijcitur à

Fucſio: qui in paradoxa.21.libri.2.eã difficultatem tra- Ratio Fucſij
ctat, vt ſui moris eſt eleganter. eſt aũt talis. poſt cœnam frigus ſuccedit. hic aũt vt in temporibus coctioné adiuuat: dicente Hippoc.6.epidem.par.6.aphor.4. frigidior, frigidiore in tempore & regione calidior erit. vbi Galenus in cómento oſtendit frigidũ nobis exterius occurrens, caloré intro pellere: ac fortioré eo reddere. adijcit & ſextam rónem qð ſi contingat nó concoquere, pleno aſſumpto cibo in prandio, demũ ex cœna in id incidimus de quo Hippoc. dicebat.2.aphor.17. vbi cibus præter nãm plus ingeſtus eſt: hic morbũ facit. nihil enim deterius eſt quã crudis adhuc in ventre exiſtentibus alimẽtis, nouos alios ſuperingerere. palã igitur eſt poſt cœnã ſuccedẽtibus quiete: tempore prolixo, & ſomno, tum q: nó adeo periculũ eſt de cruditate, tum ex athletarum & Antiochi exẽplo, tum propter noctis frigus, copioſiorẽ cœnam prãdio eſſe oportere. Quod aũt non ſolũ ſomnus concoquat, ſed & vigilia afferat cruditates: oſtendit Hippoc.2.de victu in acutis.55. vehemens (dicens) vigilia, potus ciboſq;, tum crudos, tũ incoctos reddit. nã vigilia partes exteriores calefacit internas refrigerat. vt.6. epidem. ſectione.4.aphor.13. Euidẽter, vigilans calidior exterius, interius frigidior, dormiens auté contrà. Et ſi quis obijciat qð ruſticoꝝ eſt bona temperatura & habitus laudabilis prima aphor.3. qui tñ exercent ſe à cibo: rñdent quidã ex Galeno primo de alimentis.2. eos licet diu viuant ſani, morbos tñ validos ob hoc incurrere: quãuis robuſtiſſimis viribus præditi ſint. Et ſi quis etiã obijciat quòd ex copioſa cœna caput impleatur, rñdet Fucſius ex aphor.67.quar.par. Galeni verbis quæ ſic ſe habent. At ꝑfecto vt à cibo ad ſomnũ conuerſi, implẽt caput: ſic in plethoricis diſpoſitionibus, ſomni ipſum replentes aggrauãt cerebrũ. ſomniq; proculdubio ſemper nocerent, quatenus, materiã ad profundũ & viſcera tra-

hunt:nisi coctionis rõne,plus afferrent vtilitatis,quàm sit damnũ q̃ð ex motu ad interiora cõsequitur. Verum in oppositũ multa sunt.& primo authoritas Auicénę à Conciliatore adducta tertia primi doc.2.cap.7.& qui exercebant antiquo tempore cõtenti fuerunt carne sola in prandio,& pane solo in cœna.Sed hęc authoritas est falsa q: seu Auicéna habuerit falsam Galeni trãslationé, seu nos falsam Auicénę,satis constat,illũ loqui de athle tis de quibus diximus ex primo regim,acuto.18.in fine ꝓpterea ad alias est trãseundum,Galenus igit.5.de tuen da sanitate statim post Antiochi exéplum aliud recitat: Telephi Grãmatici qui longe diutius vixit Antiocho medico:nã ad centesimũ annũ fermè accessit.inquit ergo is mel crudũ,alicæ cum aqua coctæ permixtam ede bat:hora diei tertia fermè. septima prandebat oleribus primo sumptis,inde piscibus saxatilibus,aut auibus.vespere aũt pane,cũ vino permixto,cõtentus erat.Ad hoc rñdet quidam q̃ð Antiocho magis credendũ est.Sed vt video qualis medica regula erat pané cum melle edere: inde intra quatuor ad summũ horas fricari exerceri ac ét lauari?quare cũ hoc vt recitaui à Galeno reprehenda tur,& merito : vt q̃ð non solũ medicinæ,sed ét cuiusq; ciuiliter saltẽ viuentis modũ excedat,exitus spectandus est.qui in Telepho lõge melior fuit,vt qui ex extrema se necta annis illũ viginti superauerit.Alia habet authori tas à Principe adducta à Conciliatore vbi Princeps po nens curã morbi comitialis prima tertij trac.5.cap.11. iuxta principiũ inquit, ꝙ ille cuius nã non sustinet,vt so lũ semel in die cibũ sumat: accipiat eius duas tertias in prandio,& reliquũ scilicet tertiã partem in cœna: post subtile idest leue exercitiũ.sed & in hoc vel Princeps ha buit falsam Galeni translationé vel nos Principis.nã in cõsilio Galeni pro morbo comitiali,in puero post medium,inquit Gal, & capiat puer tertiã partem panis in

Rones pro cosuet ore prandio.

mane cũ fructibus,& in cœna duas tertias cũ carne. ⁊ si quis dicat ꝙ Princeps voluit Galeno cõtradicere, tã in hac q̃ in prima sñia: dico ꝙ de prima patet qđ non: q; est historia cui Galenus proximior erat cũ fuerit Auicẽna antiquior mille annis.& in hac secũda suo more,adduxisset Galeni prius dictũ, deinde rõnem qua cogitur sentire oppositũ. vt facit de virtute medicinę attractiua de principatu membroꝝ:& de alijs multis. Mesue vero in de cura catarrhi in initio dicit,& alleuiet cœna, & si põt prohibeatur oĩno. Sunt ẽt multæ rõnes ad hoc propter quas Conciliator credidit copiosiorẽ cibũ esse sumendũ in prandio. prima est, calor nãlis fortior est in die, q; iuuatur à sole, igit̃ tunc plus est sumendum cibi. Alia ratio est,plus sumendũ est cibi in æstate, q̃ in hyeme, q; in æstate maior fit resolutio, igit̃ pari rõne plus in die, q̃ in nocte. Tertia nã in hora somni intenta est cõcoctioni noxioꝝ humoꝝ,& distributioni,igit̃ nõ est impedięda cibo.sicut nec in hora crisis. hi aũt noxij humores partim sunt ex cruditatibus coaceruati, partim ẽt superflua alimentoꝝ, vt feces,vrina,sudor, & similia. Quarta rõ in nocte propter meatuũ obstructionẽ fit minima resolutio,igit̃ tunc cibus minime cõpetit:q; excrementa obruunt virtutẽ, & impediunt eã: fitq; hac ẽt cã minor resolutio. Quinta qđ virtus est fortior, minori igit̃ indiget cibo.nã cibus est principali rõne cõstitutus ob virtutis defectũ.Sexta quæ est oĩbus validior, qđ cum exercitiũ debeat fieri expletis oĩbus cõcoctionibus:si quis copiose cœnet mane nondũ erit pfecta concoctio in iecore,quare nec poterit vtiliter exerceri. istę tñ rõnes parum cõcludunt.nã ad primã diceret qui oppositũ tuetur qđ antecedens est falsum saltẽ de interno q; exit ad circũferentiã, rõne vigiliæ ⁊ caloris & lucis. ad secundã ãs est valde dubiũ imo videt̃ potius nõ ex sñia Hippoc.& sequela est nulla.ad tertiã nõ sunt primo

Rões Conciliatoris in fauorem copiosioris prandij.

plures excremētorum partes, rōne corporis, sed bene rōne suorum vasorum: sed tunc nām non impediūt: sunt eni quasi essent extra corpus. & ēt in die nā ad harum excretionē solicitatur similitudo aūt ad mām morborum claudicat nā nō est hæc corrupta. & ideo nō indiget cōcoctione, nec separatione, sed sola expulsione, in qua ēt, cum prauitate careat, parū nā laborat. ad quartā pro parte dictū est: ci bus aūt debetur non cā pñtis resolutionis sed eius q̄ facta est in die sicut ēt de hyeme & æstate declarabat Gal. prima aphor. 15. ad quintū primo nō est verum, quod solū vir tutis cā, in sanis exhibeaẽ cibus p̄ de tuenda sanitate capi. 2. sed bene in ægris nā in sanis, ppter restitutionē effluentis ppetuo māæ, ēt cibus exhibetur. nec illud ēt est verum virtus in die sit debilior, imo si debilior esset non plus sed minus dandū foret. quare tribus modis peccat argumentū. ad vltimū illa authoritas Auerrois. 6. colle ctaneorum. 2. nō dicit hoc: nisi qđ exerceri debent cōpleta cōcoctione & qđ tunc sequenẽ iuuamenta: istud igiẽ de bet intelligi iuxta sñiam aliorum. Aetius igiẽ libr. 3. cap. 2. vult qđ nō fiat ventriculo vel intestinis cibo oppletis: intelligit igiẽ absoluta secunda cōcoctione quæ in ieco re celebraẽ. sed subijcit vt nō iā diu, sed illico sit absolu ta, & hoc in fortibus ēt tm̄ exercitijs. nam deambulatio absoluta prima cōcoctione noxia nō est. Sed his præter missis, alias adduco rōnes, & quas tetigi in libello de malo medendi vsu, abusu. 8. leuiter tangā prima igiẽ est de ꝯsuetudine nā prima aphor. 17. cōdonandū est aliqd consuetudini, &. 2. aphor. s. expresse dū inquit Gal. cibi & potus, nām aduentitiā faciunt & maxime in vētriculo. cū Hippoc. solū dixisset: assueta lōgo tp̄e, & si deteriora essent, minus insuetis molesta esse. & quāq; videaẽ Gal. in fine libri de assuetudinibus laudare mutationē prauæ cōsuetudinis, attñ intelligit hoc in his qui malis valde cibis vtuntur, sed nos hanc o͞rdiam prandij & cœnæ nō

adeo

adeo pniciosam statuimus. Secūda rō, si ventriculus sit valde robustus & alia mēbra imbecillia, tūc melius erit parū in cœna comedere, vnde si iecur sit debile nec lædeť prima cōcoctio, ob vētriculi robur, nec secūda ob somnū, & sic ille deget sanus qui pmutato vitæ gñe, breui moreret. Tertia est rōne destillationis: nō vt quidam credunt, rōne qꝺ caput repleatur: hoc enī nihil esset: nā quantū est merito huius, minus de pituita gigniť hora somni, quā in vigilia: q; melior coctio in illa hora celebrať, quā in alia. vnde ēt Rasis. 4. ad Almansorē. 4. dicebat ꝛ melior hora sumēdi cibū: est illa cui succedit somnus & Gal. & in de dissolutione cōtinua cap. 1. post mediū ꝛ melior hora assumptionis cibi est post motū quā postmodū sequiť somnus. nam tunc calor nālis optime cōcoquit. Causa ergo est alia & est ꝙ ille qui patiť descēsum pituitæ ad vētriculū vel ad pulmonē, patitur maxime, in hora assumptionis cibi, ꝑpter vapores ex ventriculo ad caput ascendentes. si igiť tunc vigilet adiuuať à resolutione caloris dieī: & sic pauciores ascēdunt vapores. Secunda cā est situs qui nō adeò pmittit vapores & mām ad caput deferri. Tertia oībus alijs validior est ꝙ expuit magnā eius partē vigilans & ēt educit per nares. imo ferme totā: qꝺ non pōt facere dū dormit. ꝛ si dicas qꝺ hic casus est singularis: dico qꝺ est valde gñalis, tum maxime oibus studiosis. & si vis cognoscere illos: cibabis eos æqualiter & in prādio, & in cœna: & si vides qꝺ ante cœnam esuriunt quāuis minus tpis intercesserit, ꝛ in mane vix esuriunt, nisi post multas horas, tunc scias qꝺ hoc est merito pituitę ad vētriculū per somnū descēdentis ideo talibus cōuenit prandium cœna copiosius. Quarta rō est ab experimento. sunt enim ꝓprietates in hoībus vt aliqs melius ferat prandiū quā cœnā: sicut alii qui nō ferunt oua, vel vinū, vel lac. in his acquiescendū est experimēto. hę quatuor rationes singulares sunt, sed

Rones quum fe gnrales:

concludunt:& non est ab eis descendendũ.adduco modo quinq; alias rónes quæ sunt quasi generales: & prima est vbi vera ratio haberi non pót, experimento standum est:sed veritas est, quod illi qui valde diu vixerũt, plus comederunt in prandio, quã in cœna: vt patet etiã ex exemplo Galeni de Telepho Grammatico. & ita ego multos interrogaui de hoc,qui ad centesimũ fermè annum peruenerunt, & omnes videnť fuisse in hac consuetudine.imo Conciliator adducit etiam exẽplum de Antiocho medico, ad hoc vt plus assumeret cibi in prandio quàm in cœna,sed tñ pręposterę,nõ enim Galenum intellexit.veꝝ est qȝ pro vita.70.aut.80.annoꝝ regimẽ de cœna copiosiore sufficere pót:sed non pro valde longęua.& cã est:q: ad valde longęuã vitã,oportet qȝ calor nãlis sit adeo fortis,vt possit vtrãq; concoctionem probe administrare:sed hoc nõ contingit nisi possit primã sine auxilio somni,& longi tpis celebrare:igiť cum in secunda pficienda melius sit vt liber sit à prima,patet eos qui eo ætatis puenire debent:tales esse nã ⁊ cõsuetudine vt breuissimo tpe absoluant primã concoctionẽ: & tunc sumus in casu q̃si secundæ rõnis adductę prius. Secunda rõ est homo habet plus de spiritu in hora prãdij,quã in hora cœnę:igiť melius concoquet prandiũ, quã cœnam.assumptũ est clarissimũ q: nulla intercessit cã restaurans spiritũ inter prandiũ ⁊ cœnã,qualis inter cœnã & prandiũ.non somnus,nõ quies,non animi relaxatio.vnde ẽt videmus qȝ ea hora prandij,⁊ parũ ante, sumus alacres,vegeti,robusti,& hoc est rõne spirituum reparatoꝝ.vnde ẽt est ꝓblema Philosophi, quare mane melius discimus. ⁊ hoc maxime est vbi nõ tardemus horã.vnde ex prandio tẽpestiuo tria lucrantur:primo tempus idoneũ vsq; ad cœnã.Secundo qȝ homo est robustior q: proximior horæ somni pcedentis.Tertio ꝙ hora est frigidior:quæ frigiditas iuuat ac concoctionẽ ci-

bi.& plerũq; videbis eos,qui diu,& sani vixerunt,tẽpe-stiue sumpsisse cibũ, contra qui tarde valde morbosos fuisse,& breuis vitæ. Tertia rõ,detrimentũ quod sequit cœnã copiosam,est inemendabile, ⁊ longe maius eo qđ sequitur ad prandiũ:igitur cũ vix nõn peccare liceat,tu tius peccabimus in prandio.qđ autẽ fit vix emendabile patet:nã si fit venenũ,aut cibus valde malus,somno suc cedẽte non põt euomi.nec possum⁹ alijs auxilijs occur rere.patet ẽt experimento:quot enim moriunt ex atto-nito morbo post cœnã dum in lecto sunt:hoꝝ enĩ ma-gnum numerũ vidi & post prandiũ nunq̃;.sic mortuus est Cardinalis Carraciolus nr̃æ ciuitatis gubernator,⁊ infiniti alij.patet ẽt qđ detrimentũ fit semp maius:cum eo ꝑuenit,qđ somnum impediat,aut minuat. nã hoc ex prandio non cõtingit.ideo iacturã cœnę prandij dimis sio nõ corrigit,sed prandij errorẽ,cœna põt emendare. accedit qđ plurimi tum maxime vxorẽ habentes in no-cte coitu vtunt:hic aũt super repletionẽ pessimus:& ẽt filij qui gignunt,vel morbosi sunt:vel stolidi. quorum contrariũ euenit si cœna leuis fit. Quarta ratio est:for tior fit resolutio in die,quàm in nocte: vnde si quis mo do interponat horas decẽ inter prandiũ & cœnã magis esuriet hora cœnæ ex æquali cibo, quã hora prandij in terceptis horis.14.igit maiori indiget restauratione.ac cedit qđ homo hora prandij habet mũdum ventriculũ ideo tuto comedere põt, non sic hora cœnæ. & si dicas quod poterit comedere solũ panem exẽplo Galeni: di-co qđ si postmodũ hora labatur sequetur magnũ detri-mentũ:& si quis respiciat ad rẽ ipsam ex ieiunio vesper-tino, aut leuissima cœna nemo incurrit detrimentũ sen sibile.sed ex ieiunio à mane ad vesperã,aliqui incurrunt mortẽ plures vertiginẽ ⁊ talia.detrimẽtum ẽt corruptę coctionis nocturnæ impedito somno, non põt corrigi à iecore, & ideo cõmune fit omnibus coctionibus: sed

detrimentum prandij,cum emẽdetur à somno & cœna leui, non pmeat ad alias coctiones nisi leuiter: ideo cũ detrimentũ vnius coctionis,sit valde minus detriméto pluriũ simul, patet periculosius peccari in cœnæ copia, & in prandij tenuitate,quã in prandij copia & cœnæ te nuitate. Vltimo videtur hi ignorare facultates nãles,& anatomiã.nam cũ ventriculus æqualiter à dextro in sinistrũ extendatur, vt cucurbita magna,habens fundum à parte posteriore quasi,in sinistra parte ꝙuis Gal.dicat in dextra,sed hoc parũ refert ad nostrũ propositum: & pylorꝫ,seu portanarium,seu os in suprema parte dextræ partis ex quo prodit duodenũ fermè iuxta iecur: manifestum est qđ homine stante, nihil põt effundi,ét aperto ostio,nisi ille biberit maximam quantitatem potus: vel omnino grauiter se concutiat.qꝛ graue non põt sponte ascendere.& sic nõ ascendet cibus, nec ex cõsequenti descẽdet ad intestina donec fuerit concoctus homine stante.post coctionẽ vero ascendit expellente ventriculo,& trahente simul iecore.sed decumbente homine, & maxime super dextrum latus, poterit descendere totus cibus ante coctionem,si os ventriculi sit apertũ: quia tũc erit ex situ in humiliore ventriculi parte, vt liquido cõstat ei, qui viderit dissectum hominẽ, & non canem, vel simiã. quare nõ est quod tantum iactent hunc suum motum: nisi quis saltaret,aut ligonizaret,aut veheret equo tortore,aut rheda valde incondita. aliter maius est periculum ne cibus crudus transeat ad iecur hora somni, quàm deambulando.& similiter videntur ignorare facultates naturales: nam & si cibus non perfecte concoquatur à ventriculo,concoquitur ab intestinis, quæ eadem sunt prædita facultate. nam ex eadem constãt substantia: & etiam chilo nutriuntur, quem ad se traxerũt: non villis ne quis hoc per errorẽ me dixisse putaret: sed naturali virtute,qua etiã iecur fungitur.quãꝗ & ipsum

sine villis. si igitur error accidat in prādio etiam, emen dabitur concoctione intestinorum facta nocte subsequente, cœna leui succedente. nec somno priuabitur: quia nō est ex intestinis tam facilis aditus ad cerebrū, nec tanta cum corde conuenientia sicut ex ventriculo. In regimine tamen restaurandi corporis facilius est pinguescere, ex cibo assumpto in cœna, quam in prandio. & virtutem recuperare. & hoc Galenus voluit. & hac causa athletę ad vires & carnem instaurandam, carnium quantitatem immensam in vespere comedebant. sed horum constitutionem nō pbabat Gal. prima aphor. 3. nec in libro de bono corporis habitu: nec in exhortatione ad bonas artes: quinimo & breuis vitæ & morbosæ illos esse affirmabat. exemplum igitur eorum, ad restaurādi vires & carnem argumentum conducebat: non quòd tanquā extremo in medium adduxerit: cum locus ille non esset vbi tractaret de sanorum institutione. in maxime autē occupatis publicis negotijs nemini dubium est bonum tunc esse, si corpore & mente egregie laborandum est cibum ad vespertinam, & horam quietis transferre. ad id vero de secundo de tuenda sanitate respondeo, vbi nullo modo sit peccādum, symmetriamq; illá exquisite seruandi in ciborum mensura locus detur: instituédo corpori, nullo morbo, nullaq; consuetudine iam detento, vberiorem cibum in cœna, quàm in prandio conducere. cæterum an hoc etiam vt dixi postmodum, ad vitæ immensum spatium assequendum conducat, reluctante simul experimento etiam ipsius Galeni, & ratione adducta, non sat scio. sed tamē regula illa Galeni illic ad Polycleti statuam pertinet. corpus postulans temperatū, & nulli alij vacans, nisi studio seruandæ sanitatis. & quāq; Celsus & ipse libro. 1. cap. 2. consulat vt cibi copiā somnus subsequatur nulli tamen suis Romanis, qui sic cœnabant, longæui minus fuerunt.

HIERONYMI CARDANI medici Mediolanẽsis Primi libri contradicentium medicoꝝ tractatus Sextus.

An dispositio fiens possit esse morbus. Contradictio prima.



VLTOS sanè scio non leuẽ suscepturos admirationẽ, quòd aliud institutũ bonæ valitudinis, aliud diuturnę vitę esse decreuerim. sed equidẽ longęuam vitã faciunt, non solũ copiosius alimẽtum in prandio, verũ etiam cibi pauci nutrimẽti, nulla aut modica exercitatio, & crassum alimẽtum, cũ è diuerso valitudini prosint, cœna vberior, frequens exercitatio, cibus tenuis, ac multi alimenti. Quisq; enim experietur si ouoꝝ vitellis, pane artopiro, pullisq; vescatur, quam sanã deget vitam, modo se optime atq; opportune exerceat. at vel sic agendo ante quinquagesimũ penè annũ, verus senex erit: nõ quidem capilloꝝ canitie, & frontis, rugis, quæ minimũ obsunt quãuis turpia videãtur, sed oibus virtutibus inualidus. quãobrem recte nobis Celsus cõsuluit libro. 1. cap. 1. cauendum esse ne in secunda valitudine aduersæ præsidia consumantur. At vero validũ exercitium, si cũ cibis robustioribus in iuuẽtute iungatur longissimã senectam, ac validã præstare poterit. nã quæ absq; exercitio senectus aduenit, quãq; rite in reliquis vitę diuturnitati ꝑspectum sit, nõ validas vires secũ, vt alia referre põt. Sed de his hactenus. nunc ad institutũ propositũ reuertor. Dicebat Gal. 2. aphor. 22. qđ morbi, quidam facti sunt, & quidã fientes. oppositũ in de differẽtijs symptom. cap. 1. affectus est qui iam cõsistit: passio aũt quæ fit. & affectus

quidē alius eſt cum quo operationes illęſæ ſunt: & hic vocatur ſanitas: & is cum quo operationes læduntur morbus. ⁊ hoc iuxta mediū inde in fine capitis, volens differentiā declarare, inter ſymptoma & morbū, dicit: in morbo duo ſunt neceſſaria, qꝺ ſit affectus: ⁊ quòd ſit operationē lædens. quoꝝ neutrum ſymptomati eſt neceſſarium. rn̄deo ſymptoma ibi cōmuni modo, ad morbū extendi pōt. & ſic omne ēt quod lædit operationes, poteſt dici morbus. quia tn̄ volebat effugere cōtinentes cauſas, in illa tractatione: & iā effugerat in prioribus libris: manifeſtū eſt qꝺ coactus fuit dicere morbum oēm iam eſſe conſiſtentē. q: tn̄ medicus non curat niſi morbos, ⁊ quidā erant morbi ēt fientes, vel lædebaꝛ operatio per diſpoſitionē nondum fixā: coactus eſt in aphoriſmis facere duo genera morboꝝ: ⁊ vt fugeret continentem cauſam, dicere quòd tales non erant vere morbi, ſed ſymptomata. ex quibus ſequitur tertium qꝺ ſymptomata aliqua indicant per ſe de cura. & talia vocantur morbi licet improprie.

An cōſuetudo mala ſit ſeruāda. Cōtradictio. 2.




SI victum permutans prauū, & exercitationibus addat aliquid, ex conſuetudinis permutatione iuuabiꝛ. lib. de aſſuetudinibus vltimis verbis. his malā docet vertere conſuetudinē: at. 2. aphor. 50. ēt bonam: cū inquit oportet igiꝛ ad inſueta permutari. docet autē Gal. eſſe in cōmento qꝺ & primo de alimentis. 2. repetit, familiaritatē ventriculi cū cibis ex conſuetudine. nā non ſolū agit in cibos ſed patiꝛ: vnde ex longo vſu ſimilior factus, celeriter tranſmutat qꝺ durius: ac melius qꝺ eſt deterius. In. 5. aūt de tuenda valitudine, poſt mediū aliter docet. nā ſenes inquit quā habent cōſuetudinem, ⁊ ſi prauā ſeruent. nā immutandi cum tēpus longū ſit, illis fructus operæ peribit at iuue-

nibus ēt ſi ab ineunte ætate cõſuetudo contracta fuerit, expedit in meliorē tranſferre. nã aliqñ illius vtilitatem percipere poterũt. vnde ſenſim permutandã, nemo non intelligit. At poſt hæc adducit rõnem vnã q̃ exiguus error ſit cõſuetudini inhærere: nã paucæ ſunt malæ cõſuetudines: nã homines prauis non libenter aſſueſcunt, neq; his à quibus lædi ſolent. ipſe ēt Galenus. 2. de tẽperamentis cap. 4. cõſuetudinem nãm quandam acquiſitã vocat. laudatq; antiquos hoc dicẽtes. & Princeps tertia primi doc. 5. cap. 1. ſummę. probans hoc, dicit: nõ eſſe ꝑmutandã conſuetudinem, niſi in valde malis. atq; id ēt ſenſim. q̃ & Galenus fatef. 5. de tuenda ſanitate vbi ſupra, de exercitio loquẽs. ſed in tertia primi doc. 2. cap. 7. ille vero in quo mala nutrientia concoquunt, non gaudeat ex hoc q: in temporis ſucceſſu, generabuntur ægritudines pernecantes. Gentilis exponit, valde mala. pro concordia horũ oportet ſcire cõſuetudines eſſe alias in genere ciboꝶ, alias in hora vel quantitate eoꝶ, vel exercitio, vel balneo. item alias in ſenio, alias in iuuentute. tertio differre qm̃ aliæ ſint valde malarum rerum, aliæ mediocriter. in ſenibus nõ ſunt permutandæ conſuetudines malæ mediocres vllæ. nec ex malis valde, niſi quę in prauis cibis ſunt: qm̃ larga eſt tranſmutatio. & in his quæ ſunt à priuatione ad habitũ, vel cõtra, licet permutare ēt non ſolũ in mediocriter, & valde malis, verum etiam bonis conſuetudinibus. aliter nunquã Telephus Grãmaticus & Antiochus medicus, ad vſum ter comedendi in ſenio pueniſſent. cum tñ peruenerint. 5. de tuenda ſanitate. in decrepitis vero reliquaꝶ conſuetudinum ne peſſimarũ quidem fiat immutatio: vt nec ciboꝶ, nam nõ peſſimi eſſe potuerũt cum quibus ad eã ætatem peruenerint. Omittere aũt aliqua, non ſolũ vtile ſed ēt neceſſarium. in iuuenibus aũt, ac primi ſenij viris, qui quaſi cõſiſtere videntur: nequaq; ciboꝶ ratio immutãda, in

horis,vel qualitate, vel quantitate, vel ordine, si valde mala nō fuerit.in omnibus aūt existimādum est, nō esse consuetudinē vllam in qua homo æger decumbat, aut morbis plenus vitā agat:nā in his audacter immutabimus.adolescentes vero & pueros, nō tam dicimus permutare cōsuetudinē,quàm instituere. ergo si quis de potu,aut copia cœnæ vel prandij, vel de venereis à cœna, vel matutino interroget,experimētum sequatur iuuantium adolescens.in leui enim discrimine,iudex est experimentū:iuuenis vero in cœptis perseueret: nā mala nō pōt esse horum consuetudo, nisi mediocriter, quæ iam parta est.in cibis autē ab initio solidioribus assuescere studeat. verū in his omnibus aliqñ ob periculū necessitatis, licet non relicta cōsuetudine, sed aliud tentando, ab vsu aliquantulum diuertere iuuenibus, rursusq; illico se recipere.senibus nunquam.

An contrariis gaudeat quælibet intemperies. Contradictio.3.



ONTRARIIS melius degunt ætates & naturæ seu regionibus, seu locis aut cibis,tertia aphor.3.similibus aūt malè:nisi temperatæ prorsus extiterint. Idem fermè in com.18.eiusdem.addit vero ibi duo primum qd pueri,sub initio æstatis melius degunt, adolescentes aūt vere.& qd ver cæteris mediū est: non malū nec prorsus bonū.At.3.artis medicinalis cap.3.intēperata corpora,duplicem habent viuendi rōnem.quæ enim parum labuntur, similibus cōseruari debent:calida calidis, sicca siccis:atq; vt generaliter dicā materias agnoscens ea cōseruabit, similia in oibus similibus afferēdo. licet & ad melius illa traducere contrarijs inhærendo. igit non est hoc generale præceptū vt similia noceant, & contraria iuuent.Rasis.17.con.c.6.in principio dice-

bat, q aer bonus est oibus bonus, ex snia Gal. primo de tuenda sanitate: & hoc q: temperatis couenit vt similis, intemperatis, vt cotrarius: igitur omnibus. qnq3 tn eligimus aeré similem, ad cóseruandam nãm iam intépera tam. Sed in col.3. eiusdé cap. dat aliá solutioné: & est. qd aer semp debet esse vt medicina: si quidé cótrarius tépe ramčto & ætati, nisi intéperatis. & hoc est q: cor calidú & siccú, non expurgabit in aere calido & sicco, & sic ét in regimine cóseruatiuo, aer tn contrarius est eligédus. Sed paulopost ipse nó sibi cóstans dicit, quòd natura, & ætas gaudet in cósimili aere: & debilior reddit in cótra rio. R ndeo primo quo ad Rasim sic debét intelligi eius dicta: aer nunq3 debet esse similis in regimine cóseruati uo, nec multo minus reductiuo, vel præseruante: cibus aút in conseruatiuo similis esse debet. Gal. 3. artis medicinalis, docet qúo conseruet corpus in eodé statu: non tn declarat qd oés causæ conseruantes in hoc statu, sint vtiles. ná aer semp dissimilis est eligendus: q: similis tra ducit hominé necessario ad vlterioré intemperié. autoritas succedés est manca: ná sic legi debet. q aút est tpata, gaudet suo simili, & debilior reddit à contrario. aer autem bonus omnibus est bonus propter rónem dictá: non tn optimus: nam melior est qui temperiei malæ di recte opponitur. pro conseruatione aút, licet ét vti aere consimili in modica intemperie, sed cum permutatione qnq3. sed periculosum est hoc cósiliú ne vlterius labat.

Absinthiú an noceat uentriculo. Contradict. 4.


BSINTHIVM facit sodam, propter nocumentú quod facit in ventriculo. 2. can. 7. t. cap. 2. de illius succo loquens. & parú infra, succus eius est malus ventriculo: & semina eius nocumentum inferunt illi & proprie ori illius ppter salsediné quá habent. alia

litera habet herbã loco feminũ. At Gal.lib.6.simpl.medicamentoꝝ cap. proprio in fine literæ A.dicit eũ esse ventriculo amicũ, ac illi plurimũ cõferre, succũ tñ herba multo esse calidiorẽ Rasis quoq; ad Almãsorem.3. libro cap.25.dicit q͏̃ robustũ facit ventriculũ.& Auerrois.5.collect.42.dicit q͏̃ est medicina iuuans ventriculum. Quinimo Princeps ibidẽ, est medicina mirabilis ad reducendũ appetitum, cũ bibitur succus eius decem diebus.&.13.tertij trac.p̃ cap.25. sirupus absintij laudatur plurimũ in morbis ventriculi,& præcipue frigidis.lib. etiã.8.artis curatiuæ cap.5. & passim alijs in locis, pro fomento applicat, ori ventriculi ad ipsum roborandũ. & in cura syncopis ex humoribus calidis os ventriculi lædentibus primo ad Glauconẽ cap.penultimo ante finem nõ parum, absinthij comã in melicrato decoctam abijcit exhibetq; decoctũ. at ẽt peccante pituita in ipso, attñ oleum in quo absinthiũ incoctum fuerit applicat. Hic quidẽ animaduertere decet dum ventriculus pituitam in se cõtinet.absinthiũ primo non cõuenire.nam illã retinet.bilem aũt expurgat, non solũ similitudine vt Auerroes inquit,sed alia ẽt ex cã quam inferius declarabimus. nec cõuenit supercalefacto vẽtriculo succus, ob immoderatã sed consimilẽ intemperiẽ.hæ ambæ causæ in.6.de simplicibus medicamẽtis cap.ꝑprio expresse habentur. Alia postmodũ est ex spẽbus illius distinctio libro eodẽ capite de Abrotano : vbi dicit,q͏̃ Seriphium ventriculo est inimicũ, ob salsedinẽ suam: sed & Santonicum ẽt,stomacho inutile est:solum aũt absinthium,ꝓprie Ponticum ventriculo auxiliat. sed.11.artis curatiuæ.16.magis adhuc rem arctat:nã dicit,ex oibus absinthij generibus, in solo Põtico amaritudinẽ superat vis astringens,ob id solum Ponticũ vtile:cętera calida nimis sunt, vt in de simplicibus medicamentis ostẽdit. est ẽt Ponticuʒ odoratũ,cum reliqua fœdo sint odore, ob

hæc igiť Auicēna cum ponticū deesset illi ob regionis distantiam, causæ absinthio tum magis succo & semine, vtendū consulit. Quinq; illius spés facit, odoratum tñ ac Nabathi ꝓbat seu Tarsense. qđ pro pontico substituēdum est. at sirupus vt incolumior, sic minus ad ea quæ confert ēt vtilis habendus est. videāt igiť medici nostri tpis, quā tute absinthiū exhibeant: cū tot modis nocere possit. nec enim vllus est illius vsus salubris nisi pontici. quāuis omne absinthiū appetentiam excitet.

Nerui, uenæ, arteriæ, an membra simplicia. Contradictio. 5.



COMPOSITIO partium corporis duplex est: alia quid est quæ solis constat elementis & sunt similares, vt arteriæ, venæ, nerui, ossa, caro, cartilagines, membranæ, libro de differentijs morboꝝ cap. 3. Nerui igiť & venæ ac arteriæ sunt omnino membra simplicia at. 10. artis curatiuæ cap. vltimo cum enumerasset inter cōposita membra venas & arterias musculosq;, subijcit. At vero nec neruosa, nec fibrosa, nec membranosa natura eandē generationē habere cernitur: scilicet quo possit corrupta denuo regenerari. vt de carne iam dixerat. hic igiť constantius neruos inter simplicia membra adnumerat: sed de venis & arterijs à priore snia discrepat. sed & in de inæquali intemperie cap. 2. eadē fermè habet, nā inquit ὀστᾶ καὶ χόνδροι, καὶ σύνδεσμοι, καὶ νεῦρα, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ φλέβες, ὑμένες τε καὶ σάρκες, ὄνυχες τε καὶ δέρμα, καὶ πιμελή. ταῦτα δ' οὐκέτ' ἐγχωρεῖ τέμνειν, εἰς ἕτερον εἶδος, ἀλλ' ἔστιν ὁμοιομερῆ τε καὶ πρῶτα, πλὴν ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν, αὕτη γὰρ ἐξ ἰνῶν τε καὶ ὑμένων σύγκειται, καθὸ κἀν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν ἐλέγετο. Græca libuit adijcere qm̃ Linacer nimis vt video oscitāter vertit: aut qui typis mandarunt. tum ob admiratio-

nem ēt eorum quæ à Galeno scribunť.sunt aũt hæc lati ne. Ossa,cartilagoq́;,ꝛ ligamenta,& nerui,& arteriæ,& venæ,membranæ,& caro,vngues,ꝛ cutis,ac pinguedo. hæc aũt minime licet diuidere in aliã speciem:sed sunt similares ac primæ,prçter arterias & venas.hæ enim ex fibris & membranis cõponunť:quemadmodũ in anato micis administrationibus dictũ est. Hic palã neruos vt prius,inter simplicia mẽbra adnumerat,atq; venas cum arterijs inter cõposita. Rursus duo superaddit scilicet cutim etiã ꝛ ipsam simplicẽ esse:ac venas ꝛ arterias non tantũ fibris sed ēt membranis cõstare. at in de partibus artis medicatiuæ cap.3.arteriæ venæ nerui & cutis sunt partes in quas diuidiť caput.harum aũt singulæ in partes diuiduntť:arteria quidẽ in duas tunicas,quarũ vnaquęq; constat ex villis: velut & venæ ac ēt nerui.in capite vero.4.subiungit. instrumenta quidem sunt venæ,arteriæ,nerui,musculi,tendones,oculi, matrix, intestina, cor & reliqua talia.simplices aũt partes,fibræ,membranæ, ligamenta, os, cartilago,pinguedo & caro vtraq;: propria scilicet, & quæ affusio vocať, vnicuiq; visceri alia.& quæcũq; his similia.palã est igitur difficultatem esse de venis,de arterijs,tum de neruis, ac ēt de cute.nã in his oĩbus non satis sibi cõstare videť Galenus an simplices sint an cõpositæ.De cute ēt Galenus libro an sanguis in arterijs contineať, dicebat q̃ venis & arterijs referta est. sed & in.3.de alimentis cap.4. dicit extremas partes cutacea ꝛ neruea nã cõstare:quod.& in.4.regim. acut.com.102.testať dicens:cutis aĩalium carnea substãtia frigidior existit.at in de temperamẽtis ꝑ cap. vltimo iuxta mediũ:cutis est neruea substãtia sanguine pręḋita. cum enim caro sanguine abundet ob idq́; calidior sit ꝛ humidior: neruus vero sanguine nimis destituatur ob idq́; frigidus & siccus:cutis ipsa sanguine & neruo constans q̃dã est mediũ. Auicẽna aũt prima primi doc.5.

cap.1.enumerat simplicia mēbra ponit os, cartilaginē, ligamentū, neruum, venam, arteriam, membranā, & carnem. Hic vero pinguedinē prætermittit. cū Galenus ibi adnumeret vnde quarta exurgit cōtradictio vngues ēt inter quæ mēbra collocari debebunt? duplex ēt ligamēti genus facit: primum quod ossa colligat, ꝛ est ligamentum propriē: aliud qd̄ corda dicitur, quo musculus ossi cōmittitur. diffinit ēt simplex membrū qm̄ illud est cuiꝰ partes diffinitioni totius subiacent? R̄ndeo cōponunt sex modis partes in corpore nostro. Primus est cū pars ex multis instrumentis cōponitur, diuersis forma & substantia & operationibus: velut caput ex cerebro, oculis, & auribus. & hoc membrū est cōpositum proculdubio. Secundus modus est cū pars cōponitur ex pluribus diuersis in substātia, subseruientibus tn̄ omnibus vni operationi: vt oculus ex pluribus tunicis: sic nasus, ꝛ auris. & hæc ēt membra sunt composita omnino. Tertius modus est cum mēbrum cōponitur ex pluribus partibus similibus in substātia quarū quælibet tn̄ componitur ex alijs habentibus diuersas functiones: similibus tn̄: velut caro: idest substātia propria ventriculi, & coli intestini, & arteriæ. nā hæc constant duabus tunicis substātia similibus: & aliqua illaꝝ constat ex pluribus villis, quoꝝ quidā attrahunt & alij retinent. & hoc modo talia sunt simplicia rōne diffinitionis: & ad mentē Gal. in libro de differentijs morboꝝ ꝛ Auicēnæ locis allegatis: & multo magis oīa quæ sequuntur. Quartus modus est cum mēbrum cōponitur ex partibus simplicibus in forma, sed habentibus diuersas tn̄ functiones vt venaꝝ tunicę, vesica fellis ꝛ vrinæ. habent enim tunicā vnam constantem ex pluribus fibrarū generibus: quarū functiones diuersæ sunt. & hæc tn̄ membra cōposita appellātur à Galeno in de inæquali intemperie: ideo neruos ibi ēt inter simplicia reliquit, qd̄ non ex villis diuersarū functionū

autoribus cōponantur. arterias ꝙ tertio modo, venas quarto modo compositas à simplicibus excepit. Quintus modus est cū ex similibus in forma sed nulla diuersa functione prҽditis cōponuntur. vt nerui ex villis longis tm̃.atq; hoc modo in de partibus artis medicatiuҽ, et neruos inter cōposita mēbra numerauit. cōponuntur enim ex vno villoꝝ genere. Sextus modus est cū omnia cōstent ex elemētis: atq; vt sic ad simplicitatē hoc nihil officit, apud medicos: cum tn̄ cōposita vere sint virtute saltē. constant enim calido frigido sicco & humido singulæ nostri corporis partes, quãq; simplicissimæ. Sed quæ quinto, quarto ac tertio modo cōponuuť, omnes cōpositҽ ad aliaꝝ comparationē ex quibus cōstant dici possunt. ob id Gentilis Auicennã ibi exponēs dixit illū membra enumerasse simplicia apparenter, non solū vere: nã talia putat esse artariam ꝛ musculū. sed artaria est simplex membrum tertio modo: musculus aūt secundo tantū. cōponitur enim ex ligamento neruo ꝛ carne. hoc aūt vt dixi medici nunq̃ solent simplex appellare membrum. nec Auicēna hoc dixit: sed solū musculi cordam. Adeps aūt est pars simplex quinto modo, ꝛ sic Galenus eã recte cæteris adnumerat. sed cū membrū non sit, recte prætermittitur à Principe: cuius mens est solū membra corporis adnumerare nō partes. non esse aūt membrum ostendit: qđ nec trahat nec cōtineat sed hæreat alteri: nec concoquat. oportet aūt mēbra his facultatibus prædita esse. De vnguibus Conciliator tenuit iuxta dictum Gal. 2. artis medicinalis cap. 3. in differētijs. 54. qđ nō vere nutriantur; q: non ẜm oēm dimensionē, sed in longum tm̃ augentur. verū & dentes tales sunt, & tamē viuunt. Gal. primo de vsu partiū cap. 11. vult eos non secus ac pilos semper in longū augeri. At in secundo anatomicaꝝ aggressionū sub ipso fine, substantiam vnguiū declarat esse aliam ab omni alia. recipere aūt in radice,

qua vltimæ digiti iuncturæ alligatur,neruos venas arterias,quæ tñ haud in ipsum perueniant:qm̃ nutritione non indigeat:sed solũ vt in longum augeatur vt pilus. ergo vngues membra nó erunt:non enim prædita sunt facultatibus inseruiẽtibus:ve℞ vnguis vngui succrescit, pars est,tñ simplex ac à cæteris diuersa corporis humani.quã præterire ẽt potuit qñq3, quod sensu & nutrimẽto destituatur:potuit ⁊ rursus adnumerare,cum alligata sit corpori, nó ab eo absoluta vt pilus.Aristoteles.3. de natura aĩalium cap.9.ac.2. de generatione animaliũ cap.4.iuxta finem tribus rõnibus declarat differentiam vnguiũ ab ossibus.primũ quidem quòd vngues ex cute accipiant originẽ:nam albi sunt quibus alba,nigri quibus nigra:nó sic dentes cum Aethiopibus sint candidi. perpetuo ẽt crescunt:& licet dentes etiã sic crescant, videntur tñ pro finis rõne augeri.tertium quod maius est: qđ tunc maxime augentur vngues,cũ reliquum corporis contabescit ac minuitur. vnde in ægris maxime crescunt.quo fit vt cũ natura animalis parum aut nihil cõmune habeant. ob id merito vngues etiã præteriri possunt,cum mẽbra adnumerant:nam ⁊ pñs cum cornibus ac pilis,quasi inter corporis nostri recrementa eos iunxit.Haud tñ male mihi videtur Vessalius libro.1.cap.2. &.34.censere illos ex cartilaginũ esse natura. Porro qđ ad cutim attinet vel pro δέρμα, legatur ἐπιδερμίς: hæc enim oĩno pars est simplex:aut si cõstanter literæ inniti velis(quãq; ⁊ illud pro δέρματι intelligi poterat)dicas cutis nãm ac substantiam, vt multis in locis à venis ac arterijs & neruis nudam esse simplex membrum. quod quãuis sanguine constet,ac sua substantia,cum tamẽ sanguis non sit membrũ, simplex dici põt ac debet. Cęterũ quod simplicia membra,ex humoribus non cõstituam, iuxta Principis dictum,sed ex elementis, nemo admiretur:nam ille sic censuit vt ostendam.

Neutram

Neutrum tertii modi an à Galeno diuidatur. Contradictio.6.



EMO est hercle qui non videat quinq; nos cõtradictiones in vnã coegisse: ꝙ ob rerum ipsaꝝ affinitatem inuicẽ conueniãt. Neq; enim in tanta rerum mole longi esse debemus. quippe si Galenũ imitari voluerimus, soli contradicentiũ medicoꝝ libri, hominẽ tota vita legẽdo fatigabunt. cum tñ præstet & alia illos legere posse. nã si vel Galeni vestigia sequi voluissemus, nõ pauciora imo longe plura, ac maiora volumina, ex hoc tantũ opere confecissemus. at quã pręstantior est Fuchsij breuitas, ac Hermolai Barbari, inutili Marcelli Virgilij prolixitate: qui sibi, aut ocium habentibus tot nugas scripsisse visus est. Galenũ putant se imitari, imitentur sanè, in ea solũ parte in qua ille merito culpandus venit. cum tñ prolixitate sua saltẽ claritatem rerũ nobis addiderit. at hi in herbis describendis, nescio quid alti, ac subtilis negotij habeant. sed quid causæ est igitur? non aliud, quã quod scientes pauca, multa scire velint videri. ob hoc igiť chartas implent, graues ipsis & legẽtibus, & orbi: vnde fit, vt nullus eoꝝ qui sic scripti sunt librorum, diuturnus esse possit. mundo tanq̃ inutilẽ sarcinã elidente. Verũ cum Galeni vitium multi imitentur, vix vnus aut alter, ex tot illius virtutibus, vnam vel saltem æmulatur. has aũt dico inuentionis studiũ, contemptũ contentionis quæ ex verboꝝ vi exoritur, diuidendi rationem, demõstrandi acumen, exercitationẽ in disciplinis oĩbus, rerum ipsaꝝ contemplationẽ, claritatem orationis, assiduitatẽ studij, veritatis amorẽ. sed nec illorũ sicca breuitas, quãuis prolixitate horum longe sit præstantior, adeo est laudabilis: cum tñ se Aristotelẽ, nõ ea dicã parte qua vituperatione dignus sit, sed qua lauda-

ri non pōt, abunde imitari persuadeant. debent igiť verba, vt vestes corporibus, sic illa rebus cōuenire. quā certe mediocritatē multi seruauerunt, vt Conciliator, ac Vessalius. qui si nihil aliud præstitissent nobis, vel hoc solū dicendi genere, laude digni erant. cum tñ copiam & etiā claritatem addiderint. vtriq; suæ artis stylo satis facientes. At dij boni, quot pro paucis? atq; idē in diiudicandis viris vitiū: eademq; culpa. Sed nos iam illos sequimur his magis, quos dānamus. licet qñq; delassatis, paululū digredi. tum præsertim si cū voluptate euagandi, vtilitas reprehensionis coniungať. sed ad institutum iam reuertor: volui tñ cōmonere lectorē, quod & ab initio fecisse in epistola memini me, vt nil putet à me relictum eoꝝ quę proposuerim. Velut dubiū aliquibus erit, quòd venas ac arterias, membranis constare Galenus dixerit vt in præcedenti cōtradictione declaratum est. hoc aūt de arterijs tm̄ dictum esse Galenus voluit. sed ex cōi loquendi genere cum vtrasq; fibris constare dixisset, mēbranas adiungens, non cōmode arterijs tm̄ applicare poterat. eiuscemodi leuia non tā obiter q̄; libens, frequēter soleo ꝑterire, ꝙ ex iā dictis haud obscure intelliganť. Itaq; Galenus primo artis medicæ cap. 3. Neutrum signum, causam, & corpus, diuidit in simpliciter tale & quod vt nunc. post modū vnumquodq; hoꝝ in tria genera scilicet, quod nec particeps est sanitatis nec ægritudinis: quod vtriusq; : & quod vnius modo, modo alterius. in. 6. autem capitulo cum declarasset primum & secundū neutri genus quonā pacto simpliciter dicatur idest semper vt multū & vt nunc: tertium membrum quod neutrum est, quoniam aliqñ ægrum, aliquādo sanum, non per membra diuidit. at omne quod cōpetit generi, cōpetit & contentis sub eo speciebus. Gentilis existimat ⁊ ei assentitur Iacobus de Forliuio: ꝙ hoc corpus nō vere possit inueniri. Galenus etiā non diui-

fit in semper & vt multũ,quãuis in simpliciter & vt nũc. Tamen de neutro vt nunc non videtur magna difficultas:nã cum corpus quod sæpe sanatũ est in vno anno, & non contracta ex generatione dispositione accepimus, sæpeq; ægrotauit tale in eo anno diceť neutrũ vt nunc, tertij modi:quod à re ipsa, non quia aptum sit dici debet.neq; opus esset duplici illo sensu (vt nunc) quẽ illi Galenus tribuit.Sed de semper neutro vel vt multũ magna est difficultas.vt & Trusianus in.19.cõmento primi artis medicinalis declarat. nã si est aliquod corpus tale à generatione,quod valere possit in pueritia, vt Galeni exemplo vtamur, ęgrotare aũt in iuuentute,videtur ob id quod gratia exempli siccum sit nimis: vnde humido pueritiæ contemperetur; in iuuentute vero deficiat. at tale proculdubio ægrum est vt semper.nã eam contraxit à generatione temperaturã per quã,labatur ad siccũ cuiuscũq; ætatis temperamẽti respectu. ægrotare enim, vel non ægrotare, nihil faciunt ad sanitatẽ simpliciter sed vt nunc,vt.2.artis medicinalis cap.1.cum dixit: q̃d sana vt nunc sunt quę bene valentia solemus appellare. & rursus in primo libro cap.4.cum dixit q̃d sanum simpliciter est q̃d talem à generatione dispositionem cõtraxit. & clarius cum subiecit id esse sanũ vt nunc solum, quod bene nunc valet,cum tñ à generatione male sit cõstitutum.Respõdet igitur Trusianus, quòd tale corpus neutrum dici poterit duplici modo: vel cõparando ætatem pueritiæ ætati pueritiæ temperati: vel sumẽdo ambas simul ætates pueritiã & iuuẽtutem. addit vero hoc quod talia corpora ab initio etiã sub neutro primi significati cõprehendi poterunt.Sed vt video adhuc difficultas manet:si enim vt dixi tale ab initio sit,vt ægrotare debeat,multo magis erit ægrum,quàm quod tale est simpliciter.nàq; horum quæ simpliciter ægra sunt plurima diutissime sanitate vt nunc fruuntur. Quare Gale

nus corpora ea censet simpliciter neutra tertio modo: quæ nascuntur sana vt multũ, verum adeo imbecilli cõsistẽtia vt leuiter ægrotent aliqua in ætate, alia vero firmiore consistente natura diu valeant. Quòd si pertinacius resistas, volens vt imbecillitas hæc à temperamento pendeat: dicito id esse tale, quod adeo ægrum est, vt etiã cogatur vere decumbere per ætatem aliquam: sicq; neutrum hoc erit plusquã ægrum simpliciter. quia nec omne simpliciter ægrum, neutrum tertij modi esse potest sed quod vehemẽter labitur ad morbosam naturã, vt vix consistere queat. vel melius, dic illud esse, qđ ab initio quidẽ temperatũ fermè est, labitur aũt in intemperiem, quã morbum Galenus appellat ætatis successu, vel cõtrario modo reuocat: vt fit non æger sit vt nunc ille, sed sanus vt nunc. simpliciter aũt non æger: q̃ non talis à generatione, vel ei similis: quãdoquidem intemperiem secũ innatam habeat. porro tantæ difficultatis cã est. quod cũ simplex omne ad generationẽ referatur, seu ægrum seu sanũ vel neutrum sit: quod vero præsentem consistentiã decernit, vt nunc dicitur: neutrũ tertij modi cũ præsentem, seu acquisitã dicat consistentiã, omne quasi vt nunc est. hoc aũt ei repugnat, quod est à generatione: ob id neutrum tertij modi simpliciter cõstituisse difficillimũ certe fuit. Quãuis re ipsa docente, satis inter vtrũq; sit discrimen manifestũ. nam qđ sponte in aliquo anno, sæpe ægrotat, & rursus sanatur, neutrum tertij est modi, vt nunc. quod vero, tota vita id agit, id certe semper neutrum dici potest. quod vero in maxima vitæ parte, neutrum vt multum. atq; ego vt recte meam constitutionẽ intueor, ab ortu ad annos vsq; octo, neutri tertij modi vt nunc, proculdubio dispositionem subij. à generatione vero eiusdem modi simpliciter sumpti. nam vix vna est dies per quam totam valeam, nec tamen vnq̃ decumbo.

Neutrum secundi modi an sit quod ægrũ parte est, & parte sanum? Contradictio.7.



AEGRVM dicitur corpus qđ vel in simplicibus malá habet temperiem, in omnibus, vel in aliquibus: aut in cõpositis peccat, vel vnitate: aut in simplicibus simul delinquit ac etiá compositis. Vnde quidã lectionẽ illam: καὶ ἤτοι πάντων, ἢ τινῶν, ἢ καθ' ἑκάτερον. perplexe interpretati sunt. cum alij etiã magis deliquerint: dicentes vel in vtrisq; peccare scilicet: & in omnibus, & in aliquibus. quod quã sit perabsurdũ nemo non videt. nã aliquibus vel rõne ab omnibus distinguit: & sic repugnat, in omnibus simul, & in aliquibus peccare. vel vnum sub alio continetur: & sic qđ in omnibus peccat, necessario peccat in aliquibus. referatur igitur καθ' ἑκάτερον. ad ὁμοιομερῶν καὶ ὀργανικῶν. quæ proximo loco scripserat. scilicet qđ ægrum sit corpus, quod labitur in similibus partibus, vel instrumentis. seu in horũ speciebus omnibus, seu aliquibus ipsorum vitiorum. sic vt omnibus, & aliquibus, ad vitiorũ species referat: vtrisq; autem ad partes, in quibus vitia sunt. Sed hæc relinquamus quãdoquidem nihil adferant cõmodi ad præsentẽ contradictionẽ: si quidem iam dixerat in primo eiusdẽ cap.3. (cum hæc quæ adduximus scripsisset in.2.cap. secundi libri) neutrum secundi modi dici, cũ corpus partim esset ægrum, & partim sanum. tale igitur cum ægrũ sit simpliciter, vt declaratum est: erit in quã simul ægrũ & neutrum. Respondetur quòd haud inconuenit idem posse dici neutrũ secundi modi, & ægrum: sed solũ primus modus, cum ægro stare non potest. sed hæc rñsio falsa est: nã neutrum esse & ægrum inuicẽ pugnant, qm̃ hæ sunt dispositiones, in quas corporũ habitus diuidũtur: at omne neutrũ secundi modi, sub neutro continet.

itaq; dicendum est, quòd neutrum solum dicitur, qđ sic leuiter in parte nobili ægrotat, vel in ignobili ēt grauiter, vt totū corpus ob hoc ægrum dici non mereatur.

Sanum corpus an sit quod in solitas operationes exire potest? Contradictio. 8.



GALENVS secundo artis medicæ cā. 75. ibi: Cum vero sit eorū differentia duplex: docet corpora illa sana esse, quæ in solitas possunt exire operationes. quæ vero non possunt, alia quidē ægra, alia vero neutra, prout impedimētum leue aut graue fuerit. Et in. 2. artis medicæ cap. 1. corpora quæ sana sunt vt nunc, quæ & bene valentia dicuntur. igitur ex hoc videtur quod cæcus à natiuitate sanus dici debeat & similiter mancus. At in de differentijs morboꝝ cap. 7. & in de causis etiā morboꝝ cap. 7. ægri sunt quicūq; laborant morbo aliquo. at hic quidē duplex (inquit) à generatione & cōtractus post natiuitatem. quare cæcus à natiuitate, ęger est, ꝛ nō sanus. id vero etiā ratione ostēditur: videns si oculos amittat æger factus dicit: at multo magis laborat, ac difficilius, qui id vitij à generatione contraxit. Propter hęc dixerunt quidā vt Hali ꝛ Iacobus de Forliuio, quo nemo est dilucidior in exprimenda snīa quāuis seculo rudi, ac bonarum literaꝝ inscio floruerit: quod sanum semper & vt multū in extremo magnitudinis sanitatis sunt. proximū est sanum vt nunc illis. in opposito limine est ægrū vt semper, & vt multū: vix aliquid sanitatis habentia. quibus proximū est ægrum vt nunc. media inter hęc neutra sunt: quæ æqualiter fermè ægritudine & sanitate participant. sed si ex eadem parte id accidat neutrū fit primi modi. sin autē diuersis partibus fit neutrū secundi modi. si aūt neq; his, neq; illis simul, sed diuersis tēporibus, neutrū constituitur tertij modi. Sed

hi extorquēt literam Galeni in duobus locis in primo artis medic.cap.4.dicentis ſalubre eſſe corpus quod tale eſt à generatione:igitur non qđ intenſam ſortitur ſanitatem.& in.2.libro cap.2.cum dixit. Quo fit vt tota ſanitatis latitudo in tres partes diuidatur:quarū ſingulæ latitudinē habent,non paruā. atq; in primam quidē ſalubria corpora,in ſecunda neutra,in tertia inſalubria cōſtituuntur. poſt quę deinceps ſequunt̃ quæ iam ægrotant corpora: quæ ſenſibilibus operationū læſionibus diſtinguūtur.Nemini igitur dubiū eſſe poteſt ægra corpora,ſub latitudine ſanitatis nulla cōtineri .Quin etiā alia eſſe ægra,alia vero inſalubria.propter hæc Truſianus credidit,ſanū ægrum & neutrum,eſſe talia quidem ſimpliciter,ſi à generatione originē habeant. veꝝ nunc ſanū,cum neutro vel ægro ſimpliciter idem facit:adducitq;,Galeni teſtimoniū ex textu ſuperiore cū diuiſit latitudinē ſanitatis in tres partes.nam vbicūq; eſt ſanitas ibi ⁊ ſanum corpus igitur inſalubre ⁊ neutrū ſanitatem cum habeat,ſanū erit:& non ſimpliciter,non enim poſſet eſſe ſimpliciter ægrum, vel neutrū:igitur ſanū eſt vt nunc. Galenus etiā non pertractauit de ſignis,nec cauſis ſani vt nunc:igitur prǽſupponit in libro artis medicæ quòd cōprehendatur ſub ægro,vel neutro ſimpliciter.adducit & rōnem quā demonſtrare credit. ſana corpora à generatione quæ debilē ſunt conſecuta ſanitatē, ſana tñ ſunt:quæ cum non poſſint ſimpliciter eſſe ſana, vt nunc neceſſario erunt:q꞉ nulla ſunt ſani genera alia. ſed hæc quidē à mente Galeni aliena ſunt: cum ſanū vt nunc à generatione conſtituat:ægrū vero ⁊ neutrum à tempore præſenti ſumat. propter tñ rationes intelligendum eſt Galenū non permiſcere ſanū vt nunc,cum ſimpliciter ſano: nec multo minus cum ægro, vel neutro. cū ſimpl'r ſana ſalubria vocet:& ſimpliciter ægra inſalubria.quæ vero vt nunc, ſana vel ægra.itaq; ſana cor-

pora à generatione debilẽ consecuta sanitatẽ, vel vt sic, sana nõ sunt, nec ægra, nec neutra: sed salubria vel insalubria, vel quæ neutrius dispositionis vim habẽt. sic reliqua & quę nos prætermisimus ex illo facile dissoluũtur. at præsentis sanitatis signa nõ prætermisit: neq; curam custodiendi illa iuxta secundi libri finẽ ac tertii initium. quãq; cum ægra corpora vt nunc, quę illis opponunt, necessario læsas habeant operationes solitas: quare nec sana nec ægra latere poterant. at salubria & insalubria, cum ambo propriis non destituantur functionibus, difficilius erat distinguere. Alii dixerũt corpora salubria esse, quę sanitatẽ tueri possent. hanc si ꝑpetuo, sana semper dici debere: si nõ semper, sed diu, sana ut multum: sin autẽ parum, sana ut nunc esse appellanda. eandẽ rõnem in insalubri & reliquo ineunt. ut aptitudinẽ, uel potẽtiam exprimant. nãq; & Galenus in de optima cõstitutione cap. 3. dixit sanũ corpus in optimo statu esse, quod semper sanũ permaneret. diffinit etiã Galenus corporum genera quorum & signa posuit in. 2. libro: at ibi declarat signa corporum quæ nunc talia sunt, non quæ à generatione: igitur per simpliciter talia, potẽtiam intelligit: & per ea quę vt nunc, actum in vnoquoq; genere. sed hæc opinio vera nõ est: qm̃ Galenus nunq; ea diffiniuit per hanc potentiam, sed per contractam à prima generatione dispositionẽ. penderet etiã sanum vt nunc, & ęgrum vt nunc, quodãmodo, ex simpl'r sano ægroq;. Sed si modo intelligit hanc potẽtiam in simpliciter dictis, sani puta ad sanã consistentiam: aut igitur q̃d semp sanum dicitur, sanũ est semper, quia temperiem illam natum est perpetuo custodire: atq; sic proculdubio omne corpus etiã ægerrimum, sanum simpliciter dici poterit. nam omne corpus, si debito regimine vtatur, similẽ ferme ei quam à generatione contraxit, temperaturã conseruabit. Si vero de sanitate vt nunc loquanť, quod cer-

tũ est illos intelligere: aliter authoritas ex libro de optima constitutione nulla erit: tunc ꝓpositio assumpta falsa est. nam frigidũ ⁊ siccum, ⁊ rara textura corpus, ęgerrimum est, si multum in intemperie labatur, & vix vnq̄ ægrotabit. at calidũ & humidum, modico ex excessu, si densa sit textura, frequenter ægrotat: nec. tñ simpliciter ægrum erit: imo sanum vt multum. Galenus etiã signa horum corporũ sumpsit maxime ex operationibus diminutis, aut perfectis: at si potentia ad morbos, constituebat ægrum corpus simpliciter: nõ vnum aliud signũ erat considerandũ: cum esset hoc diffinitiuũ. at pati faciliter à causis morbosis, inter alia signa adnumerat: nec alijs id præponit: imo multa existimasset signa validiora hoc ipso. nec vnq̄ ad causas morbosas cõparat in generali rõne sumptas, sed calida exẽpli gratia calidis, frigida frigidis: cum tñ oportuisset hac ratione omnibus morbificis causis talia cõparasse. Respondeo igitur corpora simpliciter talia dici debere, quæ à generatione eadem sunt. differunt tñ sana à sanis, ægra ab ægris, ⁊ neutra à neutris: quia connata intemperies vitiat operationes: aliquas alias omnino augere videtur, quãq̄ nunq̄ perfectiores efficiat. eas etiam quas vitiat non tollit aut corrũpit, velut morbus de nouo superueniens facit: qui vix vestigium illius relinquit. Quin etiam respectu sensus patiẽtis, læsio illa, semper & omnino insensibilis est. qua causa cæcus à natiuitate proculdubio, sanus est vt nunc: nã nisi audiret ex alijs hominibus, cõcessam esse aialibus vidẽdi facultatẽ, nec pro cæcitate doleret, nec existimaret, vidẽdi sensum hominibus conuenire. quod in belluis quę sic nascuntur, perspicuum est. cũq; cæcus febre laborat, ægrotare dicitur: ante igitur sanus erat: at non simpliciter, igitur vt nunc, sanus dicendus est. si etiã illum interroges relicta febre, quomodo se habeat? respondet bene valere: at bene valentia corpora iuxta

Galenum diximus esse quæcunq; sana vt nunc vocant. quæcunq; etiã corpora ob intemperiem à generatione oblæsa & simpliciter, primo artis medicinalis cap. 4. nihil prohibet sana esse vt nunc: quare nec si ab initio statim in cõpositione deficiant. Quinimo ibi Galenus nõ plus de temperatura expressit quã de cõpositione. Galeni autem sñia in libris de morborum causis ac differentijs est quòd morbi sunt duplices, à generatione, & post contracti. qui à generatione contrahuntur ægrum corpus constituunt simpliciter. at hoc nihil prohibet quin sanũ vt nunc dici possit. sicut quod vt nunc ægrum est, simpliciter potest esse sanũ & à generatione. Qui vero amisit oculos, & si non grauius ægrotet quã is qui sine illis natus est, attñ vt nunc æger solũ est. q; in genere leuius est ægrotare morbo vt nunc quàm simpliciter: eo quòd omnis morbus simpliciter, est inemendabilis: omnis aũt vt nunc in genere suo morbus, curationẽ admittit. quãuis contingat aliquos morbos simpliciter curari posse: velut in his qui non perforato ano nascuntur: aut quibus iuncti sunt digiti: vel in quibus sunt vno plures, quã esse debeant. Rursus multi morbi noui curationẽ non admittunt: vt fortis morbus attonitus: brachiũ præcisum: cor vulneratũ: in genere tñ curationem expostulãt. vnde etiã qui minus periti sunt, quandoq; manũ admouent, curãdi causa. Sed intemperies à generatione contracta inemẽdabilis est, vt Galenus cẽset. 6. de tuenda sanitate. quæ vero valida est, vt in fine primi cap. habetur etiã obnitente auxilio medici ante seniũ mortem affert. sed de his alias. non igitur hæc obstant, nec quod qui vt nũc est, aut fermè semper magis lædat: aut quod persæpe periculum vitæ afferat: quin morbus vt nunc solũ dici, non autẽ simpliciter mereatur. At cæcus à natiuitate cum simpliciter sit æger, nõ dicetur vt nunc. nõ quia grauius non sit, esse ægrũ simpliciter quã vt nunc,

ſed quia diuerſa ſunt, vt iam dictũ eſt, genera. Cum autẽ in libro de optima conſtitutione dixit, ſanum illud ad amuſſim toto tempore valere: ob id declarauit, nõ propter id, dici debere tale, ſed ad talem cõſtitutionem hoc ſequi. quod & verum eſt, & nos fatemur. diuerſas etenim conſtitutiones, diuerſæ valitudines conſequuntur: ſed non ab his, qđ tales ſint, rõnem ſumunt. præſertim cum vt diximus generale hoc minime fit. Quod vero ſalubrium & ſanoꝝ differentiam Galenus expreſſerit certũ eſt, & nobis conſentiens: ſed non ob id, qđ ſalubria ſint, quæ ſemper ſana eſſe debeant: dixiſſet enim alterũ ad alterum dici. ſed quod ſalubria ſunt quæ perfectas habent operationes & temperiem ac cõpoſitionem optimam: ſana vero quæ ſolitis poſſunt vti operationibus, quãq̃ non perfectis: & quę temperiẽ ac compoſitionem quam ab initio ſortita ſunt, præter ætates nãm vitiata nõ habent. De his vero determinat, in. 2. huius artis medicinalis libro: cum vt dixi conſiſtentiã naturalem, vix quiſq̃ poſſit immutare: quod & ſi cõtingat, ſigna addidit quibus id dignoſci queat. calidum enim hepar habẽs & nõ à generatione arctas habet venas: latitudo igiť eſt eius, qui tale ab initio illud contraxit. quare de his ſm nãm talibus exiſtentibus, non iam factis loquitur.

Temperatura æqualis an detur. Cõtradictio. 9.



ORPVS temperatum non eſt inuenire, niſi in lõgis tempoꝝ interuallis: libro de optima cõſtitutione cap. 3. & 2. artis medicæ poſuit illius ſigna cap. 2. quæ nulla eſſent prorſus, ſi ipm eſſe nõ poſſet. Quod ſi de latitudine intelligas, frequẽter inueniri poſſet. declarat etiã. 2. de temperamentis primo. & primo de temperamentis cap. vltimo per exemplum aquæ permixtæ, quod de vera, non illi proxima temperie hic loquitur.

Idem se declarauit primo de tuenda sanitate cap.5.cum dixit eam esse momentaneã:at si non esset exquisita,momentanea esse nequiret:sed diuturna etiã foret. Haliabbas etiam sic Galenum interpretatur primo Theoricæ cap.1.iuxta principiũ dicens.& æqualis temperatura,de vere æquali dicitur:cuius distantia ab extremis vna est: & hanc vix est omnino inuenire. Aetius ẽt lib.4.cap.53. & Paulus libro.1.cap.60.signa horũ ponunt. Sed Aetij cõuersio,& si recognita à Cornario sit,cum de capillorum colore agit corrupta est. debet enim legi:Habuerit vero dum puer est capillos flauiores:consistente autẽ ætate fuluiores. flauus enim color remissior est fuluo. Adest aũt ratio ẽt pro Galeno triplex sensus tactus debet esse in medio qualitatũ omnium vt iudex.2.de anima.118.sed homo habet perfectissimũ tactus sensum.2. de aia.94.igitur homo est naturæ temperatæ in medio qualitatũ.& propter hoc dixit Gal.2.de temperamentis primo:quod maxime vola manus talis est: quãuis hoc principali dicto,non parum repugnet.Secundum argumentũ est Galeni primo de temperamentis cap.vltimo: si terra aquæ misceatur, & glacies aquæ feruentissimæ, nonne ex prima mixtione mediũ inter siccum & humidum progignetur?quod aũt tale est,ẽt medium ꝛ æquale ab hominis sensu percipitur & diiudicatur:sensus igitur hominis intemperie exactissima constat.Tertiũ homo habet perfectissimas operationes belluaꝶ comparatione:ipsæ aũt calidiores sunt vt leo & canis: aut frigidiores vt lepus & formica:vel sicciores vt auium rapacium genus,& insectilia:& humidiores vt pisces.cũ igitur homo in quodã medio consistat,verisimile est mediũ illud ad amussim obtinere debere. At in oppositũ Auicẽna prima primi doc.3.cap.1.Medicus debet physico credere,in his quæ ab illo accipit.ꝛ hoc est quòd nõ datur temperatura æqualis vera,sed solũ ſm iustitiam:

idest homini maxime conueniens pro suis operationibus.&.12.de aialibus cap.1.temperatū quod medici contemplantur,nō est vere temperatum,sed pro operationibus conueniens.& forsitan quod hominis temperatura est proxima valde illi vero tēperamento.deinde subiungit:& quāuis hæc non sit vera æqualitas,raro tñ reperitur.& nō nisi in ætate quæ est consistentiæ. & in cute solum.& cutis adhuc temperatior pars, est quæ in manus vola.& huius adhuc index digitus.atq; huius iterū summæ partis cutis optimū tenet temperamentū. Idem ferme.2.de anima cap.3.iuxta finē. Et quod magis mirū est Auer.2 collectaneoꝝ cap.1.inquit & error quē fecit Galenus in ponendo temperaturam æqualem est paruus: ideo de hoc nihil volumus addere ad id qđ ille dixit.& concedit quòd cutis volæ manus, maxime digitorū est æqualis intemperie elementorū, saltem quo ad sensum. ostendere aūt nititur Auer.nō dari æquale intemperie, qđ ex elementis constet. & ad hoc adducit tres rōnes: ⁊ quartā nos homini peculiarē adijciemus.prima est & secunda primo cœli.7.si daretur temperatū æquale,quiesceret in quolibet elemento:& etiā inter duo elementa, quæ sunt aer ⁊ aqua:sed tale nō datur,igitur,nec æqualibus elementis cōstans.sequela secundi est manifesta:qꝛ nō esset graue, nec leue:& ignis ⁊ aer tantum traherent sursum,quātum aqua ⁊ terra deorsum.Sed prima sequela,fundata est sup hoc:quòd forma mixti est forma elementi prædominantis si sit inanime mixtum.4.meteororum in cōmento magno, qđ est ante initium libri:in primo enim folio dixit, ꝙ cum qualitas actiua prædominans in mixto,continet passiuas, & illis dominatur, mixtum manet,nec corrūpitur:⁊ post iuxta finem dixit: quod in habentibus partes quæ sunt instrumenta,& innuit viuentia omnia.2.de anima.6.forma illoꝝ, est alia à forma temperaturę.& iam vt dixi declarauerat qđ for

ma tēperaturæ cuiuslibet mixti, est elementū prædominans, vel ab illo. ex quo patet, quod omnium similariū partiū animalis, formæ, & etiā mixtoꝝ non viuentium, sunt ab elemento prædomināte illis. Ex hoc habet fundamentū vltimum quòd in omni aīali calor prædominatur: nam animalia sunt calidiora mixtis reliquis: ⁊ iā in omni mixto dicebat Auer. ibi, calor dominatur, non frigiditas. idem de humido. quo fit vt omne animal ad calidum & humidū declinet. Ideo dicebat Auer. 5. collectaneoꝝ cap. 24. post mediū omnia quę viuunt seu plantæ seu animalia calorē habent prædominantem. ⁊ animalium calor est maior his quę nascūtur ex terra, & ob id nō inuenitur ex terra ortis calidū actu vt in animalibus. & ideo dubitauit quomodo possint animalia esse pro cibis homini: & multo minus plantę cum sint frigidiores. Sed in cap. 30. eiusdē. 5. libri ante mediū dixit qđ sanguinea aīalia sunt calidiora ⁊ humidiora nō habentibus sanguinem. quare patet quòd homo nō leuiter, vt dixerunt iam Princeps ⁊ Auer. sed multū ab æqualitate temperātiæ remouetur versus calidū & humidum. multo minus temperatū dici poterit. Adiuuat hoc qđ dicitur. 2. de partibus cap. 7. homo calidissimū & humidissimum habet cor, ac pulmonē: atq; ideo crescit solus inter animantia erectus. ⁊ similem videtur pro longitudine vitę causam assignare Philosophus libro de longitudine & breuitate vitę cap. 2. ꝙ scilicet sit calidissimus ac humidissimus inter aīalia. Tertia vero ratio ab Auer. sumitur. 4 meteoroꝝ. 10. & . 10. primæ philosophię. 23. ⁊ est in oī generatione oportet esse aliquid qđ misceat & agat: q: ab æqualibus in virtute, & si actio in via Auer. detur, non tñ mixtio: cum necesse sit adesse motorē. igitur in quolibet mixto prędominatur aliquod elementum. & ideo dixit. 2. de generatione. 48. qđ Galenus posuit temperaturā æqualem: & quod ipse demonstrauit

in.4.meteorom quod non datur. Sed dicet forsan aliqs ad secundam rõnem, qđ oleum & lignũ quiescunt inter elementũ aquæ & aeris. dico quòd oleum quiescit super aquam non rõne loci sed quia nõ potest descendere ob aquæ grauitatẽ. & non videtur quod sit adeò remotus à leuitate aeris, sicut ab aquæ grauitate. q: totus cõsistit in loco aeris. & etiam non põt esse medius inter siccum & humidũ: cum sit humidum fermè vt aqua. Sed ligna omnia sunt grauia & magis participãt terra & aqua: qđ quasi videt fateri Philosophus. 2. de generatione & corruptione sc3 & experimentum simul respondet rõni & rem declarat: nã si à ligno pars aeris quæ inter illius cauitates continet excludatur, in profundũ mergeretur lignum. ob idq; Buxus & Ebenus sm Philosophũ & Guaiacanum aquæ immerguntur. Sed vt video Auicennæ opinio & Auerrois absona longe magis est, Galeni opinione. si enim hominis natura temperata nõ est, temperamento aũt maxime proxima, fiet vt aliqua temperatura imo plurimæ, perfectissima illa hominis, sint temperatiores. nã quæcunq3 temperaturæ mediæ essent inter optimã hominis & mediã ex elementis, quas necesse est non paucas esse, etiam sm speciem, temperamentis à medio sensim recedẽtibus, optima illa erunt tẽperatiores. atq; vt video in Conciliatoris argumentũ incidemus: vt melancholia sit optima temperatura æqualitati proximior. hac de causa ille differentia. 20. coactus est post multa fateri aliud ab opinione: & eo qđ in. 18. differentia affirmauerat. & ideo dixit: quòd tale corpus recedẽs à iusto & perfectissimo ad æquale, nõ est melancholicũ: sed temperatius primo & perfectissimo. sed qđ tale corpus est momentaneũ: q: non potest in illa temperie diu permanere, & ꝙ nunq̃ tñ ad exactam æqualitatem accedere põt. Et quis non videt quòd hæ sunt meræ nugæ? eteni si temperãtia ęqualis elementorum, in medio est fer-

mę latitudinis humanæ temperaturæ,par eſt proculdu bio,vt illi tanq̄ pfectiſſimæ aſſignemus naturæ humanæ temperiem abſolutiſſimā:& operationes abſolutiſſimas in illa eſſe cēſeamus. addit vero ibi de Chriſto multa non ſolum impia ſed abſurda. & dum Philoſophum agit more quorundā,qui optimum argumentum exiſtimant Philoſophi impietatē,& in leges iacta probra: & medici maledicere de Arabibus,cum hi Galenum ſolo nomine ſalutauerint,illi vero in lege quidē ſuperſtitioſi; in philoſophia aūt inanes ſint & fatui. nam Philoſophus nō hæc acta diceret vt poſtmodū in cauſas reducerēt naturales quemadmodū Conciliator & Pomponatius facere nituntur fabuloſis abſurdiſſimisq; imaginationibus:ſed ab ipſo Philoſopho edocti ⁊ Auerroe tum Aphrodiſeo cæterisq; peripateticis qui non cum nugis Platonicoꝝ,non dico Platonis(nā hic minime eſt ſuperſtitioſus)conſenſerunt:negandū eſt ſimpliciter acta eſſe quæ dicuntur. vt.2.primæ philoſophiæ inquit Philoſophus, & in diſputationibus Auerroes, & Aphrodiſeus in libro de fato.fabulas enim hæc nuncupant. at hos lōge magis pios illis eſſe conſtat:quòd ſaltem veris miraculis fidem non ſubtrahunt. nec Chriſtum faciunt, aut Moſem impoſtores.Sed hæc extra aleam,de re ipſa dicēdum eſt.Sed tñ ſic vt primo videamus cur corpora hominum in aqua mergantur dum viuunt? ⁊ à morte ipſi aquæ ſupernatent? cum tñ poſt mortē grauius cadauer efficiatur:aqua impletis partibus quæ dum homo viueret aere implebantur.nā ſi corpus humanū temperamēto proximum eſſet tum maxime aqua reſiſtente non parum,tum aere in pectoris cauitate contento atq; etiam arterijs,dū homo viuit mergi in aqua nō deberet.Itaq; non protinus emergunt ſed cum cōputruerint:indicio eſt qđ prætumida ſunt cadauera omnia cū ſupernatant, quæ aūt putreſcunt calorem habent prædominantē vt

inquit

inquit Auer.4.meteorop in cōmento magno folio primo.rara igitur tunc fiunt & leuia animalium corpora, impléturq; aqua & flatu,ob idq; non amplius subsidét. emergunt aũt viuentia omnia antequã suffocentur, bis aut ter ad aquæ superficié,tum homines ni præpediantur.vt in gurgitibus accidere solet,aut ob vestes.hoc autem ob aerem contentum in thorace contigit. quare si ad molem spectemus hominis corpus plus habet grauium elementorũ quàm leuium.Quãuis non vna horum sit ratio: nã Aristoteles refert.23.problematũ.26. salsam aquam vino supernatare, cum tñ grauior sit dulci,cui quotidie videre possumus vinũ superesse. & plũbum sub eadem superficie aquæ immergitur, cui lignũ maioris ponderis nec latius innatat. Attamen si ratio Auer.vera est,oporteret hominẽ naturaliter dum viuit aquæ supernatare.simililer iuxta Galeni sententiã si vera sunt Philosophop fundamenta. Aequalia igitur elementa in mixto tribus modis dicere possumus.aut magnitudine velut si pugillus aquę ignis pugillo immisceretur.aut sub eadem materiæ quantitate:nã vt exemplo ostendit Philosophus.2.de generatione.37.aqua multiplicatur dum in aeré vertitur:si igitur ex pugillo aquæ fiant duodecim aeris, cum aliquid cõponetur ex aquæ parte vna,& duodecuplo aeris, æqualiter cõstare dicet ex his elemẽtis. Tertio cum sub eisdem viribus:sed hoc non vno modo:nãq; aquari possunt calor &frigus,nõ tñ leuia in eo grauiaq;. ac rursus grauia & leuia, non autem calor ac frigus,siccum & humidum. vidétur igitur argumenta Auer.hoc vnum præsupponere,quod omnino falsum est,æqualia in calido ac frigido, ęqualia sunt in graui leuiq;.ad hoc prorsus falsum est.Rursus nõ video quomodo Galenus statuere possit hominẽ temperatum. nã cum cutim volę talem vt diximus cõstituat, partes aũt omnes internę calidiores sint non parũ cutę

manus,os,gula,ventriculus,cor,iecur,cerebrum ipsum quod frigidissimum iuxta omnes inter membra fermè existimatur: vt in.6.libro declaratur: necesse videt corpus humanum calidis ac frigidis non æqualiter permisceri.neq; iudiciū ad id ferre possumus cum magna caloris vis,iuxta Philosophi sniam,cœlestis sit non elemētaris.postq; igitur nihil firmū habemus,nec ex sensuum consensu,nec ex rōne,par est vt omnino,Galeni sententiam tueamur. tū maxime quòd Philosophi verba.2.de partibus cap.7.iuxta finem ad id tendere videantur.inquit enim cerebrū ob hoc constitutum frigidissimum, qđ cor & pulmo sint calidissima.quáobrem temperiem dilexisse videtur. Auer. aūt argumenta præter qđ nihil concludant, supponēte illo quæ vera haud sunt de cute omnino nihil probant. cuius temperies innato calore & influente conflatur.ipsa vero auulsa temperamentum amittit: annexa aūt Auer. experimēto minime subiacet. cum nec descendere nec stare, nisi ad arbitrium manus cui annexa est,possit.Solum igitur modus huius temperamēti requiratur,nam prima ratio pro Galeni sententia haud inualida est. nisi sensus humanus de his recte diiudicet,fateri etiam cogimur, nec de ipsis vllam scientiam haberi posse. Dico igitur continentia ipsa carnes, ossa,neruos,venas,neruosa,membranas,cartilagines,ligamenta & pinguedinem simul sumpta,declinare ad frigidum & siccum: sed eo minus quo moles horū maior est,contentis. contenta aūt sunt calidioris & humidioris temperamenti: & hoc voluit Philosophus.2.de parti bus loco adducto.hęc oīa simul iuncta æquale mixtum in omnibus reddunt.cauitates ipsę calidiores omnes & humidiores quàm par sit os, venter, pectus, cerebrum, at solida frigidiora: cutis vero manus,absolutissimum medium obtinet,finis causa vt percipere possit qualitates,& formæ q; tantū recipit de calore influente,quan-

tum illi eſt neceſſarium ad temperamentū medium. ob id etiam intemperatorum leuiter, tactus eſt abſolutiſſimus. temperatorum aūt certus. Cætera enim mēbra vel ob propinquitatem nimis inflammātur: vel ob cauitatē nimium replentur ſanguine: vel ob ſoliditatē ab eo deſtituūtur. relinquitur igitur vt ſola cutis temperata eſſe poſſit. Quodcunq; aūt corpus æqualem in cute habet temperiem temperatum eſt. quod aūt in vna tātum parte, nō eſt omnino temperatum. ſed per æquales receſſus vtrinq; velut calidioris cordis & frigidioris iecoris tēperati falſam quandam præbet imaginē. Cerebrum aūt ob multitudinē arteriarum, quoniam in eo neceſſario oportebat gigni ſpiritum animalem, tum ob ſubſtantię mollitiem, calidum non leuiter euaſit: quāuis ſuapte natura ſit frigidiſſimum. atq; eo modo calori cordis contra opponitur. At vero non ſuſtinetur humanum corpus in aqua dum viuit homo propter tria: primū quod aqua hæc leuior eſt pura & ob id non tm̄ reſiſtit. indicio eſt quod frigidiſſima nō eſt. Secundum quod mouetur, & fluctuat: & ob id etiā rapit motu ſuo. nā & partes inuicem aquæ hoc modo merguntur, alijs ſupra emergentibus. quare maxime periclitantur homines in aquis inæqualiter currentibus: ſemper aūt iuxta vertices: minime aūt in quietis. minus etiā in his quæ recto alueo, ſenſim fluunt: nā motus qui non rapit ſuſtinet. Tertium eſt quòd non recte aquæ ſuperſtamus: vidi aūt puerum è familiaribus qui adeò bene aquæ ſe ſuperextendebat, vt diu ſine motu ſuſtinerēt reſupinus. Sed hæc nos non fatigant qui tenemus ęqualitatē intemperie qualitatum eſſe poſſe, corpore tn̄ plus habente de grauitate quā leuitate. Quod vero dictum eſt de animalibus ex collectaneis ad carnes non ad reliquas partes refertur. Quę vero ex meteoris adducuntur, reſpōdemus calore cœleſte adiuuante, elementarem in generatione ſuperare fri-

giditatem.nam ſnia Philoſophi clara eſt.2.de generatione animalium.3.ad viuentium geniturã, cœleſtem calorem cõcurrere.in reliquis mixtis nihil ꝓhibet dominari calorem in generante, non aũt in eo quod gignitur.

Corpus humanum an medicinæ ſubiectum?

Contradictio. 10.


MEDICINA tractat de corpore humano,vt ſanatur vel à ſanitate remouetur. ex quo colligitur quòd medicinę ſubiectum ſit corpus humanũ,vt ſanitati & ægritudini ſubijcitur: prima primi cap.2.de medicinæ ſubiectis. & ſic exponit̃ à Gentili ibi:ſic Dinus cenſet:ſic Conciliator etiã tenet in differentia.6.pro hoc ẽt adduco rõnes q: ſanitas non poteſt eſſe ſubiectum neq; ſynonymum, neq; paronymum, igitur nullo modo. nam ſi ſynonymum non extendetur nec ad cauſas, nec ad ſigna:quia hæc ad corpora referuntur, nec paronymum,quia ſic erit de ſanis ægris & neutris:nam hæc ad ſanitatem dicũtur vt primo Techni.2.igitur cum ſcientiæ ſecentur vt res.3.de anima.38.erunt tres ſcientiæ medicinæ. Auerroes etiã primo collectaneoꝝ.1.artes practicæ tria continent. Primum eſt ſcire loca ſuoꝝ ſubiectorum. Secundum eſt ſcire finem quæſitum ad ducendum ipſum in loca ſui ſubiecti.Tertium ſcire media quibus inducitur finis in loca ſubiecti. ſi igitur ſanitas eſt ſubiectum, ſubiectũ inducetur in ſubiectum & infinita alia vt liquidò apparet ſequuntur inconuenientia. eſt ẽt illud manifeſtũ ex.2.de anima.27.quod artifex ſupponit ſuum ſubiectum:deinde diuidit illud per genera & partes ac ſpecies:ſed nos nõ inuenimus quòd Galenus diuiſerit ſanitatẽ in partes, eo modo quo corpus humanũ, vt in humores,elementa,temperaturas,membra ſimilia & inſtrumentalia, deniq; in totam illam diſſectionem.

quare corpus humanũ erit verum subiectum. Auer.etiã in paraphrasi primæ philosophię dat distinctioné modi cõsiderandi Philosophi naturalis & super naturalis: hic enim considerat formã ꝛ finem inquit: ille efficientem & materiã. liquet aũt medici considerationem esse naturalem: quare non considerabit de fine suo,tanq̃ de subiecto,quare non de sanitate quę est finis medici, primo ethicoꝝ.1. Dicebat etiam Philosophus primo posterioꝝ.25. q̃ scientia tria considerat,affectus,subiectum, principia: sed de corpore humano affectus ostendit medicus: quia sanitas ꝛ morbus sunt corporis affectus, libro de symptomatũ differẽtijs cap.1.iuxta mediũ: quare sanitas non potest esse subiectum. finis etiã ꝛ materia non coincidunt sed diuersa sunt.2.phy.23.sed sanitas est finis medici,vel saltẽ eius adeptio lib. de sectis cap.1.igitur sanitas nõ est subiectum. Nec etiã video quõ sanitas vel sanũ possint esse subiectum: nã non adæquatum quia medicus etiam cõsiderat de morituris quo ad prædictionem: ꝛ si non quo ad curã,nisi vt iam dictum est. nec potest esse principale: qm̃ etiam de belluarũ sanitate consideraret.nec cõmune: nam etiã de ægris considerat: quare nullo modo subiectũ dici meretur. Galenus etiã in introductorio medicoꝝ cap.6.reprobat eos qui dicebant,q̃ medicina est scientia sanitatis conseruatrix & morborum repultrix, dicens diffinitio est per ea quæ semper insunt,sed non semper medicina hoc consequitur, sed aliquando frustratur: igitur si sanitas esset medicinę subiectum, aliquando scientia esset absq; suo subiecto, quod esse nõ potest. At in oppositũ videtur esse sñia Galeni in de partibus artis medicę cap.8.vbi dicit quòd sicut proprium subiectũ in philosophia naturali est generatio,remotum aũt corpus generabile: sic in medicina propriũ & propinquum est,dispositio corporis,remotum aũt corpus humanum.Sumũtur etiam rões: nam

corpus humanum est pars subiecti philosophiæ naturalis, vt ibi ait Galenus, igitur rõne subiecti nõ distinguetur ab alijs scientijs medicina. Alia ratio est quòd tota ars potest per solam experientiam tradi, sine subiecti hominis cognitione, vel corporis causis, aut partibus: vt in introductorio cap. enim. 2. declarat quòd medicina tota potest solo experimento tradi: & dat exemplum de barbaris in. 3. autẽ cap. declarat quod cum rõnalis quatuor rebus innitatur, in naturæ, causarum, signoꝝ, & curæ cognitione, solum empiricus considerat symptomata: & negligit naturam & causas. in cura vero procedit: vel per historiã, vel per similitudinem auxilioꝝ, vel per contrarietatẽ. Idem clarius lib. de subfiguratione empirica cap. vltimo. vbi dicit. hic igitur libellus à me ꝓpterea scriptus est, vt ostenderem aliquẽ empirice medendi artem posse cõstituere: dimissa omnino inquisitione de rei substantia, quãuis multũ difficile sit hoc ad assequendum. item. 3. artis curatiuæ cap. 2. Empiricus solũ coarguitur quòd nesciat inuentoꝝ reddere rõnem. 3, etiã de crisi cap. 8. monetur medicus, vt credat inuentis solum, rõnem non quærẽdo. si igitur cognitio humani corporis, ⁊ causarum eius necessaria nõ est, sed sanitatis tantũ, scientia aũt ⁊ ars, non possunt sine sui subiecti cognitione consistere, manifestũ est corpus humanum non posse esse medicinę subiectum. Propterea Thadęus Florentinus dixit quòd subiectũ in medicina est triplex. considerationis, finis, & reductionis: velut etiã in metaphysica. nam ibi subiectũ considerationis seu prædicationis vt ipse dicit est ens. de omni enim ente considerat. subiectũ aũt finis est Deus. reductionis, autẽ substantia. vt enim omnia ad substantiã reducuntur: sic etiam omnia propter primam causam considerantur. igitur in medicina cõsiderationis subiectum res est omnis medica: ac regula quę ad illã artem spectat. finis autẽ sanitas: reductio-

nis vero humanũ corpus. Sed omiſſo exẽplo metaphy- ficæ,dico quòd nos debemus diſtinguere,& quęrere ve rum ſubiectum.nã Deus non de ente demonſtratur nec de ſubſtantia, ſed ſanitas de corpore demõſtrari poteſt. vnde qui hoc dicunt,affectum ſeu paſſionem auferunt: conduplicantq́, ſubiectũ abſq; neceſſitate. Conciliator differentia.6.quatuor finxit cõditiones ſubiecti:ſed pro priũ ſubiecti eſt vt de eo præcognoſcatur quid & quia eſt. tum quòd oĩa in illa ſcientia conſiderata ad ipſum ſeu eius affectum reducãtur. Vltimo qđ de eo proprius quidã affectus demonſtretur,per quẽ ab omnibus alijs ſui generis habitus ille intellectus diſtinguatur.in puris tñ artibus vt ſolum doceatur ſufficit. proprium aũt di- co affectũ quarto modo.Homo igitur veriſſimũ ſubie- ctum eſt medicinæ.nec vt corpus tantũ,nãq; & de ani- mi affectibus & operationibus conſiderat. ſed ſi malis corpus humanũ dicere non prohibeo:modo ne iungas ſanabile vel ægrotabile,nã hæc iam ad affectum, nõ ad ſubiectũ pertinent.ad oppoſita autẽ argumenta rñdeo: quòd & ſi Galeni liber ille ſit:nihil plus vult eo in loco Gal.quã quòd, ſi medicina ſit per partes diuidenda, nõ ex rõne ſubiecti corporis humani, cum ſubiectum id ſit cõmune Philoſopho,ſed addito affectu proprio, tanq̃ propinquo ſubiecto,non artis inquam aut ſcientiæ,ſed eius à quo ratio diuidẽdi ſumi debeat, cõmodiſſime di uiſionem illã ineamus. Id vero nõ pro incõuenienti ha bemus,quòd de eodẽ tractet Philoſophus ac medicus: ſed tñ diuerſa rõne,non ſanitatis tantum vel morbi, nã & hæc Philoſophus conſiderat naturalis, ſed ex modo cõſiderandi.eſt aũt hic quadruplex.primus qđ phyſicus generaliter,medicus p ſpecies vſq; ad extrema, diuidit. Naturalis vt à ſola natura proficiſcuntur,medicus vt à natura artis beneficio adiuuanda, aut non adiuuanda. Naturalis ægrum aliud cẽſet eſſe à medico, vt pote ge-

neralius quoddam, atq; cõmunius, cum in eo neutrum claudat. medicus alterum ab altero seiungat. Naturalis etiã omnis corporis viuentis sanitatem intuetur, homi nis solius medicus. Deniq; quintum discrimen adijcere liceat: naturalis sanitatem & ægritudinem ex equo con templatur, medicus aũt propter sanitatẽ plerunq; con siderat morbũ. nequaq; aũt propter illius naturam. est vero considerandũ an etiam ob vitæ longitudinẽ, me dicus nulla habita sanitatis rõne aliquid consideret? & an daturus sit viperas in cibo, ad senium protrahẽdum etiã si lædant accipientem. vt in hoc casu, potior sit ali qua ei cura, quã valitudinis. cum autem, dixit Philoso phus, secari scientias iuxta subiectas res, intelligit quæ sub eadem rõne considerant: sic vt alias distinguant res ipsæ, & quibus res vnæ sunt varia considerãdi ratio. ad aliud dico quæcũq; de corpore humano dicta sunt, sa nitati ne subiectũ esse possit, tum etiam sano repugnare longe magis. quare nihil plus ibi Galenus voluit, quàm quòd ars medica, non scientia, absq; rõnibus demõstra tiuis, non absq; cognitione corporis humani tradi po test. qđ seriem locoꝝ inspicienti liquido constat. quare duplex fallacia fit. Ad Principis autoritatem, respõdeo illum explicasse non solũ subiectum, sed subiecti rõnem principalẽ quæ est affectus ꝓprius. Sed est difficultas ex Galeni verbis primo artis medicę cap. 3. vbi dicit ꝙ me dicina nõ est omniũ, si aũt homo esset subiectũ, vel cor pus humanũ, esset medicina omnium corpoꝝ. item me dicus nõ considerat sanitatem momẽtaneam, primo de tuenda sanitate cap. 5. rñdeo prima authoritas à paucis bene intelligit. nam Galenus vult ibi solũ declarare ꝙ medicina non est singularium: q: nec omniũ, sunt enim infinita: nec paucoꝝ, q: inartificiosum. Sed est de oibus speciebus, sanoꝝ, ęgrorum & neutroꝝ. & ideo non valet est de homine vt homo, igit de singularibus per se sum-

ptis. quauis in genere valeat, igit de omni homine. ad aliud rñdeo, qd homo habés sanitaté momentaneá, est de cósideratione medici: aliter nullus esset homo, de cõsideratione medici vt patet: nã fm sniam Galeni oés homines, imo oia, sunt in perpetuo fluxu. dispositio tñ fm quã quilibet est, cũ non sit pceptibilis à sensu, est remota à cósideratione medici: q: medicus est artifex sensibilis, vt dici solet. & hoc pauci aut nulli pcipiunt cur sic dicatur. oés enim artifices, qui cũ hoc ét sunt sciétes, vt musici & Geometræ ét pcipiunt ré prout est, ꝛ indiuisibile q: tale indiuisibile puta diapason, pót esse firmũ & nó fluens. q: nó est in mã gñabili, & corruptibili vt sic. ille ét Astrologus qui cósiderat luminariũ coniunctionem, quæ est momẽtanea, quãuis nó maneat, considerat tñ, q: nihil vult operari circa illã. cum igit medicus sit sciens, & nó purus artifex, & habeat operari circa subiectum suũ, ꝛ subiectũ non cõstet vnq̃ sub vno affectu ppter mãm: cogit medicus solus inter oés scientes diiudicare ex sensu, nó ex rei veritate. & ob hoc sensibilis artifex, cum tamen oés artifices sensibiles sint principaliter nũcupari. At exéplum de homine qũo nãlis sit subiectũ scientiæ simul ac medicinæ ex mundo accipe. hic enim est subiectum nãlis Philosophi & Astrologi nó autem cœlum vt quidã putant. sed hos distinguit ratio considerandi. Vnde eodem modo Philosophus nãlis etiam à primo Philosopho rõne considerationis separatur.

Olera an facilis concoctionis. Contradictio. II.




VOD autem & pani, & multo magis lactucæ & betæ, multa transmutatio requiratur, quo sanguis fiat omnibus patere arbitror. primo de naturalibus facultatibus cap. 10. ostenderat aũt rationem: qm̃ oportebat coloré ac substantiam sanguini similem fieri. por-

ro sanguis rubeus & substátia crassior lactuca esse videtur. ná sanguis vt ibi dicit carni proximus valde est, nisi quod illa concreta est. lactucam autẽ Galenus. 2. de alimentis cap. de lactuca oleribus alijs prætulit cũ inquit, Sciendum aũt quòd cum omnia olera sanguinẽ paucissimum gignant & praui succi: lactucam non multũ qui dẽ generare, neq3 mali succi, sed neq3 omnino laudabilis. oliuas vero duriores substantia esse cõstat: magisq; à sanguinis natura remotas quã lactucam, & tñ in. 6. de tuenda sanitate inquit: quod ⁊ alias recitauimus. Quibusdã solo pane vesci absq3 obsonio nõ placet: sed cum palmulis, oliuis, melle, aut sale sumunt. Sit autẽ cuiusq3 modus qui decima hora concoctus esse possit. iusserat aũt vt quarta hora cibũ hunc sumerent. igitur in sex horis sperat palmulas & oliuas cum pane sumptas confici posse. difficiles aũt palmulas concoctu. 2. de alimẽtis peculiari quadam noxa dixit. quo fit vt tripliciter hic sibi non constare videatur. nam primo palmulas concedit, difficiles concoctu in tam breui temporis spatio absoluendas. Carnem aũt prohibet, quam videtur facilẽ proposuisse vt diximus ex primo facultatũ naturalium. Secundo olera improbat. sed tñ cum leuiora sint, cur non exhibet magis quã palmulas, quas dixit dolorẽ capitis ⁊ obstructionẽ iecoris concitare? nec est quòd dicas illum alienũ non proprium morẽ recensere: nam vtrũq3 probat: sed proprium tñ vt meliorẽ præponit. Tertio lactuca videtur esse ẽm frigiditatẽ fontanæ aquæ. 6. de simplicibus medicamentis. & in eodẽ mitiorem ac tepidiorem frigiditatẽ attriplici inesse ostendit: nam in primo gradu ac sub leui tẽperie ipsum cõstituit: remotior igitur à sanguinis nã est lactuca quã attriplex, ⁊ tñ meliorem gignit sanguinẽ, vt declarauimus, quã attriplex. & facilius concoquitur cap. de attriplice. 2. de alimẽtis. nam lactuca estur tam cocta q̃ cruda: attriplex crudũ

omnino inutile. perit igitur ratio illa à Galeno scripta in primo de facultatibus naturalibus. Præterea nunc qđ de turbatione dici solet primo regim. acutorum. 18. vbi nihil magis cócoctioni obsistere creditur. cum lactuca nihil tale habeat. 2. de alimentis cap. proprio. neq; enim aluum aut sistit aut lenit. illud mirũ cur. 5. de tuenda sanitate vbi de regimine senum loquitur exemplum etiã adducés Antiochi medici; & Telephi Grammatici: & . 2. de alimẽtis cap. de oliuis quomodo laudet hæc ante cibum, quæ proritare habẽt aluum: exhibens ex garo oliuas quæ sunt proculdubio concoctu difficiles. & primo regim. acutoℽ. 18. illos maxime improbet qui ius & garum cum oleo cerebro miscent. nam hæc turbant & có-coctionem impediunt inquit, cogentia descendere quæ sunt difficilia concoctu, quale cerebrũ est. Hæc sunt difficiliora forsan, quã quis putet. Sciendum tñ aliquid dici difficilius vel respectu primæ coctionis, vel pluriũ. velut caro in prima coctione nó admodum est difficilis, vt diximus in cõtradictione. 7. tractatus. 5. & sic hoc modo lactuca carne difficilius concoquitur. quia tñ longe plus alimenti resecatur ex carne quã ex lactuca, ideo in secunda & tertia coctione, caro plus exhibet negotij, quàm lactuca. hac igitur rõne cum omnia olera parum nutriant vt declaratũ est, omnia sunt facilioris coctionis quã caro vel panis. nisi si quid obstet propriũ vt in radicibus durities: in vrtica vis agrestis, & male tractabilis: in aleo immodica caliditas, in melongena fungosa substantia: in ebulo odor prauus. olera igitur vt brassica, blitum, lactuca, attriplex, & talia leuius concoquuntur, quàm panis caro'ue. nec discrimen latet, aut mediocre in hoc est. Gal. autẽ primo de facultatibus naturalibus solum rõnem substãtiæ declarauit. vnde si quis tantum lactucarum comederet, quòd sanguis ex ea prodiret tantus, quantus ex dimidia carnis libra, tunc non

solum lactucę illæ difficilius concoquerētur, quàm caro illa, sed etiā strenue offenderent hominem. De temperamento vero lactuca minus concoctioni apta est, quā attriplex rōne frigiditatis: non aūt humidi, nec substantiæ. nam attriplex humidum in secundo habet temperamentum: substantiamq; duriorē: lactuca vero friabilis ac mollior. si tñ senescat, affligit grauius ventriculum, quā attriplex ob immodicā intemperiem. Consiliū vero in. 6. de tuenda sanitate est, vt non cibi leues sumanť, sed qui parum nutriant: quia periculū est de obstructione iecoris, potius quàm de ventriculo. vnde periculum exercitij maius est ob secundā quàm ob primam concoctionē. secundum est vt quæ sumuntur non descendant faciliter ob hoc, nec mel, nec palmulæ, nec oliuæ, si sine garo sumantur, disconueniunt. neq; enim descenduut, nec multū nutriunt. deteriores tñ palmulæ ex his cibus sunt: tum oliuæ si ex garo sumantur. Pessimū omnium si potus adiungatur magnus, nam paruus quandoq; est necessarius vt cibus dissoluatur. & quāuis grauis nexa ex multo potu præsens accedat: si tñ absint nutrientia copiose, non multum iecur periclitabitur obstructionibus. Sed olera & quæ aluum proritare possunt, conueniunt ante cibum si parum potus aut nihil, nihil nutriens, panis parum adijcias. nam sic detrimentum primæ coctionis in ventriculo intestinorum vis & ipsa concoctrix supplebit. his rationibus, non conniuentibus oculis, intendere opus est: & subtili intellectu. nam fermē ausim antiquos dicere, nō plene illas assecutos. cum tñ maxima bonæ valitudinis tuendæ ratio, ex hac contradictione pendeat. sed & si quis proritantibus, aluum in totū abstineat, non parū ad vitæ longitudinem cōfert.

Materia quæ concoquitur an necessario in alimentum transeatur? Contradictio. 2.


CIO quàm multos torquebit Telephi Grãmatici exemplum, qui olera esitabat ante carnes: & quod Galenus præceperit absq; discrimine, vt mollientibus aluum ante cibũ vtantur senes. & quod. 2. de alimentis cap. 22. docuerit ét maluas cum garo & oleo à Rhetore, ante carnem ét suillam sumi solitas: & quòd Auicenæ hoc sit etiã præceptum. Verum nos optimã docuimus institutionem quæ proxima illi est, nunc dicetur. nã in quibus cibi è ventriculo nõ facile exeunt, tum maxime si quies subsequatur tales etiã cum nutrientibus, quæ turbant, leuiter accipere possunt. vnde in cœna etiã magis. quædã autem mouẽt simul ac astringunt vt oliuæ nõ admodum maturæ. & harũ vsus forsan non periculosus. quippe qui ad coctionem & moram astringentẽ vim obtineat. vbi in excrementa abierit, salsedine gari expultricẽ proritat. Rhetoris tñ regimen haud probandũ est: sed & vt videtur male prospera vtebatur valitudine. Verum patefacta veritate ad alia potius trãseundum erit. Galenus in medicinali arte lib. 3. cap. 6. inquit coctio est quæ putredinem finit, manente substantia. loquitur autẽ ibi de coctione materię febris: quãuis omnes transtulerint alterationẽ, quæ certe aliquid communius coctione continet. Galenus iterum in primo de differẽtijs feb. cap. 6. dixit: Species putredinis esse innumerabiles: genera aũt tum in febribus: tum in phlegmonibus tria. Primum cum natura euincit putredinẽ, fitq; pus in phlegmone, vel humor in vrinis subsidens, nam talis inquit humor nõ absolute putridus est, sed vim aliquam continet coctionis. In secundo aũt dicit genere sunt, cum vis coquendi adeo imbecillis facta est, vt nullam in putrescẽte humore ad benignũ faciat transmutationem. inde subiungit de primo genere loquens: altera aũt putrefactio, quam & coctionem esse diximus. Sed tertium genus est cũ semipu-

tridus humor est: nã tunc ad integritatem pro magna parte saltem reduci potest: vt secunda apho℞. com.17. iuxta finem ex his liquet coctionem aliud esse omnino à nutritione. Philosophus quoq; in.4.meteororum.17. inquit. Alijs ad quandã subiectam formam contendit: vbi scilicet humor, qui torrebat aut elixabatur vel putrescebat, vel alio modo incalescebat, talis tantusq; eua sit. Tunc enim vtilis est, & concoctionẽ recepisse dicit, vt mustum, & quæ in tuberculis collecta sunt, cum ad suppuratiõnẽ peruenere: & lachrymæ in sordes in oculis obortæ sunt. & cætera simili modo. Hoc aũt omnibus obtingit, cum materies, atq; humor ipse victus fuerit. Hęc aũt est, quæ in ipsa caliditate, quæ in ipsa natura est, definiri solet. nam hoc tandiu natura est, dum in ea ratio ipsa insit. Quocirca & eiusmodi, & vrinæ, & alui sedimenta, & omnino corporis excremẽta, sanitatis indicia sunt. & concocta dicuntur, quòd humorem, à calore vinci significent. Superius autẽ declarauerat, finem coctionis cibi esse nutritionẽ. hic vero quòd alius sit finis huius coctionis, alia forma. Auerroes vero in cõmento dixit: & hæc concoctio fit, quãdo nulla pars eius q̃ concoquitur, apta est transire in id quod eam concoquit. Ex hoc igitur patet quòd aliud est genus coctiõis quàm alentis: aliusq; finis quam assimilatio. Nec obstat quòd Aristoteles definierit in principio cap. coctionẽ sic. Concoctio quidem igitur perfectio est, à naturali & proprio calore, ex oppositis passiuis. q̃ Alexander.14. q̃one tertij naturalium quæstionum sic explicat: quòd sit perfectio acquisita in passiuis oppositis, à proprio calore. Nam hanc diuisit postmodũ ratione finium: quædam enim nutritionis causa est, quædã euictionis vt in tuberculis, ac excrementis. non igitur omnis coctio, nutritionis causa, neq; assimilans: q̃uis omnis coctio eodem modo in passiuis fiat. & ab eodem calore. Auicena

etiam prima primi doct.6.cap.3.iuxta principium idem sensisse videt: sunt aūt verba. Nutritiuæ vero operatio in his quæ superflua sunt erit, vt si possibile fuerit, in nutrimentū ea permutet: quæ actio etiā concoctio nominatur. aut vt preparet ea facili expulsioni à mēbro, attenuādo crassa, inspissando tenuia, diuidendo q̄ tenacia sunt, & hęc operatio dicit maturatio, seu coctio. ex quo patet quod & sensit Auer. 7. collec. 9. concoctionē nociui esse ad expulsionē, non ad nutritionem tanq̄ ad finem. formā vero esse facilitatem expulsionis, & nō assimilationem membri. adduco etiā duas rōnes pro hoc: natura agit ad finē proprium & non imaginarium: sed proprius finis noxij humoris qui emendari nō potest, est expulsio, nō nutritio, igitur præparat ad expulsionē non ad nutritionem. nec valet quod dicat Villanouanus, cuius est inuentū fueri partem opposita miro modo, esse vnum opus naturæ: nā videmus quòd eadē natura diuersas habet functiones, iuxta diuersa obiecta, superflua enim expellit, vtilia attrahit, igitur etiam aliam habebit operationem specie distinctam circa expellendum humorem, & circa eum quo vult nutriri. Alia ratio est, quòd sequeretur ꝙ puris color, quādo est absolutum esset diuersum pro natura membri, & nō semper album. oppositum dixit Gal. primo pronosticoꝝ vltimo: & omnes concedunt: sequelā deduco, nā natura per te intendit illud assimilare naturæ membri: sunt autem membra omnia diuersorū colorum. velut iecur est rubrum, igitur sanies in eo rubra esset laudabilis. diceret ad hoc qꝺ concoctio fit à spermaticis membris, omnia vero illa candida sunt. Sed hoc est falsum nā venæ sunt rubræ, & propter hoc sanguinē generant rubrum. & certe quomodo si iecur concoquendo dealbat, in rubrum transmutat sanguinē. & Gal. primo virtutū naturalium vt diximus cap. 10, docuit, quòd oportet nutrimentum

trāſmutari ſecundū colorem, eius quod nutrire debet: palàm etiam eſt carnem exteriorem eſſe rubram: & maxime muſculorum: & tñ ſuppuratio bona ſemper ex toto eſt alba. In oppoſitū videntur verba Galeni.2.ſuper primū epidem.44.cū enim dixiſſet Hippoc. Maturationes excrementorum vndiq; tempeſtiuæ, aut bonæ, & decretorij abſceſſus ſunt conſiderãdi. Galenus declarans inquit. πέψις γάρ τις ἐστὶ τῶν παρὰ φύσιν ὁ πεπασμὸς τοῦ νοσήματος. coctio enim quædam eſt eorum quæ præter naturam, morbi maturatio. ſubſequuntur auté. Hæc autem concoctio in coquentis ſubſtantiā deductio quædam eſt eius quod concoquitur. Ergo vbi corpus bene habet, cūq; ei quod concoquitur, naturæ intercedit familiaritas cum concoquente, mutatio fit totius conco quēdę materiæ: aut maxime eius partis: minimumq; ſupereſt ſemicoctum. At vero cum præter naturā affecta fuerint, quod accidit cū à natura immutantis aliena fuerint, quod aſſimilatur paucum eſt, excrementū vero ſemicoctum multū. Et vt in ſanis corporibus excrementa ſic etiam in ægris concoctionē indicabunt. liquido igitur apparet iuuãtis humoris & nocentis, vnam eſſe coctionem à natura intentam. non ſolum rõne agentis caloris, ſed finis qui eſt nutritio & formæ quæ inducitur eſtq; aſſimilatio. ſecunda quoq; aphor.47. quæ pus generat tranſmutatio medium inter putredinem, & nutritionem, modū obtinet: cū ab vtroq; calore ſimul fiat. n̄ali concoquente, & eo qui pręter nãm eſt putrefaciēte. Sed & in.8.de medicamentis ſecundū locos cap.8. declarat iuxta medium coctionem eſſe mutationem, qua aliquid in id quod nutritur, ex eo per continuam aſſimilationem tranſfertur. declarat autem ibi eam eſſe, & vitioſorum, & bonorum humorum. Verum nullibi clarius quā in.5. de ſimplic. medic. cap.6. verba illius ſunt hæc. Et enim cum tres in animaliū corpore mutationes ſint: vna

vna planè secūdum naturam,cum cibus in ventre concoquitur:aut in visceribus,vnde succus fit,ex quo vnaquæq; pars nutriatur. Altera planè præter naturam,in omnibus putrescentibus:& hæ inuicem contrarię sunt. Tertia mista & media,naturalis ac eius contrariæ particeps.Siquidem mutationi secundum naturam duo hæc insunt,vt à calore naturali superetur quod mutatur, & vt familiare corpori euadat:ei vero quæ præter naturā fit,mutatio fit ab aliena caliditate,& ad nihil vtilis. media vero earū quæ suppurationes comitatur,ab ingenito fit calore non tamen planè dominante:& in materia nō prorsus benigna,neq; tñ omnino aliena. itaq; vt naturales mutationes à simili calore foris admoto iuuantur, sic & suppurationes. Quare coctiones, mirum in modum adiuuant, puelli tum etiam catuli admoti ventri:confert enim fomentis vberius hoc, quoniam illorum calor, fomenti calore,nobis est familiarior. Quapropter quod ad mouendum pus adhibebitur medicamentum,natiuo calori similem habere debet. At vero quale illud?cum febrium vt diximus & phlegmonum penitus,quòd ad hoc attinet ratio vna sit,tum in sputis primo de crisi.13.iuxta finem &.2.pronosticorum.46.&.4. regim.acut.77.&.78.declarat in eodem libro textu.44. dicens. Corpus quieti permittere, vngere, & æqualiter contegere oportet. Vbi Galenus inquit:Coctio nuncupatur nutrituræ substantiæ permutatio,secundum qualitatem existens.Natura igitur assumpto deuoratoq; alimento, à cæteris quidem motionibus cessare debet, vt soli vacet coctioni:sed si aliquando imbecillior reddita fuerit,aliquo externo indiget auxilio. quo etiam modo,& in ea quæ in venis elaboratur coctione, eo opus erit.cum vero in.47.textu Hippoc. proposuisset laborātem febre graui & implacida sub initio morbi ac materiæ cruditate,coctionē docens illius, inquit:Iacere au-

tem in conclaui obſcuro debent: & lecto valde molli, diuq́, habitū eum ſuſtinere, nec iactare ſeſe, id enim eos multum iuuat. Hypochondrium aūt lini ſemine illines, ex aqua ⁊ oleo decocto, ac tepido, cauens ne refrigeret. Ergo bene valeat Villanouanus huius tam pulchri præcepti inuentor, cuiq; enim ſua laus reddenda eſt, etiam ignoto ⁊ viuenti, qualem ego opto eſſe, nam hominem non noui. ſubijciendæ autem ſunt & rationes illius ſed prius tanq̄ in clara iam re, referam quę ex his deducuntur duo pręcepta nobiliſſima. Primum concoctio morbi ijs eiſdem met fit auxilijs, quibus cibi coctio adiuuatur. Quiete, molli ſtrato, inunctione, leui pedū frictione, ſomno, obſcuro loco, balneo, cibis calidis boniq; ſucci vinoq; cū citra quatuor exceptiones exhiberi poteſt, licebit & ſingulari loco cerata apponere. Secundū autem eſt, quod ex hoc manifeſtum fit, cur adeò victus tenuis febribus cōferat, nempe mā concoquitur à membris neceſſario deficiēte alimento vt nutriatur, q̄obrē & breuiſſimus morbus euadit & iudiciū tutiſſimum.

Quocirca ratio prima conſurgit, Galenus enim prima aphor. 22. & . 4. etiam aphor. 22. vult tria à natura fieri; primo coctiōnem, ſecundo ſegregationem, tertio expulſionem: quorſum igitur ſegregatio impuri, ſi quod concoquitur totum in pus euaderet. manifeſtum eſt igitur operationem eſſe vnā naturalis caloris, qua vtile aſſumit in nutrimentum: inutile aūt, cum in illud naturaliter agat, atq; ideo etiam neceſſario, ſibi quātum poteſt aſſimilans ad expulſionē præparet: iam ſeparatū & ob qualitatem caloris alieni membris inimicum.

Inde ſecunda ratio exoritur nam primo pronoſticorū vltimo & quinta aphor. 39. & . 3. de naturalibus facultatibus & . 4. de vſu partium & . 6. de placitis Hippoc. & Platonis membra ſibi non alijs concoquunt non habētes ipſa prouidentiā & ſi forſan architectus illoꝝ habuerit

vt in mamillis:igitur conãtur ẽt ſibi aſſimilare qđ con•coquunt. & ideo neceſſario actio illa ſuppurationis eſt ꝓpter nutritionẽ quáuis reſiſtẽte alieno calore, magna pars, veram coctionem ſubterfugiat: & ſuppuretur. Alia ratio ſumitur ex.5.de ſimplicibus medicamentis cap.8. tum etiam ex.14.de arte curatiua cap.13.in horum altero præcipit vt quod alienum eſt omnino tollatur ex toto, quod aũt inutile habet vtili coniunctum, ſimilibus foueatur.dicitq́; ſi poſſemus phlegmoni, manum perpetuo ſupertenſam continere, breui ad ſuppurationẽ venturum. quo fit vt intelligamus naturã vtile quidem in omnibus ſemper ad ſe transferre: ibiq́; agit de carnium contuſione expreſſioneq́;: indicans ſcilicet partem ſucci in alimentũ tranſire partem ex toto corrumpi. Sed & ſi quis.12.artis curatiuæ mentem Galeni inſpiciat, dum febris ab humoribus crudis tractat curationẽ in cap.3.facile intelliget dum trium dierũ inediam præcipit, eius humoris partem in alimentum corpori concoqui, partem autem in ſuppurationem vt expellatur.

Vltimum fundamentũ huius opinionis ſumitur ex ſimilitudine auxiliorum vtriq; enim coctionis generi eadẽ præſidia vt in.4.de tuenda ſanitate cũ de cura crudi humoris agit. Quin etiã.7.de ſimplicibus medicamentis cap.de croco vim habere dicit concoctricẽ, quòd calore ſit temperato modiceq́; aſtringens, hoc coctioni cibi cõfert.addit autem, quòd emplaſticam habet nãm, hoc ad cõcoctionis partem ſuppuratoriã magis pertinet.eſt enĩ virtus emplaſtica.5.artis cur.cap.3.cum medicamentum craſſitie partiũ, cutis poros claudere poteſt.

Eſt autem aduertendum vt colligitur in libro de conſtitutione artis medicę, & in de ſanguinis miſſione, &.2.facultatum nãlium, non tantum humorum ſed ciborum vitiatã coctionem morbos facere. fit autẽ coctio ex.6. de dogmate Platonis & ſecunda aphor.7.ex ſolidorum

virtute,nutrimentum sibi adnitente assimilare.
Per hæc ad argumēta: ad Philosophi authoritatē q̄ꝓuis accipiat coctionē sub alio significato:nihilominus nihil plus vult,quā quòd anteq̄ humor syncerus euadat, natura operetur in eum per se:per accidens aūt in partē quæ concoctioni verę rebellis est.nā fermè quāuis non semper,materia praua boni aliquid habet admixtum.& hæc est causa,ꝙ in tertianis & quartanis in initio accessionis apparent spontaneæ expurgationes:quia humor ille iam est separatus. dico igitur quòd calor agit in humorem corruptū,sed non per se: verū vt agat inutilem. quòd vero Philosophus accipiat alio modo coctionis nomen,patet:q: distinxit eā in tria maturationem,assationem,& elixationē. quare longe generalius capit quā Galenus.si quis aūt roget sub quo genere cōtineat͂ hæc coctio? rn̄det Philosophus ibi in sectione.19.cōmentatoris,quòd sub maturatione. Villanouanus tamen paululum à nostra rn̄sione,ac opinione declinat.
Ad argumēta nostra ad primum rn̄deo quòd in principaliter intentis varietas obiectorum facit varietatē virtutum & actionum vt de cibo & excremento: sed quia vt dixi natura hic non agit nisi vt operetur in vtile, nō fuit necessaria alia virtus.
Ad secundum dico quòd Galenus rn̄det primo pronosticoꝵ vltimo:quòd hoc accidit quia virtus cōcoctrix est in mēbris seminalibus quæ sunt alba,& dat exēplum de semine quod & ipsum albū est.Sed exemplum primò est dubium vt videbitur suo loco: quia semen candidū fit ab alba carne testium.Secundo quia membra seminalia plerūq; sunt frigida vt os,cartilago,membranæ,nerui,& neruosa:& non videtur quomodo melius & validius concoquant carne ipsa quæ est calida.Sed admittatur, quomodo igitur iecur nō dealbatur, si nutritur ex alimēto albo? Forsitan dicere oportebit quòd duo ca-

lores contrarij vincente naturali,efficiunt colorem album: ficut calor cum humido facit omnes plantas in folijs virides,iuxta Philosophi sñiam,in libro de coloribus.& hoc est verisimilius:quia quando vlcus in carne sanatur post saniem albam,videmus vincēte calore naturali,humorem rubescere:igitur causa candoris est potius calor non naturalis.ꝛ cum conatus fueris hic tueri Galenū,videbis innumeras difficultates. nisi illius verba sic interpreteris, quòd membroꝝ seminalium vis ēt iuuat ad candorē. nam præter reliqua illud est manifestissimū, quod sanguis etiam extra effusus putrescensq; dealbatur.quare illa erit cā coadiuuans nó principalis.

Concoctio oīs an condenset. Contradictio.13.



VAE vero concoquuntur vt crassiora ꝛ calidiora euadāt necesse est. Nam ei quod concoquitur ampliorem molem calor tribuit: & crassius illud aridiusq; reddit.4. meteoroꝝ.18. Hic Philosophus reddit in his verbis rōnem dicti.nam calor resoluit subtiliores ꝛ humidiores partes,igitur exiccat & condensat.additur & peculiaris ratio à Conciliatore,differentia quinquagesima,dum hanc tractaret quæstionem:quæ non tenet de omni coctione,sed solū de ea quæ ordinatur ad nutritionem.nā omne quod mouetur, est partim in termino à quo & partim in termino ad quem.5.physicoꝝ.65. in textu.at nutritio ꝛ coctio sunt quidam motus.5.physicoꝝ.7.relinquitur igitur cum hæc mutatio fiat ex humore in membrū & membrum sit crassioris substantiæ quàm humor vt humor ille perpetuo condensetur,accedens ad naturam membri.Alia ratio eius,quòd ordinata in finem aliquem naturā recipiunt eius in quod ordinātur.2.physi.23.sed coctio ordinatur in restaurationē solidoꝝ.& possent reduci ad vnum fundamētum. addo

ego vtile pro medicis,quáuis singulare:nisi ita esset,homines ex quacúq; febre in hecticam inciderent. quia si attenuaretur humor in concoctione nó est causa cur in febribus putridis,ros ille non supercalefiat,& omnis humor ad nutritionem paratus:& sic vt illico contabescat patiens.Galenus quoq;.4.regim.acut.4.exponés ea verba: liquidæ deiectiones, inquit coctio omnis cogit & condensat.&.4 de locis cap.8.post principiú in pulmonis affectibus initio tenuia: vbi cócoctum fuerit crassa expuuntur.Idem in.5.cap.7.pagina penultima capituli. Nam omni parte inflammata cui crassum tegmen non incumbit, in primis quidem sanies tenuis defluit, quæ concocta deinde inflãmatione crassior,& puri similior reddit̃.Neq; vero aliud magis in libello de totius morbi temporibus edocet quá hoc, in febribus, vlceribus, tumoribusq;,quã quòd ab initio tenuia apparent succedente tempore dum concoquuntur crassiora euadunt, Ad oppositũ est authoritas Galeni.5.de simplicibus medicamentis cap.12.nitrum & aphronitrum & abrotanũ ac talia,virtuté habent extenuandi crassos ac lentos humores præparandiq; ad expulsioné. & in de attenuante victu cap.12.de odoratis,calidis,crassis, dulcibusq; vinis sermonem habens,inquit.Non enim incidenda tantum sunt aut calefacienda, quæ sputo sunt expurganda, sed moderate etiã humectanda,ne siccata ac lenta reddita sputa, tusses excitent exitusq; violentia, vas aliquod in ruptionis discrimen adducatur.Quáobrem quæ vina sunt crassa & dulcia, propterea quòd humorem habent crassum, & ob id ipsum perdurantem, in thoracis pulmonumq; affectibus, si cum tenuantibus medicamẽtis adhibeãtur multum adferent cómodi. Aetius quoq; lib.5.cap.29.ordinem hunc vrinarum ostendit.in subtilibus primo nebula suprema,post in medio,post hypostasis apparet.at vbi morbus ex crassis humoribus pro-

cesserit, initio in vrina apparet sedimē, ex quo multi coctionem quę nondum peracta est peractam esse putant. post eneorema, vltimo nebula suprema. hic igitur duo coctionis ordines fiunt manifesti. quoꝝ primus fit per condensationē, secundus autem procedit attenuando. Arabes etiā omnes coctionem attenuātem admittunt, de condensante vero sunt discordes, vt prima quarti trac.2.cap.7.iuxta medium. Sed & rationes multæ istud suadent prima est ꝛ à Conciliatore adducitur: excremēta naturā ostendunt eorum, à quibus deciduntur.2.artis medicæ.74 at superfluum tertiæ concoctionis est sudor vel halitus ac vapor, secundæ autē vrina, primæ feces igitur concoctio non solū noxij sed & iuuatiui attenuando procedit. ad hoc dat duas rñsiones prima solū habet verba: sed secunda innititur huic qꝺ vbi fit secretio, illa fit ad opposita, à subtilibus crassa, à crassis subtilia resecantur: nā aliter talia relinqui non possent. rñsio hæc non videtur satisfacere: debet enim halitus ille habere aliquid proportionale cum nutrimēto vltimo: igitur impossibile est vt sit adeò crassum vt primum quod concoquitur. item. 2. aphor. 9. crassa debent attenuari ꝛ incidi: quare concoctio sic procedet. forsan dices quòd hæc est pręparatio, vt inquit Villanouanus: cōtra si coctio cōdensat & hęc est necessaria, quia crudi humores, & præparatio attenuat, igiť humor idem simul attenuatur & condensatur. per idem oppugnatur expositio quā dat literę Aetij, quod intelligat de coctione cum pręparatione coniuncta, nā non obscurum est quod sic idem humor, & ab eodem agente naturali calore, & eodē modo, condensabitur & attenuabitur. Item in generatione spirituū fit coctio, ꝛ attenuatio, aliter nō essent subtilissima nostri corporis pars. Adduco etiam rōnes eius in oppositū, nam coctio quę fit in vētriculo est similis elixationi: in elixatione qꝺ coquitur subtilius euadit: indě

cium est leuitas, & quod facilius superatur à calore naturali, ꝛ quod mollius est. Calor etiam quãuis resoluat humidum, tñ rarefacit quod densum est. vnde videmus quod æs diutius coctum euadit porosum & leue. vnde etiam primo de medicamentis secundum genera cap. 5 iuxta principiũ. spuma argẽti, crassitiem amisit ex ignis viribus. Ad quid etiã damnauit Hippoc. ꝛ Gal. 2. pronostico ꝑ. 46. crassa sputa ꝛ humores, si crassities est ipsa cõcoctio? Gal. etiã in de constit. artis medicæ cap. 19. curatio quidem omnis per contraria, crassa attenuando, tenuia incrassando, vtraqȝ cõmuniter cõcoquendo. Cum etiam bubula caro cõcoquitur ipsa attenuatur necessario cum sit crassior humana carne, & cõdensatur, & sic simul duo contraria efficiuntur ab eodem calore in idẽ subiectum. Sequitur etiã secundum ipsum cum extenuatio sit opus expultricis (vt concoctrix ab extenuationis munere liberaretur, quod ante concoctionẽ crassi cibi necessario expultrix operabit̃, quod nunq̃ Galenus dixit) oporteret etiã vt humor non pręparatus ante præparationem expelleretur: sed q: hoc incidit in opinionẽ de virtute discretiua quoquomodo ab Auerroe posita relinquatur. Oua etiã apala 3. de alimẽtis cap. 22. celerrime nutriunt. vel igitur quod cõcoquitur ad crassissimã substantiã oportet reduci & sic tenuissima vt vinum & oua tarde concoquent̃ contra Gal. 3. de temperamentis cap. 2. in initio. vel ad mediocrem cõsistentiã, & sic quęcũqȝ erunt crassiora, ea cõsistentia, attenuatione indigebunt. Item in attenuatione, vel fit cõminutio partium, ꝛ sic nõ differt ab incisione, nec est vera attenuatio substãtię, nec sunt duo sed vnũ attenuare, ꝛ diuidere, nam auri limatura aurum est. vel est vera attenuatio substãtiæ igitur cũ reducetur ad medium erit humor vel cibus concoctus. ad qd enim vere attenuare vt iterũ incrassescat. mirum aũt esset ꝙ Galenus hoc alicui non dixisset.

Pro hac contradictione sciendum est, quòd concoctio omnis condensat iuxta Galenum & iuxta etiam Aristotelem. verum scire oportet duo esse quę circa materiam transmutandá considerantur, præparationé de qua loquitur secúda aphoꝝ.9.& prima aphoꝝ.24.& quòd sint distincta patet, q: sperat Galenus in secúdo loco adducto prima vel secúda die præparare corpus: concoctio: autem fit à natura vt declarauimus, ꝛ iuxta ordiné iudicatorioꝝ dierum vt primo de crisi per longum processum docetur. in prępa ratione aút continentur, vt à Galeno in dictis aphorisinis & alibi, condensatio eoꝝ quę sparsa sunt: diuisio tenacium, attenuatio crassorú, contemperantia immodicę qualitatis, obstructionum apertio, leuitas alui. Auer.7.collec.cap.9.quasi hanc rónem intellexit: dixit enim duplex est præparatio, vna ab arte & procedit attenuando: alia à natura & hæc reducit humores ad substantiá mediocré.& quáq; alia addat, núc illa prętermittenda sunt: ná Arabes ignorauerunt quid esset concoctio: & confuderunt concoctioné cum præparatione: inde orti innumeri errores. in quibus oés caligarunt præter Villanouanú tam antiqui quàm recentiores, vt ex illoꝝ scriptis patet. & hoc est quia etiá ipse Galenus vbi rem non ex cópósito, sed obiter tractat, aliquando hæc confundit nomina. nos tñ vbiq; hic & in his q́ edemus proprietaté nominum ipsoꝝ seruabimus, seruauimusq́. Cum igiť concoctioné dico: intelligo caloris nãlis opus in materiá duplex: aut qua nutriri póť vt nutriať, & assimiletur, & fit códensando: aut in mãm ex qua nutriri nó potest, ꝛ hoc est diuersum pro diuersitate illius, & non intentum à natura. nam merito talis humoris natura solum expulsioné intendit ꝛ tentat. cú autem dico præparationem intelligo quæ dicta sunt. Propter tñ argumentum vnum quod tactum est, quòd natura simul attenuaret ꝛ condensaret, dicitur quòd de

mente Galeni humores crassi prius attenuantur, deinde concoquuntur. Galenus etenim .4. de tuenda sanitate capi. 8. cum docuisset crudis humoribus dominantibus, prꝑsidijs primo vti dissecantibus oximelite inquã: post attenuantibus mulso diaspolitico & eo quod ex tribus constat piperibus tandem iuxta finem inquit: Quod si crudos iam succos attenuatos speras, vinũ dabis quod & substantia tenue sit. & colore fuluum, aut album. Hoc enim ad succi bonitatem ⁊ concoctionẽ facit: illud vrinam mouet. in fine etiã cap. 9. inquit. Si enim in primis venis crudis succi copia est, dissecãdus nobis est ac concoquendus est: vbi tres scopos Galeni decet animaduertere sibiinuicem succedentes: attenuationem cum dissectione, concoctionẽ, & difflationem de qua mox loquitur. in. 12. etiam artis cur. cap. 3. cum ægrum ex crudis laborantem humoribus iuxta finem cap. per septem dies attenuãte victu tenuisset in. 4. cap. de concoctione agit per vini exhibitionem, tum de digestione. neq; enim vinum solius syncopis causa cõmemorat, sed & horũ ratione vt in fine capitis animaduertere licet. Sed si quis obijciat, igitur superfluit dissectio. animaduertendum est attenuationẽ illam in crassis fieri humoribus, dissoluto eo quod erat per frigus congelatum: est igitur attenuatio illa colliquatio quædam, non vera tenuitas: nam si concoctio condensat, humores oẽs crudi substãtia sunt tenuiores, quàm par sit. sensu vero crassiores, cũ à calore non sint colliquati. ex his ad Galeni authoritates non obscurum est quid dicendum sit, præparationẽ enim docet. Aetius præsupponit medicum decipi: nam illa nõ est vera hypostasis, sed crudus humor: de quo. 7. aphor. 31. vbi agit de sedimine farinæ simili. differt autẽ ab hypostasi in tribus. Primo quia vrinam tingit albedine sua. Secundo quod est solutum & imum petit nõ pineæ figuram aut coni seruans. Tertio quia multũ est:

& copiosius hypostasi primo de crisi.12.iuxta medium. Ad argumentũ Conciliatoris: natura separat inutile ab vtili: nec valet, quod concoquitur crassius fit, igitur cõ coctum crassius est eo quod concoquebatur. miscentur enim duæ operationes: altera qua segregatur inutile q̃d aliquando crassius est, aliquando tenuius, & coctio ipsa, concoctum igitur semper est crassius eo quod cõcoqui tur: non eo quod dissolutum est. nam nõ est crassior san guis hominis bubula carne. ad id de spiritu fit ex aere & spuma sanguinis, & sic fit per condensationem etiã. Sed de hoc alias. cætera nota sunt per se, præter id quod de ouo adducitur. respondeo igitur ad hoc argumentum nostrum, quòd crassities nutrientis nõ est certa. ideo di cebat Galenus quod vinũ nutrit spiritus: & sic oua san guinem subtilem quia vnumquodq; nutriens conden satur proportione suæ substantiæ & non ad certam me tam: aliter argumentum concluderet.

Syrupi an concoquantur? & an syncerus humor concoqui possit? Contradictio.14.



AN syrupi conueniant dubitatũ est in mor bis, hoc autem potissimum propter frigi dos: nã calidi proculdubio concoctionẽ iuuant: de frigidis aũt est authoritas om nium primo Arabum, Auicennæ, Rasis, Auenzoar, Auerrois, Haliabbatis, Serapionis. Alexan der etiam lib.1.cap.16.inquit ad humorẽ biliosum subi gendum & concoquendum, conueniunt acopa lauacra & cibi humectãtes & vnctiones. sumpta hæc oĩa ex.2.de medic. secundum locos cap.11. Verum hic iacet difficul tas, an humores alij à sanguine & pituita coctionẽ reci piant? nam si recipiunt cõmode syrupi exhibent: si non, non eius causa: nam ad refrigerandum mẽbra poterunt exhiberi. Galenus igitur in de constitutione artis medi-

cæ cap.16.atrã bilem ægræ cócoqui affirmat, igitur hic humor coctioné recipit. libro ét cui titulus est, Quos & quando purgare oporteat, iuxta medium, In tenacibus humoribus quales sunt pituita & atra bilis, concoctionem expectabis. & Aetius eadé verba refert libro.3. cap.23. Galenus etiã declarat lib. de atra bile, ꝛ in de vsu partium, atrã bilem, & bilem membra nutrire. igitur & concoqui poterunt. sic dantur etiam genera diuersa bilis flauę, rubrę, viridis: atq; ita diuersam suscipit pro coctione naturam: quãuis inepta nutritioni. sequeretur ét quòd vrinæ in processu coctioné non reciperent: cuius oppositum habetur in primo de crisi. sequeretur etiam quòd illico febricitãtes expurgare conueniret. nunc loquor de laborantibus biliosa febre, quod est cótra Hippoc. prima aphor.22. & Galenũ in libro Quos & quando purgare oporteat, post mediũ. patet sequela: nam ad quid expectanda coctio quæ fieri nequit? si dicas posse præparari: iam docui eam præparationé longe celerius perfici, quã vt expectetur morbi status. si dicas aliquid esse permixtum, quod possit concoqui: igitur vrinæ vel sunt crudæ rõne admixti, & sic non ratione morbi, sed rei non pertinentis ad morbum. si róne peccantis bilis? igitur illa est cruda, demũ concoquitur. sequeretur igiť quòd habentes aliquem humorem crudum in corpore, haberent crudas vrinas vt in febrium initio: quod contradicit sensui. 2. etiam regim. acut. 44. vbi Hippoc. biliosa cruda appellat, Gal. in cómento hæc habet: Nempe biliosa cruda ita appellauit, qm̃ ꝛ excrementorum coctionem vocat, quãq; mutata nutrire non possunt, vt bilis vtraq;, & qui Græce ἰχῶρες dicuntur. Verum tñ quoniã & talia euincit natura, cocta vocare cósueuit Hippocrates huiusmodi excrementa, quę à natura euicta sunt, cruda vero quæ euicta nó sunt. ob id ꝛ pus in phlegmone quod concoquitur fieri ait, quãq; pars nulla ex pure

accipiat alimoniã, veluti facit ex crudis dictis humoribus,ac pituita: quę reliquum coctionis ac perfectionis assecuta,corpus valent enutrire.sic igitur biliosorum humorũ concoctio est, vt sanguinis in phlegmone in pus migrantis:intelligentibus quidẽ nobis, nomen coctionis in suo vniuersaliore significato.est aũt hoc,cum natura fortior causis,eas permutauerit robore suo.Quæ igitur in corpore anima carẽte putrescunt,nihil ad permutationem conferente calore innato, à concoctionis ratione degenerant.hoc sanè serosæ vrinarum materiæ cõtingit: atq; ob id crudas vrinas concoqui dicimus, quãq; corpus, ex vrinis coctis ali non possit. Generali etiam hoc concoctionis significato vtimur,cum catarrhum, coryzam'ue, vel ex oculis fluentes humores crudos coctos'ue esse dicimus. ad hunc modum bilem crudam ἢ ἄπεπτον,idest vel incoctam,aut coctam esse pronuntiamus.cruda quidem flaua admodum est,& acris,& male olens:cocta autẽ pallidior, minimeq; male olens: hæc Galenus vbi humoris etiã pręter naturam coctionem,sed alterius generis admittit.Ad hęc sic Galenum interpretatur Villanouanus, vt coctum bilẽ intelligat, cũ à natura euicta nec euagari,nec in deterius verti finitur.sic vt illius prauitati resistens membrum lædere nõ sinat. adducitq; Galenum primo de crisi.5.ante mediũ dicentẽ:Sputa subflaua,subruffaq;,cruda,sed non mala: rotunda,viridia,vel nigra mala:quæ vero flaua permixta, facileq; expuũtur concocta. itaq; quod sic crudum est,vel ad deterius vergere potest,nec tunc concoqui dicitur: vel in suo statu retineri,& sic cõcoctum vocatur. Sed nec illi authoritati nec huic satisfacit. nãq; in prima authoritate crudã bilem flauam, coctam vocat pallidam,vt sic necessario permutetur.prima male olet,secunda minime.Sed hoc clarius in secunda authoritate: nam statuens ab initio sub flauum sputum,duas in eo fa

cit permutationes alterā ad malum & est vt flauum putrum, vel viride euadat: alteram ad salutem, ⁊ est vt flauū permixtum: igit per coctionē subflauus color, in flauū permutatur. vtrinq; igitur agit calor naturalis permutando colorem ⁊ substantiā sed aliter aliterq;. Non abs re fuerit declarasse, qd intersit inter, ὠμότην, & ἀπεψίαν. seu crudum & incoctum: nā vtriusq; Aristoteles meminit, tum Hippoc. 22. aphor. primæ particulæ, tum Galenus in præcedēti scripta authoritate. crudum igitur ad primam refertur coctionem, quæ in ventriculo celebratur. incoctum autē quod quoquomodo male coctum est: aut deprauatum. vt in de symptom. differentijs: & .3. de symptom. causis: ⁊ .8. methodi: ⁊ Aetius lib. 9. cap. 24. Sed de crudo agit maxime per totum quartum librum de tuenda sanitate. & est eius species vitreus vocatus humor à Praxagora. 2. de differentijs febrium cap. 6.
Sed in oppositam partem facere videntur verba Gal. 4. de tuenda sanitate cap. 4. ibi. quod igitur omnino alienum est expellere tentandū, quia nulla ratione fieri pōt, vt naturæ gratiā recipiat. ⁊ rursus cap. 7. cum dixit quoniam ergo duo prima sunt, crudorū seu etiam semicoctorum qui ante sanguinis perfectionem fuerunt percoctio: & acrium ac mordacium, qui sanguine sunt posteriores eductio. non igitur vlla concoctio vel vera vel ficta in his est expectanda. adducitur ⁊ sententia ex. 2. regim. acut. 30. sed ea parū facit cum de vera coctione loquatur: quod si dicas & bilem & atram bilem nutrire, fateor inquam, sed Gal. lib. de atra bile cap. 7. huius reddidit differentiā: nam excremētitia haud nutrit: quæ vero adhuc sanguini permixta est nutrit. hic igitur Galeno de excrementitia est sermo. eodem modo authoritas in de constitutione artis med. cap. 19. nos non offendit: cum acidam in nutrimentum adhuc redigi posse affirmet: nā subiungit dulcis vero etiam facilius concoqui-

tur. Quod vero ẽt Philosophum pro se adducat ex.4. meteorop non video:nam in.3.cap.de vera maturatione & coctione loquitur:in.2.autẽ de secundo coctionis genere,quo fatetur ẽt humorem in lippitudinibus concoqui:quare vel aduersatur Villanouano vel nihil pro eo habet.adducitur & authoritas ex.2.de differẽtijs feb. cap.6.iam alias inducta vbi Galenus docet vitiosissimo humori,nullam etiã validis mediocriter viribus, vtilẽ permutationem accedere:sed ex vno in alterum prauitatis genus trãsire:atq; corrumpere. Sic & ex 9.artis curatiuæ cap 5.post medium: & in.11.libro cap.9 quod vtile est,aut semiputre,concoquit natura,ac trahit:quod vero inutile prorsus expellit. Addit etiã rõnes ne quicq̃, desit Villanouanus.prima ꝙ ex secundo super primum Epidem.44.cum in morbis velut alimentis modo plurima pars transeat ad nutritionem, modo pauca,igitur vbi nulla prorsus,oportebit naturam id expellere,nihil morantem:nam cessat finis causa in prorsus inutili, qui est nutritio,igitꝰ & actio.in scyrrho quoq; & puro erisipelate,Gal.non applicat concoquentia.14.artis cur.13. sed iubet excindi ea & amoliri, igitur & in syncero humore.accedit quòd concoquens sui causa non solũ concoquit, sed etiã familiaritatem habere debet cum eo qđ cõcoquitur.4.de tuenda sanita.cap.4 talis vero humor nõ habet cum membro familiaritatẽ Rursus ex ordine, declaratum est enim.4.aphor.22.& etiã prima aphor.22. qđ prius humor concoquitur deinde separatur:sed syncerus iam est separatus,igitur concoqui nõ debet. Concoctio etiã ex habitis incrassat, igitur ad expulsionẽ humorem reddit ineptiorem. In arcuato etiã morbo qui etiam à pituita fieri potest.6.de simp.medic.cap.de attriplice,non debemus concoquere quando à bile, sed tantum extenuare,incidere,postmodum purgare: Aetius libro.10.cap.18.& primo de humana natura,29.&.5.de lo.

cis affectis cap.7.iuxta extremum finem. cum ét multos hoc modo curatos iactet.In asclite ét ac timpanite non quærimus coctioné,q? nihil ibi vtile,igitur nec in syncero inutili alio humore. Ex hoc infertur oppositum primi quæsiti, nam syrupi cum dentur concoquendi talem humorem gratia,impedient naturam,& morabuntur,nec proderunt concoquere non potentes.
Pro solutione animaduerteda est distinctio data à Gal. de duplici coctione.2.regim.acutorum.44.& si quis dicat hoc iam contradicit determinatis in precedenti:cōtradictione:rn̄deo non:quia natura primá tantum intendit:prima impedita fit secunda non intenta à natura.sicut natura intendit tantū asinum, in generatione muli, loquendo de natura quæ est in semine asini, & tn̄ generat mulum ex materię resistentia.Secunda est distinctio habita.2.de differentijs febrium cap.6.coctio habet diuersum successum vel ob virium imbecillitatem,vel ob humoris prauitaté. Tertia aliud est opus naturæ, aliud est opus medici. Quarta alia est ratio putrescentis humoris alia nālis. His intellectis syncerus humor nunq̄ debet concoqui nisi fuerit putrescens vel ex pituitæ genere patet ex authoritatibus adductis:& etiam rōne illa quod iā separatus ideoq; excremētitius.& ideo propter hoc & q? loquitur de opere medici.4 de tuenda sanitate in duobus locis medicus nō debet moliri coctioné, sed expellere. quòd si remoretur,fit perpetuo deterior: nam calor agit necessario q? est agens naturale: & non concoquendo,igitur aduertendo & hęc est causa quòd Princeps administrabat syrupum cum fumoterræ etiā in febre de pituita in fine: quia calor adurit semper:est enim agens non ab electione.in.2.aūt regim.acut.præsupponit alterum duorum, vel q̄ materia cruda sit, & tn̄ mala,vel quòd non sit excremētitia:in primo genere est cum praua pituita bili admiscetur; ideo etiam subflaua sputa

Illud est opus nae aliud medici

adurendo

sputa apparet in morbis pectoris, & tunc cruda sunt, vt primo de crisi. 5. concocta aũt non bili, sed illi iuncta pituita, euadunt flaua, in hac etiã actione bilis etiam patit, & ideo si diutius tardetur viridis fit aut nigra. & propter hoc facilitatẽ sputi comendat Hippoc. ne moretur. eadẽ ratio quæcũq; iam cocta morã trahunt, agunt hominẽ in perniciem: seu in febribus seu in phlegmonibus. porro nõ adeo vitiosus humor euincitur, vt si bilis nondũ fuerit excrementitia, nititur enim nã concoquere, nã nutrire apta est, vt diximus. vbi igitur syncera bilis sit, inedia enecat: q̃m aduritur magis, & virtus debilior redditur, & circũiacens humor absumitur. medici aũt nostri temporis gratuito nos oderunt: cum pleriq; hæc ignorantes, fortuito ægris manus admoueãt: omnes autem grauiter laborãtes in eoꝝ manibus interire necesse est: q̃m non possunt perfectam hanc rationem assequi, quæ omnino eos latuit. vix ẽt me scribente intelligent. sanãt aũt solum leues morbos: sed & in his quã plurimum vitæ adimunt: senescunt enim pręproperé nimiũ, & breuẽ vitam nanciscuntur, qui hac prætermissa rõne, vel non intellecta, curantur. si enim humor iam sit syncerus, nec nutriantur, celeriter moriunt in grauibus morbis, vt ẽt eadẽ die: in leuibus aũt humidum nãle membroꝝ absumitur. at si nõdum syncero nutriantur, morbus profert in immensum: atq; sic ex grauibus omnino moriuntur, ex leuibus cõtabescunt mẽbris solidis. verũ quanto difficilius est postmodũ opere ipso hęc agnoscere. Sed syruporum vtilitas multiplex quidẽ est: calidi enim concoquere ẽt præter cætera possunt. at frigidis ac calidis, cõe est primo præparare mãm aperiendo, incidendo, refrigerãdo qđ est immodice calidũ. corrigunt ẽt malas mẽbrorum tẽperaturas. prohibent ẽt ne bilis illa praua aut deterior euadat, aut depascatur quę integra sunt. in multis igit cõmoda est illoꝝ exhibitio, etiã si non concoquere

queant. Villanouanus aũt hoc ſm genus coctionis nimis audacter ſuſtulit: nã ſyncerus ſolũ, ac imodice ſiccus, hic eſt excremẽtitius, cõcoqui nullo modo põt. medici aũt nõ eſt vt cum febris nõ adeſt quęrat concoctionem ẽt in non excrementitio, ſed ſolã præparationẽ: qꝫ pfecte illũ agnoſcere non põt. eſtq; maius lõge periculũ in mora, quã in inutili euacuatione: qđ iam declarabo, illud ſolũ admonẽs in febribus prius, cõcoctionẽ morbi & vrinaꝝ ſemp eſſe expectandam, anteq; euacuemus, tum ẽt præparationẽ mãæ. Cauſa vero cur vrina ſit cruda in initio morboꝝ triplex eſt: nãæ perturbatio vt cibis nõ intendat: humor in venis crudus exiſtens, prohibens tranſitum bilis ad vrinã: tum mala qualitas ex humore venis ipſis impreſſa. p̃ de criſi cap. 7. & . 12. poſt initia. concoctã vero qualis eſſe debeat vrinã, declarauit Hippoc. 2. pronoſticorũ. 26. cũ dixit: Vrina optima eſt, ſi candidũ ſedimentum fuerit, leueq; & æquale per omne tẽpus, dum morbus iudicetur. ſubiũxit Gal. in cõmento vt ſit colore crocea, mediaq; inter tenuẽ & corpulentã qualis eſt iumentoꝝ, adducta authoritas in lib. Quos & qñ, de pparatione mãæ non de coctione intelligẽda eſt.

Materia turgẽs an mobilis? & an tota & ex initio expurganda? Contradictio. 15.



MVLTA ſanè tum hic tũ in ſequenti contradictione nec nõ in præcedẽtibus dicenda à me fuiſſent: ſed cũ pleniorem tractatũ cui titulus eſt de purgationibus cõſcripſerim, nec ſoleam quicq; ex inſtituto meo repetere, ob id lectorẽ vt diligentẽ habeat de ſingulis tractationẽ, ad illũ remitto. neqꝫ enim eoꝝ quæ ad hoc ſpectant, his tanq; fundamẽtis per epilogũ abſqꝫ demõſtratione recitatis, quicq; prætermiſimus. Igit̃ de turgente mã cum iá dixiſſet in prima aphor. 22. qđ turgentes hu-

mores qui mouent & titillāt, oportet purgare, ne ægrū molestēt: & q̄ trāsfluunt: sunt enim purgationi apti. 4. ēt aphor. 10. dixerat ab initio purgandū esse prius quā febris accendat, vel robur viriū exoluat, aut humores in aliqđ membrū principale decūbant. hæ rōnes videntur gñales esse & rōne mãæ, cū semper sit periculū ne in mēbrū aliqđ nobile influāt. & ni tota eradicetur mã, idem manet periculum. per hoc ēt qđ dixit medicari in valde acutis significauit in turgente mã haud esse mittendum sanguinē, sed semp purgādum qđ & innuit. 2. aphor. 29. nā mã quieta existente iubet sanguinē mitti, turgēte purgari. idē ēt in libro Quos & qñ purgare oporteat iuxta finē: Humores qui sunt in motu vehemēti pmutanturq; de loco ad locū, educere expedit, dum sunt in fluxu positi. in p̊ ēt de crisi. 9. reddit rōnē cur expediat hoc expurgare dicens, motū humoꝝ, vim medicamēti iuuare. idē dicit. 8. de medicamētis ßm locos cap. 3. in hiera Themisonis. Sed tñ in. 24. primæ particulæ aphor. quinq; numerat exceptiones qbus non licet purgare ab initio ēt turgente mã: & sunt ciboꝝ crassoꝝ ingluuies, crudi humores in corpore, obstructio magna quæ ex tēsione habet hypochondrioꝝ, vehemens illorum ēt caliditas, & phlegmon. qđ ēt nō tota debeat eradicari patet aphor. 29. particulæ. 2. aphor. cum enim dixisset qđ ab initio si mã quieta est sanguis auferatur, si autē turget expurget, inquit vt postmodū melius valeat residuū materiæ nã cōcoquere: igit non totā vult ab initio expurgatā esse. Princeps ēt ait qđ melius est infra subsistere quā exqsitissime euacuare. 4. primi cap. 3. iuxta finē. Sed & in lib. cui titulus est Quos & qñ purgare oporteat, in accessiōib⁹ per vomitū purgare docet: manifestū vero est nō totam debere expurgari mãm: turget tñ. Quāobrē primo scire oportet quę nā sit turgens mã: nā ex dictis tres cōditiones cōtinere videt, prima vt sit in toto corpore vel

Cumq exceptiones prohibentes ab initio purgare turgente materia.

Tres coditiones mae turgentis.

in mébro principali.4.aphor.10. Secunda vt moueaẽ de mébro ad membrũ.neq; enim sufficit qd moueat & qd titillationẽ faciat ac molestiam prima aphor.22.Tertia vt nondum mébrũ aliqd occupauerit nec firmã aliquã habeat inclinationem.8.de medicamen.ſm locos cap.3. Princeps.4.primi cap.3.& prima quarti de cura febrium in generali,addebat φ vltra has tres cõditiones,ẽt mul ta esset.dignoscit aũt turgens mã tribus modis. primò cum fecerit initiũ phlegmonis.4.regim.acut.76.secũdò cũ ad intestina repit gurgulationẽ faciens.4.regim.acu to℞.64.tertio si titillationẽ in diuersis locis faciat vt di ctum est prima aphor.22.in oĩbus his purgare expedit. Sed non videt dictũ.4.regim.acut.76.concordare cum dicto.8.de medic.ſm locos cap.3.cum iam velit mãm q̃ incipit decũbere in membrũ esse turgentẽ. rñdeo ad id & illud.2.regim.acut.11. cum purgat inchoante laterali morbo,nõ eam quæ iam incipit locũ obsidere turgentẽ esse: sed solũ reliquã quæ adhuc in motu est. Sed cadit difficultas q:.4.aphor.p̃.videt vltra mobilitatem,super abundantiã requirere,ad hoc vt turgentes humores di ci mereant. rñdeo quod πλεονάζοντες & supabundantes omnes põt significare: & multitudine abundantes. mihi videtur quòd in primo significato melius intelligat.

Quod igit per turgentẽ mãm, neq; Hippoc.nec Gal. nec Aetius nec Auicéna aut alius classicus vir fermẽ,ex cepto Rase, multã intellexerit, satis manifestũ arbitror esse.sunt tñ qui velint legere Principis verba disiũctim, turgẽs mã est, q̃ vel est multa vel mobilis:sed hoc abest à lræ sensu,& à mente:à sensu qdẽ q: cõiunctione copu lant in vtraq; lrã:à mente q: voluit Galeno esse confor mis:qd ẽt in singularium morbo℞ curatione obseruat. Causæ vero cur mãæ turgentes debeant purgari,duæ recitãtur à Galeno:finis ac forma. ex fine ne decũbant in mébro principali, & phlegmonẽ excitent, & ægrum

occidant eo modo. ex forma qm̃ motu suo adiuuāt attractionē medicamenti, & ideo cū facilitate euacuātur. Quinq; illę conditiones quę prohibēt euacuari mām turgētem, impediunt rōne huius secundæ conditionis, & nō primæ. ꝛ sic patet solutio primæ cōtradictionis.

Materia vero quæ facit fluxum ventris nō est turgens: patet q; nō habet tertiam conditionem: procedit enim ad membrū destinatum imo ad concauitatem solum. Si vero faciat solū rugitum in intestinis tunc est turgens.

Materia quæ facit accessiones in tertiana & quartana interpolatis, nō est turgens q; nō est in mēbro principali, nec in toto, & clarius q; destinat̃ ad certum locū qui est cōcauitas mēbri ꝛ non membrū. Et si dicas ipsa tñ debet expurgari: dico quod nō. Sed bene debemus iuuare nām illud facientē iuxta textū Hippoc. prima aphor. 21. & ideo rectissime inquit Auenzoar. 3. Theisir trac. 2. capi. 2. in fine qđ vomitus talis est nāæ permittendus: vel leuiter adiuuandus per accidens. & si aliter feceris dicit vt multi faciunt dādo decoctū raphani & talia pro maiori parte nocebis. & hoc in crisi, quanto minus est in accessione faciēdum. possumus bene adiuuare naturam iuxta præceptum Gal. dictum in libro Quos & quando, dando aquam calidam puram, vel cum ordeo.

Materia vero fientis lateralis morbi, est turgens pro parte quæ nōdum fluxit, & pro parte quæ iam fluxit turgens non est, quia certum iam possidet locum.

Materia vero morbi attoniti hic non ingredit̃: q; ratio turgētis & non turgentis cōsideratur à Galeno in febribus tantū, non in alijs morbis sine febre existētibus. & ideo cū in alijs liceat purgare, nō turgente mā turgēte fermè cogimur. sed de hoc nihil cōstituo, cū sit plixa disputatio à nobis tractata in libro de purgationibus.

Causæ purgādi cōsequentes, nec principales in turgente materia duæ alię sunt à principalibus, à Galeno narra-

Que aliē cause cur turgēs mā euacuetur.

te ibidē: nam toties repetere tedium parit. prima est molestia quā facit vnde inquietudo, & vigiliæ & sæua alia symptomata. Secunda est quoniā postmodum morbo magno existente nō licet euacuare vel phlegmone iam facto, vel solutis viribus ægrotantis, vel incēdio febris superaucto. hæc indicant quod ab initio sit educenda.

Turgēs mā non euacuat' sang. missione.

Sed non sanguinis missione. nunq̄ enim eius meminit Gal. in turgēte mā. & Hippoc. dixit medicari nō euacuare. rō vero huius clara est, q: turgēs mā non obedit sanguinis missioni. imo est separata à sanguine, aliter non adeo violēter moueretur. & si moueret illico phlegmonem excitaret. inuenit tñ mā turgens sanguini iuncta.

Materia vero pestilentialis febris an sit turgens nunc videndū. nā & pestilētia datur sine febre. 3. par. sup. 3. epidem. com. 58. & in textu. 61. inquit enim Galenus inuadentis etiā sine febre pestis. cū vero dixisset in textu. 47. Erant etiā aliæ febres de quibus iam acturus sum: subijcit in. 51. textu ⁊ tribus sequentibus hæc verba: Carbunculi æstate multi & alia quæ putredo vocantur. Papulæ quoq; magnæ, & alijs serpentia vlcera.

Quæ ēt ad ventrem attinebāt multa multis incōmoda attulerunt. primū tenesmi cum dolore. Hæc quis nō videt signa oīa cōprehendere furentis materiæ. cūq; dixisset Hippoc. 57. textu purgationes multos offenderūt: rñdit Galenus qm̄ illas proculdubio vt turgenti māæ conuenire videbat, nā nihil contulisse ita affectis remedia, & si ille nō dixisset palā est. Si quidē cum multi morerent: nullius erant vsus oībus illis auxilia. Causa vero huius erat q: aliqua ex his quinq; conditionibus ꝓhibebat. maxime qđ dicebat Princeps prima quarti tract. 4. cap. 2. enarrans signa pestilentis febris. Et tenditur qđ est sub hypochondrijs. Sed & esse quasdā febres pestilentes in quibus materia nō turget, per hæc verba in eodem libro epidemioꝝ quoꝝ initium est à textu. 35. declaratur.

Febrium ardentiũ,quę vigebant hæc erat natura:initio sopore erant oppressi,inhorrescebant, fastidiosi: febris nõ acuta,nec magnopere sitibundi erant, nec deliri:na-res autẽ pauca stillabant, & accessiones diebus paribus aduentabant:obliuioq́; sub eis,& langor,& vocis defe-ctus:extremi pedes & manus his frigidiores erãt,& mul to magis circa accessiones:quibus calor pedetẽtim nec probe redibat. redibantq́; ad mentem ac loquebantur. Detinebãtur vero perpetuo sopore nõ somno:aut vigi-lijs laboriosis.aluus his plerisq; turbata,atq; his excre-menta cruda,multa, & tenuia. vrinæ multæ tenues nec decretorij quicq̃,vel boni,Nec vero decretorij quicq̃ erat deprehendere:nõ sanguinis profluuiũ, non absces-sus.Moriebanẽ aũt in certo ordine.plerũq; tñ circa iu-dicia. quidã tardius, qui largius sudassent. in his nullũ turgẽtis mãę signũ:nisi aluus turbata, s; cũ demitteret, nõ iam turgentis materiæ signũ erat, sed nãæ conantis frustra se exonerare.Eadem est Principis snia cum in pri ma.4.trac.4.cap.2.nullius signi turgẽtis materiæ memi nerit in pestilenti febre. deinde in.3.quarti tract.1.cap.1. &.17.meminerit Altoin,tanq̃; phlegmonis in glando-sis carnibus perniciosi,cõsequentis febres pestilẽtiales.z eadẽ rõne collocauit variolas & morbillos in tract.4. primæ Fen non solũ qđ essent cõtagiosæ sed ẽt turgen-te à materia fierent.nã vt ad totũ febrium genus habitã cõparatione pauca turgent: vt inquit Hippoc. sic ad pe-stilentium solũ,maxima pars turget.q: in reliquis specie bus febriũ rarissima turgens materia contingit. eadem fermè est snia Gal.5.artis curatiuæ cap.12.vbi grauis pe-stilẽtiæ bis meminit.at clarissime paucis verbis hæc am bo genera cõplexus est cũ dixit in primo cap.libri de ci-bis boni & mali succi. At quibus ex his quæ ante dixi-mus phlegmonibus atq; vlceribus in cute nihil accidit omnes aliquo ex extis euidẽti phlegmone correpto,vel

vehementi ac praua febre interiere.itaq; quęcūq; phlegmones ab initio excitant febres, ac vagant̃ & interimũt, pestilẽtes sunt à turgente materia.quæ vero nõ excitant ab initio, neq; intus nec foris phlegmonẽ occidunt tñ & vagant̃ pestilentes sunt, sed nõ à turgente materia.diximus aũt hæc duo inesse pestiferę febri: vt vaget̃ & occidat ex primo epidem.1.& primo regim.acut.com.9.Singulares enim morbi & si occidant σποράδης si vagentur epidemij dicunt̃.ex his solũ pestilentes qui occidunt q̃ & alias diximus. At contagiosos esse fermè ignorauerunt antiqui. neq; eñ Hippoc.& Galenus eos curassent accedentes ad illos. nec ẽt Auicẽna huius contagionis meminit neq; in p̊ cap. primæ.4 in tract.4. vbi agit de causis:nec in.4.cap.nec.5.vbi loquit̃ de cura & præseruatione.Sed neq; Celsus lib.3.cap.7.huius custodię meminit.rebantur inquã antiqui, ex aeris vel aquæ solum corruptione aduenire.quo in errore ẽt nunc Turcę sũt, atq; Afri. cum tñ manifesto experimento nunc constet oĩbus Italis, custodiã à congressu laborantium eo morbo, esse tutissimũ auxilium.vixq; vnũ vel duos, qui sibi ab his præcaueant vel ẽt in sæuissimis pestilẽtijs contingat mori.Igitur reclament ẽt nunc isti Galenistæ, qui se putãt Galenicos ac optimos medicos, q̃ sciant dicere, Galenus, me addidisse febri pestilenti oñiam quandam, q̃ contagiosa sit:cũ ille adeo solers in nullius momenti rebus, adeoq; nugax, hoc tãti ponderis non aĩaduerterit.qua ignorantia ẽt peremit optimũ Cæsarẽ Antoninũ. nã ille peste obijt, de Philosopho loquor.nec maior in suiipsius custodia prudentia:nã & ipse non præcauens correptus est peste:ex qua ad extremũ vsq; vitę periculum laborauit.libro de libris proprijs cap.3.Sic poterat egregius iste noster Galenus seruare imperatorẽ, de se suo testimonio benemerentẽ, magnamq; Romani populi partẽ, deniq; etiã seipsum à periculo vendicare,

Certũ enim est ambitiosos istos viros, dũ inani gloriæ & cõtentionibus student talia admittere, quibus humanum genus et suæ fidei commissum perdant. permitte illos de minimis nugari, vt videãtur valde sapiẽtes, maxima vero quæq; præterire, nihilq; recti sapere. nam si hæc atq; alia plura quæ nostris sunt sparsa libris intoleranda, principes medicorũ perpetrarunt quid existimas lector quisquis es, has nostri temporis personatas vmbras efficere? Nõne ille strenue egit, ac admodũ diligenter? qui.16. Aetij libros ad tetrabiblus redegit? o solertiam admirabilem qđ inscriptioné τετραβιβλου nõ prætermisit, deinde de candore animi disputat, laboresq; Montani, subripit. dij boni adeo homines nri æui odistis perniciose, vt et illustres animas, ac eruditorũ virorum mentes, hoc cæcitatis agatis: vt ob ambitionem vel auaritiam, sui obliti, maxima prætereant, nugisq; vt eruditi videant indulgeant. arte tractantes in qua salus hominum, ac et regnorũ constituta est. Nãq; vt vno exẽplo vtar, Bertholdus Estensis lapide ictus, mortuus est inscitia medici, post aliquot dies, cum Venetorũ exercitus dux eet. huius morte amissa Peloponessus, nó expugnata Corinthus, Pãnonia à Turcis capta. tunc Turcarum princeps Germaniæ summis imminet viribus. ergo nostri inclyti viri nugis sic incũbunt, Galenumq; tanq̃ Deum adorant. cũ rebus ipsis, ipsi rõni studere deberét. Ego Hippocrati, Aristoteli, Galeno, Auicẽnęq; nihil tribuo, nisi q̃ illos rõnibus validis inniti video. Aristoteles quidem fermè semper, et si obiter rem tractet: Hippocrates etiã sensus testimoniũ certissimum attulit. Galenus cum ex cõposito rem aggreditur, vir est accerrimi ingenij, atq; firmissimi iudicij. cum obiter nemo periculosior. & qui se Galenicos profitentur: etiã sicarios fateantur. nãq; vix adeo quisq̃ erit oculatus, vt nisi præscriptam habeat à Galeno forte fortuna totius negocij

ex sententia seriem: in illius incidens obiter placita, quę tum plerūq; bene ac etiam optime dicta sint, sed Delio quopiā natatore indigeant, vt nō quęq; sibi obuiam cursando perimat. Neq; ob quępiam magis quàm ob Galenum hi nostri libri necessarij sunt. quáuis & in his opus perlegendis sit, non dormitāte animo. nam qđ ad Auicennā attinet, vt minus diligens, sic omnia ex sententia, nihil obiter tractauit. verum cum Galeni falsa haberet scripta, & vera ét suspecta, anxie & ambigue omnia docuit vt nihilo plus cum legeris, scias quā anteq̄; legere cœperis. ingenio aūt proprio fidere nō est ausus, nam & id felicius successisset & fecisset, quia dissectionis, & pulsuum rōnes non habebantur. scripta vero Hippoc. maiore etiam quā Galeni ambiguitate laborabant. Si hæc nō obfuissent, certū erat Principi totam ex seipso tractationem medicinæ tradere. Sed modo à Galeno diffidere timens, modo à veritate ac rōne, nec huic nec illi satisfecit. diximus vero Oribasium, Aetium, & Paulum solos esse recitatores, philosophię omnino principijs carētes. Verum ꝙ ad pestilentialem febrem attinet nihil adijcimus, qm̄ iam plenum de hac alibi tractationē fecimus: nisi quòd nō secus ac aliæ curantur recte ac perfecte ab initio. cuius rei per decenniū totum integrū Mediolani exēplum dedimus. cum nemo ex his, aut alijs febre tanquam principaliore morbo laborātibus perierit, adeò exacta ad libellā horum & quæ illic scripta sunt omniū obseruatione. quod & alias scripsisse nos meminimus. vt hortaremur eos qui non omnino sunt perdito animo, vt tandem se homines esse agnoscerent. exemploq; nostro ducerentur: quod vel ex publica quæ solet mortuis omnibus à medicis fide exhiberi, satis adhuc quisq; perspicere pōt. sed iam ad rem ipsam redeamus, docētes prius duas esse apud Galenum præparationes: alteram ægri qua oēs indigent humores: alteram humoris, qua

solum crassi. Cum materia turgens euacuari debet, tota euacuanda est quę turget: maiusq́; est periculum si infra subsistas, quã si vlterius progrediaris. nã si euacuari debet, licet: nec adest impedimentũ. vbi vero impedimentum nõ est, si quid reliqueris in eodẽ phlegmonis periculo versaris, & corpus iam totũ frustra agitasti. nec periculum virtutis est vel febris causa, cum ab initio ferme omnia integra sint. Galeni dictũ. 2. aphor. 29. ad sanguinis missionẽ solum materiamq́; nõ turgentem manifeste referri debet. Auicennæ vero snia, est de his quibus iam concocta materia morbus processit: & ob id inualida iam animalis virtus. Sed tñ neq; in hoc, vt in præcedente diximus contradictione, vera est illa snia. imo in paulo vberiore purgatione nullum vitæ periculum, cum materia concocta fuerit: in leui maximum. quãuis nõ euidens sed sero exitus appareat. docuimus enim qđ materia concocta quanto diutius manserit in corpore, eo magis deterior efficitur: vicinamq́; corrumpit.

An in morbis à principio medicari conueniat. Contradictio. 16.



ONCOCTA medicari, atq; mouere non cruda, neq; in principijs, modo non turgeant, plurima vero non turgẽt. prima aphor. 22. & in libro de humoribus. Sed in oppositum est primo Rasis. 16. con. cap. 2. fol. 339. adducitq́; quatuor rõnes. prima est, Galenus timet expurgationẽ in febribus (nam vt diximus in. 14. cõtradictione in alijs debemus illico purgare) propter caliditatem medicamenti: sed datur medicamentum frigidum, vt mirabolani. & etiam medicina calida refrigerat educta materia calida. Secunda nunq̃ licebit purgare. non in principio ex hoc aphor. non in augumento nec statu ex. 29. particulæ. 2. non in declinatione ex. 20. pri-

mæ particulæ. Tertia licet sanguinem mittere, igitur & purgare. Respondet pro Galeno quòd sanguis est concoctus semper. Contra igitur ꝛ bilis ac atra bilis quę in illo sunt. Respondet pro Gal. quòd flaua nimis calida, atra nimis est frigida. contra igitur in fine morbi æqualis humoribus coueniet venæ sectio. Quarta vbi rationes pugnant standú est experiméto: sed non facta purgatione ab initio in icteritia stante multa crassa materia, nam de hac est sermo, plerũq; succedit hydros, facta aũt nec febris nec vrinæ fiunt deteriores: igiť æger purgandus est. Subiungit deniq; sic superfluus videbitur medicus qꝛ vt ex secunda rõne patet. o uiuam rõnem, & virũ moribus huius temporis dignum? occidemus homines nostræ ẽt fidei cõmissos, & scientes vt aliquid facere videamur. De subtilibus ẽt habuimus authoritatem. 4. de tuenda sanitate cap. 4. & Aetius libro. 3. cap. 23. Est etiam authoritas Gal. primo ad Glauconem. 9. est ẽt purgatio bilis per inferna vtilis: loquiť de cura tertianæ. nec põt dici qꝺ loquatur de materia concocta: nã subiungit & si tibi coctionis monstranť signa. Hippoc. etiã. 4. regim. acut. 29. dabat vncias vsq; ad. 24. lactis asinini cocti vt ventrẽ liberaliter soluat. &. 2. eiusdem. 11. elleboꝝ in ambobus per morboꝝ initia. prima quoq; 3. trac. 1. cap. 29. vbi timemus ebullitionẽ ex humoribus, si expectemus cõcoctionẽ, vt à calore fusa & aucta faciat dolorẽ, tunc ab euacuatione incipiemus & reliquum concoquemus. in. 4. ẽt de tuenda sanitate cap. 5. iuxta finẽ &. 7. iuxta initium vbi sanguinẽ mittere nõ licet purgatione largiore illius loco vtendũ. quod perperã quidam existimarunt ẽt dictum. 8. methodi. 4. ꝛ. 11. eiusdẽ cap. 10. sed ibi vbiq; venæ sectionẽ intelligit. In vulneribus ẽt ꝛ cacochimia & alopecia & capitis doloribus vt in primo de medic. ßm locos cap. 2. & in. 2. libro ẽt licet purgare absq; cõcoctione. Auicẽna ẽt purgabat prima quarti trac. 4. cap. 4.

per initia febris pestilētialis dicens: & cura eius est exicatio: & hæc fit cum phlebotomia & pharmacia. nec potest dici qđ materia turgeat, hoc enim est declaratum in præcedēte cōtradictione. est ēt difficultas q: nisi purgemus ab initio nihil purgandū relinquet: nam omne qđ superest ab accessionibus diflatur in illis. 2. de diffe febr. cap. 5. in principio. tñ in cap. 16. sed nō in oibus febrium generibus hoc accidit: nā vt ibi dicebat: crassa & lenta materia nō tota discutitur. sed qđ superest in crisi expellitur. Circa quod sciendū est quòd cū putrescit humor tria facit natura: circūiacentes & incipientes, in mēbrorum traducit nutritionem. putrescentes aūt subtiliores, in halitus digerit: vt sic non sint impedimēto. in eo vero qđ & putrescit, & crassum est, operat formā puri similem inducēdo: ne possit à calore externo ex toto corrumpi. in calida igit materia interpolataq; febrium, vel ēt sicca, vt in quartana, quāuis nō relinquat puri quicq; simile, relinquitur tñ aliquid cineri simile: quod per crisim sponte, vel deside natura per medicamentū expellit. Natura ēt soluit morbū non existēte hypostasi in vrina primo de crisi. 12. post medium: mouet ēt mām in initio morbi vt prima apho. 2. salubri fine. & vt experimur quotidie in ventris fluxibus. primo ēt de crisi. 8. crisim solū in initio morbi semper malā esse ait, igit in augumento ēt salubriter pōt natura decernere. ergo non decernēte medicus purgabit. hæc ratio est pro medicis nostrorum tempo nec vlla alia. Sunt ēt duę principis authoritates aliæ. prima erat prima. 4. cap. de cura febris ex pituita, vbi inquit: ego nō diligo expectationē concoctionis, sed oportet vt primo euacuet aliquid, deinde expectetur. vnde patet quod ille qui addidit (nisi) vt legatur: & ego nō diligo, nisi expectationē concoctionis: non satisfecit posterioribus verbis, nec sententiæ Principis. ex quo elicitur etiam ratio nostra in pituita, iuuat

febrē accendere iuxta illud.4.aphor.57.Qui à conuulsione aut distentione neruorum tenentur,febre superueniente liberantur.&.6.aphor.51.cessat igitur ratio Galeni q̄ð medicamentū excalefaciat.Secunda authoritas habetur.4.primi cap.3.iuxta mediū cum dixit. Et similiter cum nō fuerimus securi,quòd virtus vsq; ad horā concoctionis perduret,euacuabimus eā:postq; nobis cauerimus, vt subtilis incrassetur,⁊ crassa subtilietur.nec valet quòd dicas antea illū dixisse in subtili nisi sit mobilis,expectandā esse coctionem.& quæ in vno est mēbro prorsus non mouendam.nam manifeste illud dicit, vbi spes est virtutē suffecturam vsq; ad statū morbi.hoc vero vbi timemus, vult tamē in omni casu præparationē præcedere.Auerroes quoq; & ipse adducit.7.collecta. cap.9.vbi hanc mouet dubitationē. duas rōnes in materia subtili.Prima est illa.facilius euacuatur quā si incrassetur:& probat ex experimento:& est authoritas Galeni in de purgantiū medic.facultate post mediū ibi:Quæcunq; igit nigrā bilem purgant, liquidiora prius ac tenuiora ex illa trahunt:inde crassiora. igitur subtiles humores nō debent concoqui.item in illis febribus materia multa est iuxta os ventriculi,quæ nimium offendit, igitur dicit sanguis mittendus:multo magis medicamēto subducenda erit.De crassa nos olim multa adnotauimus in margine dum.21.ageremus annum sed nō potuimus totū emendare,ideo sic iacet impressus,cum imperfectis nostris castigationibus:etiā suppresso vt alias diximus nostro nomine,est igitur ratio. materia pituitosa,paulatim pōt concoqui ⁊ tutius:⁊ vt concocta est expurgari debet.& dat exemplum de onere q̄ð melius fertur in pluribus vicibus per partes diuisum, quàm totū in vna.additq; q̄ð dictum Gal.de expectatione intelligitur in securis morbis. ⁊ q̄ð cū Galenus primo ad Glauconē.11.paulatim concoquat & expurget mām in quar-

tana: quãto magis in febre ex pituita, quę minime vacat periculo etiã magno, id erit faciendũ. Sed Auicẽna prima quarti trac.2.cap.7.contra rõnem primã Auerrois inuehit, cũ dixit: humoris autẽ cholerici digestio est, vt conuersus à subtilitate, fiat spissus. & aqua quidẽ frigida facit illud. & pro hoc adducit tres rões: prima est: concoctio fit per substantię ad mediocrẽ consistentiã deductionẽ, sed bilis ipsa iusto tenuior est, igit incrassari debet. assumpta propositio habet primo de simpli. medic. cap.24. Quod plane tenue est, id medicamenti facultatem effugit. ac ẽt in parte ipsa figitur. & 4. de locis cap.9. bifariã contingit qđ aliquis multũ tussiendo pauca expuat: alijs ob crassum & lentũ, alijs ob tenuem humorẽ. si quidem tenuis, cum subleuatus est à spiritu, diuisus refluit. idẽ habetur. 2. de crisi. 10. & 3. de rõne victus in principio. & primo epidem. par. prima com.25. Altera ratio est dicta de vrina: quæ initio caret sedimento, in tenui materia, inde acquirit illud, igit concoquitur. Tertia si materia subtilis cocta esset, natura in principio posset crisim recte pficere. tandẽ præcinit pæana dicens (quãuis & ad Rasim verba hęc torqueri possint, qui cũ Auerroe in hoc cõsentit) Forsitan quòd vir iste nõ vidit hoc ab antiquis, ideo sufficiet illi qđ bene opinet de Hippoc. & Galeno. Manardus quoq; rões suas addit quæ sunt quatuor. Prima si athletę boni habitus homines purgãdi sunt, prima aphor.3. multo magis ægrotãtes ob multitudinem. confirmat ratio q: superueniens athletæ febris, nõ debet auferre intentionẽ curatiuam. adducit ẽt se.48. annis sic agendo felicẽ habuisse in medẽdo successum. Secunda eadẽ in turgente quę sunt pericula, in multa inueniuntur, sed in turgẽte debemus, igitur debemus etiã in multa purgare. cõfirmatur q: facilius est reprimere turgentẽ quàm multã. item q: sicut turgens occurrit medicamento sic multa vbiq; occurrit. Tertia q: Gal.7.

Opinio Manardi

artis cura cap.11.educit bilem in ventriculo existentem cum picra absq; concoctione, igit pari rõne & in alijs. Quarta quòd in.5.eiusdem cap.12.docet expurgãdam mãm in pestilenti febre,quæ tñ non turget: idẽ vt diximus p̃ de dr̃ijs feb.cap.4.humida corpora exiccent, plena euacuent.Sed in.5.artis cura.hoc nõ habet expresse. Propter hoc aliqui dixerunt multã mãm esse turgentẽ ob multitudinẽ. Alij subtilem oẽm & calidã: q: moueri facile põt,ideo mobilẽ dici posse.Alij qõ prohibet eradicantẽ purgationẽ.accedit quarta, Auicen.& Auerrois expõ: qõ loquit in his q cõcoctionis tp̃s expectare pñt. Contra primã interpretationẽ Gal.12.artis cura. cap.3. & prima quarti in cap.de cura syncopalis humorosę nõ purgant, cum tñ sit periculum maximum ẽt de suffocatione ob multitudinẽ.igitur multo minus in alijs.Contra secundam sequitur quòd in omni casu debemus purgare: nã intelligendo materiã turgentẽ oẽm quæ moueri apta est,omnis materia erit turgens. Galenus etiã primo de crisi.9.exponens hunc locũ inquit.verbũ furerẽt de aĩalibus dici consueuit proprie,quæ ad coitũ rapiuntur.translatum aũt est ad eas quæ properant & celeriter mouent ægritudines,& præcipue cũ laborantis sensus, ab inordinata humorũ & spirituum agitatione irritat. nã in his quispiam cum rõne tantum medicamẽto vtetur: cum adiuuantẽ sponte habeat superabundãtem humorẽ motum,ad faciliter attrahẽdum. Contra tertiam quæ fuit Gentilis & Iacobi: qui traxerunt volẽtes medicos in errorem nostri temporis.est litera Gal.in cõmento.23.primæ par.aphor. cũ dixit hucusq; locutus est de qualitate,nunc vult loqui de quãtitate,igit sic interpretando locũtus esset de quãtitate: q: docuisset nõ esse eradicatiue(vt dici solet)euacuãdum. item in.2.aphor.29. docet nõ turgente materia missionem sanguinis vt fortior euadat natura,non autẽ purgationem nisi turgeat: igitur

igitur prohibet in nō turgente minuentē purgationem. Auicēna quoq; vt dixi nō facit in febribus hoc, vt dicā etiā in quibus maxime cōueniret vt in hemitriteo: nam de latica soluemus inferius dubitationē. Item sequeret̃ qꝺ oporteret cōcocta materia totā simul euacuare. hoc aūt est falsum in apostematibus.6.aphor.27. & in quartana vt dixi. Sequeret̃ etiam qꝺ præceptū esset absurdū. nam cruda materia educi tota nō posset quin prius homo ad syncopim pueniret. hoc autē iam docuerat in.3. aphor. eiusdē particulæ. Item.4. regim. acut.38. dicit rationē purgandi sumendā esse ex aphorismis. Sed hæc ratio sic sumpta est imperfecta: q2 nō docet qūo minuēdo debeamus euacuare. cūq; eundē aphorismū in tractatu Quos & quādo. recitet illius præcepta sequens, patebit eum tractatū esse incōpletum: cū de eradicatiua, nō minuente purgatione solū loquatur. Contra quartā expositionē: materia si sit supior ad virtutē cōputata malitiā & multitudine ab initio, igit̃ & multo magis facta euacuatione, q2 plus deperdit̃ de virtute & maius fit augumentū in febre & obstructionibus, quā euacuet̃ de materia. aliter natura recte operaret̃ expurgando mām ab initio: quod tñ est falsum vt dictum est p̃ de crisi.3. dicit enim, Deberet esse bonū saltem rōne causæ, si non rōne signi sed nō est: neq; ēt rōne cāæ. & idē.4. aphor.22. pterea regula illa esset nulla: q2 eius opposita seruaret morituros: & in victuris maius afferret iuuamentū, igitur regula Hippoc. falsa esset ēt facile sic interpretari oēs authoritates, cū Gal. & Hippoc. totiens repetentes aphorismum hunc, nunq̃ huius meminerint exceptionis. Eodē modo peccāt dicētes qꝺ hoc est dictū solum rōne mãæ crudæ & coctæ: nō aūt venenosæ aut multæ vel præfocantis. Sed hoc est falsum cū excipiat mām turgentem.

Ideo scire primo expedit ꝙ in mã expurgāda, tria cōsiderant̃, qualitas, & hanc docuit in.2. aphor. primæ par.

tẽpus & hoc docuit in.22.eiusdẽ & quãtitas ꝛ hãc in.23. Sciendum ẽt est qd ex materia cruda educta sequuntur quinq; incommoda. Primum est lucta ꝛ labor virtutis inde sæua symptomata, deliquia animi, nausea, vertigo, tormina.2.aphor.9. Secundũ est colliquatio membroꝝ quarto regim. acutorũ.22. Tertium est quòd materia è loco mota, non amplius cõcoquetur. Quartum quòd accident obstructiones. Quintum quòd accendetur febris. hæc patet ex locis adductis tum maxime ex.24. primæ par. aphor. hæc tamen partim ad crudæ, partim ad non præparatæ materiæ eductionem consequuntur.

diff. inter coctione et digonem

Est vero sciendum ẽt quid intersit inter coctionem & digestionẽ. vel διαφόρησιν καὶ ἀνάδοσιν. est igit̃ concoctio, cõuersio in substantiã nutrire, vel expelli cõmode aptã cum à putredine vindicat̃. digestio aũt euacuatio, quę p poros fit corporis: vt.5. de simpl. medi. cap.9. post principiũ ibi. Cum aũt quicq; coquere cõsiliũ est. &.12. artis cur. cap.3. At qui Arabũ libros verterunt, & Conciliator ac Trusianus, Gẽtilis, Iacobi ambo, ꝛ cęteri huius classis, p digõnes coctionẽ, ꝛ ꝑparationẽ intelligũt.

quid per minutio nom mãe intelligat apud Auic:

Nec nos latere decet, ꝙ Princeps per minutionẽ materiæ, quãdoq; intelligit lenientia, & lubricãtia. nam prima.4.trac.2.cap.7. cũ dixit parũ ante mediũ. tunc oportet post illud, vt occuperis in digestione, ꝛ euacuatione quæ nõ est ſm semitã minorationis, & alleuiationis. & iã diximus eã. ꝛ iam dixerat sectionẽ venæ, & vomitoria, & lenificationẽ solũ, igitur p minutionem factã medicamẽto, intelligit eã quæ fit cũ leniente. qd & confirmatur à Gal.11. artis cur.9. in principio. putredo minuẽda est cũ his quæ aluũ deijciunt ꝛ vrinã mouent. qualia aũt sint, declarat cũ mulsa ꝛ apomelli. nam.3. regim. acutoꝝ.12. dixerat Hippoc. qd mulsa multa biliosa deijcit. Quare hoc firmũ sit licere purgare lenientibus ex Hippoc. ꝛ Galeno, in morboꝝ initijs. & qd lenientia ẽt pu-

tridos trahũt humores.Sed de his aphorifmus nõ intel ligitur.Quod vero elleboꝝ fuadeat.2.regim.acuto.11. tanq̃; coctionẽ haud impedientẽ, Galenus in plurimis refugit: quãq̃; mãm fluentẽ adhuc, turgentẽ dicere pof fimus. Sed hoc tñ in cõparatione ad pepliũ tantũ dixit Hippocrates.inconuenientia tñ quæ Galenus in fine cõ menti refert,ad errorẽ operationis,nõ ad operationem ipfam referri debẽt.Et nifi Auicẽnæ fniam ad hunc traxerimus fenfum, manifeftum eft illũ cum cæteris Arabibus in hoc cõfenfiffe: qđ multa exiftente,materia fit minuenda: cũ timor affuerit ne nõ poffit ad ftatus tempus æger peruenire. inquit enim illico poft iã adducta verba.& non euacues mãm in calido,nec frigido,nifi propter neceffitatẽ. manifeftũ eft nõ de turgente illũ loqui cum poftmodũ declaret.item q; frigida turgens effe nõ põt. caufa erroris Arabũ fuit ratio foluta iã à nobis. & quãq̃; fic fenferit in de peftilentiali febre nobifcum non diffentit.nã non ratione materiæ peccãtis,fed præferuãdi purgat. nec enim nos alterius rei caufa prohibemus medicamentũ:fed cum mãm peccantẽ velis expurgare. Vt igitur breuibus rẽ abfoluã:febre nõ affiftente coctio nõ eft neceffaria,fed fola pręparatio.& ideo ẽt in interpolatis,q; dies vacuus eft à febre,licet mãm fubtilẽ educere,vt in tertiana.fi tñ non educas, melius erit. in materia craffa coctio eft expectãda. lenitiuo educere licet: imo illud eft fluxũ corpus reddens.hoc educere põt materiam etiã morbi, fed in via exiftentem. ideo nullum eft ex cõmemoratis periculum , naturæ enim eft opus. In peftilẽtia & vulneribus ac contufionibus indigemus exiccantibus purgatorijs: vt catapotijs ex aloe croco & mirrha cũ aceto exhibitis. rõne mãę peccantis nequaq̃. Illud etiam intereft inter medici,& naturæ opus, quòd illa multa agit vtiliter, quæ medicus nefcire cogitur: vt fi in fine augumenti materiam expellat, cũ medicus fta-

tum debeat expectare.nam natura scit se separasse.medicus,hoc tunc scire non potest.

Auer.7.collectaneo℞ cap.9. addit vnum detrimētum crudā mām expurgantiū,qđ bonam mām malę permiscent.Celsus lib.3.cap.4.censet vt mollientibus vti possit per initia febris:purgātibus nequaquā, nisi raro admodū,turgentem mām insinuans.Stante igiť cruditate vomitus est ciendus si sit in ventriculo. vel clystere educi debet si in intestinis.educit aūt etiam ex mesenterio ⁊ hepatis cauo.12.methodi ⁊.2.de cōpositione medic. ſm locos:in reliquis quiescendum, si aluus lenis sponte sit.

Sed cum materia in non febricitante facta pręparatione,nunq̄ indigeat coctione, in febricitāte nisi turgeat, semp indigeat & præparatione simul & coctione:causa huius differentiæ declarāda est. igitur vbi nō est febris, nec putredo,ibi nō est calor præter naturā. nam.4.meteoro℞ passiuæ qualitates,semper ab actiuis gubernantur.si igitur à frigore sit cōgelatio:si à calore, vel natiuo,& sic animata nutriuntur,inanimata conseruantur: vel externo, & sic putrescunt. vel ab vtroq; simul natiuo,⁊ externo gubernentur humidū & siccum,& sit suppuratio.in omni igitur viuente cum sit putredo,semper succedit suppuratio. s; si calor naturalis fortissimus sit, suppuratio euadit perfectissima, ⁊ putredo ac calor pręternaturalis ex toto finitur. ideo ibi nō est fetor nec color,nec substātia mala,nec dolor, sed pruritus quidam solum. Si vero calor natiuus debilis fuerit eo putredo magis vincit & suppuratio minus, quo magis innatus calor debilis extiterit.semper attñ etiā in moriente,agit calor naturalis actionem suam:quæ est suppuratio. sed tantā,quanta est eius magnitudo.vnde vbi dolor maximus,odor teterrimus,color viridis vel niger,substātia inæqualis & subtilis ac fluxa,ibi minimum est de operatione caloris naturalis,nec præternaturalis in eo saniei

genere finitur,sed manet adhuc.& idem est iudicium de materia febris,quod est de materia puris ad vnguem. nam & ibi duo calores, & reliqua vt prius. Sed in exteriori phlegmone,non eadem ratio quæ in interno aut febre. nã phlegmon exterius si incidatur ante finitionẽ caloris præternaturalis, idest ante perfectã suppurationem, aere ingrediente, non pót amplius finiri coctio à naturali calore.igitur calor prçternaturalis manebit,igitur necessario cõuertetur in sinũ, seu fistulam. q: sanies illa nunq̃ finiri pót.alia aũt detrimenta, quæ sequuntur ad talem sectionẽ vt vehementia doloris,ꝛ fluxus materię, in sectione immaturi phlegmonis,licet sint magna, eueniunt tñ per accidens & nó per se,nec semp.in febre igitur si materia nondum cocta sit, adhuc manet calor putridus,& ideo natura nó dominatur illi materiæ,q: calor putridus & ipse dominatur:nec est finitus,quare educes omnino nihil de materia peccante.nam calor putridus tuetur à natura rerũ vniuersali. medicamentũ igitur loco eius trahet bonos humores,& vexabit naturã:& hęc est ratio dicti Hippoc.superius adducti.4.regim.acutorum.22.In duobus tñ casibus educit:primo vbi materia turget, & hoc q: calor præternaturalis iam diligit ipse motum,& ideo manifestũ est quòd oportet solum educere materiã quæ acta est in motu : nó quæ potest moueri, aut quæ iam resedit. oportet ẽt medicamentũ esse validissimũ:q: totum periculũ est ne non trahat,vel nó totam.& si dicas quòd.2.regim.acut.11.in fine cómenti Gal.refugit nimis validũ:dico quòd iure ibi,quia relinquitur phlegmon iam factũ,post euacuationẽ. quod coctione indiget,& multa virtute etiã ad expurgãdum.& ideo talis expurgatio est valde periculosa, ex vtroq; latere seu nimis valida sit seu debilis.& Galenus ob id iure merito,quasi dissuadet eã. Secundus casus est vbi materia sit in intestinis, trahitur enim per consequentiam,

fecum,& aliorum humorum,qui sunt in dominio caloris naturalis.& ideo melius operatur lenitiuum in hoc casu,quàm purgans medicamentũ. quia illa materia non descendit,quia obediat medicamento:sed quia ruit,ratione grauitatis fecum,& bonorum humorum.& ideo per validissimum medicamentũ,possibile est,vt cum maxima quãtitate optimorum succorum, exigua portio etiam putrescentis materiæ descendat.& quòd hoc sit verum, patet:si enim in phlegmone nõ suppurato, materia mala non obedit gladio, & manibus,cũ inciditur:quanto minus materia mala, possessa à calore externo in febribus,obediet medicamento. ex hoc patet igitur vera ratio,& quasi necessaria curationis fistularum,qua oẽs sinus curari poterunt, per tres intentiones,vt nullus sit insanabilis.patet etiam quòd febre non existente omnis humor medicamento obedit,facta præparatione. quia est in potestate solius caloris innati.

His visis declarabo primo quædam ad hoc pertinẽtia postmodũ soluam argumenta contra Hippoc.sententiã adducta. est igitur primo sciendum quòd pituita à crudo humore differt: quia humor crudus est crassior, & minus lentus,frigidus,humidus,ac fluxilis pituita vt.4. &.6.de tuenda sanitate,& primo de alimẽtis,& libro de plenitudine,& 10.de medicamen.ſm locos colligitur.

Si igitur ventriculus contineat humores crudos, aut bilem,aut putrescentem humorem, vomitus proritandus.4.de tuenda sanitate,&.2.de medic. ſm locos,in de cura doloris capitis ex ebrietate,Apollinarij authoritate. & Aetius lib.4.cap.51.& Paulus libro primo cap.32. non enim tutum est concoctionem expectare: nam vel corrumpentur magis,ac superingestos cibos vitiabũt: vel etiã si ex voto succedat res,concocti nimium venas replebunt. dolores etiam capitis poterũt excitare libro de remedijs paratu facilibus.eadẽ ratio in nidorosa vel

acida eructatione vt.8.artis curatiuæ. si tñ vitium naturale non sit.porro in his omnibus vt vomitus cómunis est,sic prouocãdi ratio,omnino singulis diuersa est. Cum medicamento vero ne tentaueris. & similiter si humores sint vltra hepar crudi,quãuis febris nó adsit, medicamento non sunt educendi. obstruent enim vt.4.de tuenda sanitate. De turgentibus humoribus cósiderandum est. non enim semper euacuationi parcẽdum, cum crudi humores affuerint.nam vix in principio febrium deesse possunt crudi humores. educendus igitur est turgens humor, præparatis humoribus crudis prius, si in via affuerint. prima aphor.24. si tñ vel ingens periculũ vexet, vel in vijs ipsis crudus humor nó affuerit, quod ex victu præcedente, tum hypochondriorum habitu licet coniectari, eadem die purgandus: vt quarta aphor.10. maius enim est in mora,quã in frustratione periculum.

Ad argumenta Auicennæ. cum nos tueamur opinionem eius(siquidem quod subtilem materiã cum putrescit,non debemus, quia nó possumus euacuare ante coctionem. in non putrescente aũt sufficit sola pręparatio vt in aqua asclitis & erysipelate) respondere non debemus.solum vero admonere, errorem eius esse grauem, quòd existimet frigidam aquam, nó concocta materia, vt concoquat exhibendam esse. hoc enim falsum est, vt primo de regim.victus acutorum iuxta finem. & à Paulo libro.2.cap.29.

Causa vero cur natura in initijs accessionũ humores tenues prius pellat.3.prorrhiticorum.58.cum non dominetur materiæ putridæ, respondeo quòd motus ille fit per villos,& hoc modo materia mala obedit per accidens, si non sit lenta vt etiam in initijs ...

dum & præcipua quia nō possumus & sic patet ad primum ad secundum.licet vbi febris nō est vbi turget materia. vbi iam concocta est, si natura non plene totam eduxerit.2.aphor.12.ad tertium agit prauum se Galeni custodem:quandoquidem liceat ab initio dicere,quòd sanguinis missio partem materiæ peccantis educere potest:quia sectio venæ euacuat non à proprietate sed grauitatis rōne. Ad quartum ipse cum Manardo nil aliud faciunt,quàm quòd multos se occidisse homines fatentur.non animaduertētes se deceptos ex successu eorum qui febre nō laborabant.Exemplum eius de icteritia nō est ad propositum, cum ibi nō adsit febris:ideo purgandum,cū nulla possit coctio succedere alia. ideo prætermissa purgatione ab initio par est hydropē aduenire.

Ad rationem nostram,si modo febris etiam prosit,solis calefacientibus erit excitanda:non tanto incommodo quale per medicamentum accersitur procurāda. ꝛ si aphorismi ēt illi nō de medici operatione loquātur sed naturæ.quare nec in pituitosa febre purgatio conuenit. Auerrois disputatio ꝛ Auicēnæ an paulatim cōcoquendum ꝛ paulatim euacuandū,in libro de purgationibus, longam quia seriem expostulabat,tractata est.

Ad rationes Manardi, ac alias plene satisfactū est:prēterq̄ ad secundam,ad quam dicimus, athletā illum aliquādo debere purgari etiam febrientem.non vt educatur materia febris,quæ educi non potest: sed vt educatur materia non vitiosa sola peccans multitudine.

Ex hoc tādem manifestū est minuentem purgationem, in nullo casu, & nunq̄ competere. Nam ab initio non turgente materia nulla cōpetit:in fine eradicatiua. turgente vero in fine nulla eius merito, postquā in principio eradicatiua opus fuit.& hoc in febribus.

FINIS.

INDEX LIBRI PRIMI

Contradicentium Medicorum & primo Tractatus primi.

TRACTATVS TERTII

TRACTATVS QVINTI

TRACTATVS SEXTI

FINIS.

SERIES CHARTARVM

* A B C D E F G H I K L M
N O P Q R S T V X Y Z &

Omnes ſunt quaterniones.

Venetijs apud Hieronymum *Scotum.*


IN TENEBRIS FVLG